HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ NOVI TESTAMENTI,


Dyas, ſeu

PARS SECUNDA.

Quâ res Chriſtianorum, Judæorum, Gentilium, Muhammedanorum; juxta duorum, X. & XI. poſt Chriſtum natum, Seculorum *ſeriem, breviter, ſuccinctè & Aphoriſticè* primò *proponuntur; fuſius* deinde *explicantur:* Capita etiam *doctrinæ, tum vera, per commodam & luculentam, uniuscuiusque Seculi,* Συμβίβασιν; *tum falſa, per* ἔλεγχον *ſubjiciuntur, ſicque ad multiplicem uſum, neceſſariamque rerum Eccleſiaſticarum notitiam applicantur.*

AUTHORE
JOH. HENRICO HOTTINGERO,
Tigurino.





HANOVIÆ,
Impenſis MICHAËLIS SCHUFELBERGERI,
Typis Iacobi Laſché, Anno 1655.

Magnificis, Nobilissimis; Amplissimis, Prudentissimis Viris,

D. D. Consulibus, Proconsuli, Quæstoribus, cæterisque Inclytæ Reipublicæ Schafhusianæ Senatoribus consultissimis;


Reverendis item, & Clarissimis Viris,

D. D. Decano, ut & reliquis, Ecclesiæ ejusdem Schafhusianæ, pastoribus Vigilantissimis;

Dominis suis; Fautoribus, Fratribus omni officiorum genere colendis,

Hanc Historiæ Ecclesiasticæ Dyadem offert, inscribit

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.



EPISTOLA DEDICATORIA.

NON dubito; VIRI MAGNIFICENTISSIMI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMI; REVERENDI, item CLARISSIMI; DOCTISSIMI; Quin huic quoque, Synopseos Historiæ Ecclesiasticæ, parti, cum inquietis momis, otiosis spectatoribus, & iniquis Aristarchis, quibus nihil, nisi quod fecerint ipsi, rectum videtur, sit luctandum.

Dicent fortè: Quid necesse est, post Homerum scribere Iliada? Historias hac ætate texere, est γλαῦκας Ἀθήναζε, aut, quod Jannem & Jambrem, celebres Ægypti Magos, Mosi objecisse fingunt Talmudici, stramen Aphraimam; quo maximé abundat, importare. Verùm, sciant illi, esse, ἀφθόνους τῶν μουσῶν θύρας. Multa quidem, quod non negamus, eruditorum manibus teruntur scripta

Hiſtorica, quibus tamen, ſi juventutis, Theologiæ ſtudiis conſecratæ, ſit habenda ratio, alia ſi non mole ſtupenda, Methodo tamen commendanda, accedere poſſe, nemo negabit, niſi κεφαλὴ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχουσα. Transegerunt *alii* omnem ſuam ætatem, non ſine laude, poſteritatisque admiratione, in Hiſtoriis tam ſacris, quàm profanis; Sed quia non niſi illis ſcripſerunt, qui otio abundant, uſu venire comperimus, Scriptores ejusmodi, ſtudii Hiſtorici tyronibus, ſæpiſſime ne de nomine quidem eſſe notos.

Alii compendia quæſiverunt ſolicitè; majori interim cura habita τῶν χρόνων, quàm τῶν χρονικῶν, anxiè de Epochis diſputantes, & Chronologiæ ſubtilitatibus: quæ quidem tractatio ut neceſſaria valde eſt, omnique laude major, ita cruda nimis, ſterilis & jejuna videtur illis, qui uſum & eſum nuclei Hiſtorici quærunt in rebus ipſis.

Nec *deſunt*, qui huic quoque mederi volentes incommodo, jucunda rerum variarum, Sacrarum, Profanarum, Eccle-

cleſiaſticarum, Politicarum κερίζει ſe ſuaque ſtudia eruditis inſinuârunt. Atque hi ad vota & deſideria mea proximè accedunt: in uno hoc claudicantes, quòd memoriæ, minùs fidæ, & vitæ, negotiorum multitudine, diſtrictæ, nimia ſua prolixitatè, parùm conſuluerint.

Iterum *alii*, Chriſtianorum quidem res doctè pertractant; Judæorum tamen, Gentilium, Muhammedanorum, qui ſuum quoque in Hiſtoria Eccleſiaſtica locum occupant non contemnendum, vel nunquam meminerunt, vel rarò, vel confusè, vel in iis tantum, quibus Hiſtoria profana illuſtratur.

QVÆ quidem omnia exactiore mentis trutina perpendenti, animum mihi addiderunt, ad aliquid vel tentandum, vel ſaltem, ubi non ad votum res ſucceſſerit, iis, quibus de meliori luto Deus præcordia finxit, aurem vellicandam, ut, quæ deſiderari tot proborum atque ingenuorum votis viderent, ſuâ aliquando operâ perficerent. Difficulter, ſcio, obtinebimus

ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.

Speravi nihilominus hactenus, sperabo etiam deinceps, Historiographum aliquem eruditum; judicio politum, ingenio pollentem, rerum & linguarum Orientalium notitia clarum, in eorum gratiam, quibus Christianæ Ecclesiæ incunabula, progressus, mutationes, Eclipseis, penitius scire volupe fuerit; Historiam nobis daturum, ita distinctam & elaboratam, quâ non legentium modò habeatur ratio, sed & ipsius quoque tractationis. *Illorum*, ut, quæ multis in explicatione traduntur paginis, uno aliquo Aphorismo, brevibus & perspicuis concepto verbis, sitis, cætera quoque avidè hauriendi, in Lectore excitetur. Ita facilius inhærebunt, majusque ea, quæ præcepta promittunt, ex ipsis Scholiis depromendi, accendetur studium: *Huius*, ut Historia Christiana à Judaica, utraque à Muhammedica & Gentili, secundùm temporum seriem, discriminetur. Specimen hac nostra Synopsi dare constituimus, si fortè Rempublicam literariam juvare vellent illi, qui & apparatu librorum, & omnigenæ erudi-

eruditionis ſupellectili inſtructi, hanc tam ſanctam Eccleſiis & Scholis operam navare poſſunt. Sunt hæc prima lineamenta, quibus ne nobis quidem, nedum aliis, plane & plene ſatis feciſſe nos, ingenue fatemur. Verùm;

πὰρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν.

Viderint interea alii, utrum hæc ipſa Methodus Aphoriſtica in ſpem certiſſimam nos non erigat, fore, ut, ejus beneficio, vaſtum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Oceanum ſulcare liceat, iis etiam, qui hactenus portum deſperantes ſupercilioſo, & plerunque detrimentoſo contemtu, omnem illius curam abjecerunt. Quàm enim facile fuerit, quàm compendioſum, tribus, duobus, uno etiam, Aphoriſmis proponere atque propinare Lectori, quod integri ſeculi ſpatium vix capit, non pauci jam faſſi ſunt ex illis, quibus primam præſentis Hiſtoriæ partem obiter luſtrare placuit. Si pergere in Scholiis non libeat, neque vero per negotia ſemper liceat, vel capita, Aphoriſmo expreſſa, tenuiſſe ſat erit. Dædaleis vix remigiis ocyus ad extremos de-

ferri quis queat mundi angulos, quàm compendiaria hac via, abſtruſiſſima quæque Religionum cognoſcat, per orbem, penè omnium, ſacra, ſtatum, mutationes, incrementa. Et ut ne quod deeſſet memoriæ ſubſidium, ad calcem libri pauciſſimis pagellis, ὡς ἐν τύπῳ, exhibere diſtinctè viſum fuit, Res I. *Chriſtianorum*. II. *Judæorum*, qui, etſi in profanis Hiſtoriis nihil ſapiant, nec ſentiant, tanti æſtimandi, quanti fungus putidus, ſuo tamen ſe jugulantes gladio, fateri ubique coguntur, quod duris eorum cervicibus immineat

χαλεπὴ γὰρ θεοῦ μῆνις.

III. *Muhammedanorum*, quorum Magiſter, ἰδίας αἱρέσεως author, verſutior rota figulari, eas orbi faceſſit moleſtias, ut jactura illa lachrymis ſatis defleri non poſſit. IV. Ex *Gentiliſmo* tantum excerpſimus, quantum illuſtrandæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inſervit. V. Ne verò id maximè alii deſiderarent, cuius uſum quotidiani cum adverſariis conflictus commendant inſignem; oſtendimus, nullum fuiſſe ſeculum, nullam ætatem, rin-

gente

gente licèt Satana, &, per instrumenta sua, monstrosissimos hæreticos, Ecclesiam miserè lacerante, quo veritas ingenuos atque constantes Confessores non habuerit, quorum vestigiis hodierna quoque Ecclesia, ab erroribus paulatim adnatis reformata, repurgata & emuscata, insistit. VI. Utque pleniùs constaret, quibus, singulis seculis, *falsæ Ecclesiæ* incrementis, Satan triumphârit, Gregique, Christi pretioso sangvine redemto, insultârit, Hæresiarcharum quoque, audaciæ, & mendacii columinum, Catalogum appendicis semper loco attexuimus.

In authoribus, quos per totum hoc Systema sum secutus, delectum institui. A Latinis, Latina; Græcis, Græca; Hebræis Hebræa; Arabibus, Arabica mutuavi. Magno, haud pauca, labore, primùm jam ex Linguis illis exoticis à me fuerunt transferenda, & jure, si non civitatis, municipii saltem Latinorum, qua potui fide, donanda, Ecclesiæ statum, eorum semper expressi verbis, qui vel testes esse poterānt αὐτόπται, καὶ αὐτήκοοι;

vel quorum authoritas ipsis quoque adversariis Sacra perstat & inviolata. Fidem & integritatem, quæ fundamentum est Historiæ cuiuscunque, Sacræ tamen præcipue, probare omnibus volui.

Ad Vos nunc redeo, VIRI MAGNIFICENTISSIMI, AMPLISSIMI; REVERENDI item CLARISSIMI, & *primò* quidem Arbitros Vos, Judices & Censores conatuum pariter atque successuum meorum, magno & haud inglorio Vestro merito, deposco. Pridem iam orbi literato innotuit, eos semper & Reipublicæ Vestræ inclytæ Proceres, & Ecclesiæ florentissimæ, divina quadam virgula, obtigisse Antistites, quos neque Politici regiminis maiestas, neque Ecclesiastici muneris dignitas ab amplexu Historiarum tum sacrarum, tum etiam profanarum avellere potuerit. Exemplis agerem, nisi Soli lucem mutuare viderer. Rostra vestra, pulpita vestra, compita vestra, Bibliotheca vestra, fama denique vestra abundé satis assertioni meæ fidem faciunt.

Patro-

Patrocinium *deinde* etiam vestrum, imbelli huic, & Theonini dentis morsibus exposito fœtui, veterum more, supplex imploro. Est quidem hoc scribendi genus ita comparatum, ut si πάθη absint, & perversum partium studium, de illo jure conqueri possit nemo. Nihil hic subtilitate proficitur, nihil blanditiis, nihil arte; candore opus est & iudicio in iis congerendis, suo loco collocandis, ad usum sacrum applicandis, quæ dicta iam sunt & scripta ab aliis, & quidem illis, qui multis annorum centurii, nobis fuerunt priores. Cur vitio mihi vertatur, si ea nonnunquam ex tenebris eruta proposuero, quæ situ & squalore obsita diu cum blattis pugnârunt, & tineis; cùm id ipsum amorem aliis conciliet & gratiam? Cui molestum sit, ea hîc legere monumenta, quæ in alio quocunque authore vel obvia, vel magno studio quæsita, sæpe miramur? Sed ea nostri seculi infelicitas cùm sit, ut nihil tam sano suscipi possit consilio, quod malevolorum aliquando audacia violareatque allatrare non tentet; eam quoque

que ob caulam, Dyada hanc Historiæ Ecclesiæ Vobis Hyperaspistis, fortissimis Zoilorum domitoribus, consecrare volui, atque inscribere. Quod si VOBIS conatum meum non displicuisse intelligam, adversus Seculi venena & contagia, Pallorem ac Livorem, sub authoritate tanta tutum me putabo. Vestrum enim erit, ideoque tutum, quod & æternitati, sub Nominis VESTRI auspiciis, destinatur: haud aliter, quam quæ in templis dedicantur, malignitatem privatorum, ac iudicia, excludunt. Eodem enim ἀμυντηρίῳ petulantiam eorum, qui succo loliginis, nigroque sale omnia perspergebant, veteres cohibere solebant, apud quos jam ab ultima antiquitate in more positum fuit, τοὺς μὲν νέους τοῖς θεοῖς καθ' ἱεροῦν, τοὺς δὲ ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν.

Tandem vero publica hac προσφωνήσει gratitudinis quoque meæ apud posteros extare volui monumentum. Altè inhærent, præclara illa humanitatis, familiaritatis, atque φιλοξενίας documenta, quæ & publico & privato nomine non semel

ſemel à Vobis, Veſtriſque in me fuerunt collata. Unde in ære me Vestro eſſe liberè profiteor. Taceo luculentum illum, ſingularis Veſtri in me affectus, characterem, quo fit, ut Studioſos Vestros, ſanctam certè παρακαταθήκην, privatæ quoque in Orientalium Linguarum utiliſſimo ſtudio, curæ & inſtitutioni meæ commendatos eſſe cupitis, qua me ſic Vobis devincitis humanitate, ut omnes meritò huc meas convertam vires, ne Vestri Vos conſilii pæniteat, aut ſpes concepta decollet. Paucis, ea hactenus Vestra in me fuit benevolentia, ut non niſi cum morte, ſalva boni viri exiſtimatione, memoriam eius deponere vel poſſim, vel debeam. Arrham hic exhibeo; & ſyngrapham debiti publicam Vos eam; Viri Magnificentissimi, Amplissimi; Reverendi, item & Clarissimi, pro more veſtro; ſerena fronte excipite, meque cum illa Patrocinio dignum habere. Deum Veneror, ut Rempublicam Veſtram ſalvam, Eccleſiam puram, Scholam floridam, Civitatem omnibus bonis auctam us-

que

que & usque conservare dignetur, per & propter SERVATOREM nostrum, JESUM CHRISTUM, cui cum PATRE & SPIRITU SANCTO laus sit & gloria in omnes seculorum myriadas, AMEN. Dabam Tiguri, ex Museo meo, Calend. Novembr. 1655.

Amplissimo, Magnificentissimoque; Reverendo item & Clarissimo

Nomini Vestro deditissimus

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.



Cla-

I.

Clarissimo Viro,

DN. JOHAN. HENRICO HOTTINGERO, Historiæ Ecclesiasticæ, & linguarum Orientalium Professori acutissimo,

Collegii Carolini Canonicatum, cum Professione insuper Philosophica ex animo gratulatur

FELIX WYSSIUS, Ecclesiæ Abbatissanæ Minister.



LORIA virtutis comes est, dixere Parentes:
Virtutem sequitur gloria magna tuam.
Est tua vix ulli virtus imitabilis, in te
Conjecit quicquid Musa novena tenet.
Hæc tua te meritò provexit ad ardua virtus;
Canonicos inter jussit habere locum.
Te, te miratur Carolus post fata, triumphos
Ac de te magnos Induperator agit.
Virtutem quis non post te sectetur eundo,
Virtutem quando gloria tanta manet?
Tu qui sectaris colles Parnassidis, olim,
Et patriæ satagis commodus esse tuæ:

Quic-

Quicquid Apollineo profitebitur ore Professor,
Huc ades, attenta sedulus aure bibe.
Hoc in profluvio te merge, caputque pedesque
Inde lava, ex isto fonte sitimque leva.
Proque Viri Magni vita simul atque salute
Perfer odoriferi thuris ad astra preces.

9. Novembr. 1655.

II.

Ad Cl. V.

DN. JOHAN. HENRICUM HOTTINGERUM, secundam Ecclesiasticæ Historiæ partem edentem.

JOANNES HEINRICUS HOTTINGERUS.

ἀναγραμματισθείς.

Insigni arte : Et hinc verus honos.



INsigni arte *vales* ; *Linguis excultus Eois,*
Exacta Historiæ cognitione Sacræ.
Adversus Latium Domini geris arma Baalem,
Unde irata tibi rasa caterva fremit.

Hinc

Hinc *tibi* verus honos *surgit, tua fama per orbem*
Diditur, & complet Solis utramq; domum.
AEtatem vegetam produc in tempora sera,
Thuregi celebrem nobilitaq; Scholam.

Ad Papalistam.

PApalista regas, quando Romana cathedra
Cœperit antiquam contemerare fidem?
Si tibi non oculi clara sunt lucis egeni,
Historiam hanc Sacram volve, revolve, scies.

Honoris c. f. Collegæ conjunctissimo
JOH. WIRTZIUS,
Professor publ.

III.

Ad Clarissimum Historiæ huius Authorem,
Affinem & Collegam honorandum.

AD quos insigni merito te vexit honores
Nobilium Procerum concio sacra Scholæ:

Gratulor ex animo, ſemper tibi fidus Achates
Ipſe futurus: ovans, vive valeque diu.
Sic Schola ſuſpirat, patriæq; Eccleſia mecum
Hoc unum in votis civis & omnis habet.

Exiguum hoc magni affectus ἄγαλμα
δεχόμενος addit.

CASPARUS WYSSIUS,
Profeſſor Græcus.

IV.

Henr. ErnI T. Τριὰς Anagrammatum.

I.

Joannes Enricus Hottingerus.
Is curſu integret annos Noëhi.

CYme, Smyrna, Chius, Colophon, Pylus, Argos, Athenæ
De patria certant, Grandis Homere, tua.
Sunt de Hottingero, maiora at prælia noſtro,
Hoc de diſceptat tota Novena tribus.
Melpomene, Euterpe, Polyhymnia, Clio, Thalia,
Et reliquæ: Certat quæ libet eſſe ſuum.
Talia ſed ſpectans Tigurinus prǣlia Phœbus,
Rixa-

Rixarum bombos protinus ipſe tulit:
Hic Meus eſt; inquit, Meus eſt, fera bella faceſſant,
In Civis potiùs Vota venite Mei.
Annos ut *curſu* vitę *integret iſte Noëhi*,
Quo Tiguro pręſit, proſit & ille diu.
Si de Hottingero, fors, falſum anagramma, quod extat,
Verum de libris auguror eſſe viri.

II.

Joannes Enricus Hottingerus
An is thus, ros? Erige, vince.

III.

Vir hic, nonne eſt roſa vigens?
Evolutio

E*Rige* te Tigurina Schola, impigra *Vince* labores
Hottingerus enim ſedulus aſtes erit.
Ceu *roſa* honos horti eſt: ſic hic *roſa*; lauſque Scholai,
Hic Tiguro *thus* eſt, eſt *roſa, roſq;* ſuo.
Ejus ſcripta nihil fragrant niſi *thura, roſaſq;*
Et quicquid fatur nectare, *rore* madet.

Gens Tigurina tibi voveo rata vota Catulli,
Sat possis *rorem* hunc, *thus* ut habere *rosam*.

Triados huius anegrammaticæ evolutio Dialogistica per Triacontastichon.

Musicola & Echus.

FAma Hottingeri cùm sit proba fusa per orbem,
Ultra tellures nostras quæ mugit & urbes
Quà cadit Oceano vitreo Sol, quaq; resurgit,
Tu Dea, quæ, recolis nemorosa palatia Fauni
Echo, antro anné tuo laus hæc quoque pertonat *imo*?
E. *Immo*. M. Num rumor quassat at tua compita *villa*,
E. *Ille*. M. Tibi, an nota est, ejus celeberrima *vita*?
E. Dicit *Ita*. M. An digitis monstratur, dicitur? *Hic est*.
E. *Sic est*. M. Transposita hæc anagrammata sunt né *probata*?
E. O *rata*! M. Principibus placet an Venerabilis *Heros*?
E. *Ros*. M. Sibi mens generosa? E. *Rosa*. M. An super æthera notus?
E. *ô thus*! M. Doctrina fulget velut Hesperus astris
E. *Teris*. M. Num linguarum jubar est perlustre *Sacrarum*?
E. *Acrarum*. M. Afer, Arabs, novit quid dicat & *Ophir*?
E. *O vir*!

E. *O vir!* M. Propitia illi tota caterva *Novena?*
E. *O vena!* M. Hoc variæ est virtutis nonne *volumen?*
E. *O lumen!* M. Clara est Tigurinæ gloria *sedis.*
E. *Ædis.* M. Caussatur Tiguro, pia gaudia. E. *Dia.*
M. Ergò, Hottingerus vir sit cùm Tantus, & Heros,
E. (Mugit ἔρως) illi; Dea Tinnula; fausta *precare.*
E. *Præclaré.* M. Anné Noë spectabit secula *serô?*
E. *Assero.* M. Fama an victurus *Matthusalachanos?*
E. *Annos.* M. Porrò fluent studia an quoque *prospera?*
E. *Spera.*
M. Sudorisque idem an fructus *reparabit?* E. *Arabis.*
M. Et decoris Tiguri num scandet culmina *mille.*
E. *Ille.* M. Placet tua vox: Tua vox, est vox ne *bonorum?*
E. *Horum.* M. Omen non fallet? E. *Alet.* M. Jam carmina *claude*
E. *Laude.* M. At per Christum. Responderat illa per *istum.*
M. Nempe Deum. Resonabat: Cùm seque abdidit imâ
Valle. E. Vale. Antrivagans sic Echo labra premebat.

Anno Jesu Christi,

PaX nostrI TIgVrI, DVX, VoX, sIt ChrIstVs, aMator.





HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, NOVI TESTAMENTI,

SECULUM X.

SECTIONES eius sunt sex.

I. De Christianismo.
II. De Muhammedismo.
III. De Gentilismo.
IV. De Judaismo.
V. De doctrinæ συμβιβάσει.
VI. Appendix de falsa Ecclesia.

SECTIO I.

de

Christianismo.

I. Aggredimur seculum *decimum*, quod [a] sui asperitate ac boni sterilitate *ferreum*, malique exundantis deformitate

 tate

tate *plumbeum*, atque inopiâ scriptorum appellari consuevit *obscurum*. Vocatur etiam [b] *infelix*, [c] *monstrosum*, [d] *infelicissimum*, [e] *deploratissimum*, [f] quo abominationem desolationis in ipso videre contigit.

[a] Sunt hæc ipsissima Baronij Verba Annal. Eccles. T.X.a.Ch.900.

[b] Genebrad. Chronog. ad. init. Seculi X. *Infelix dicitur hoc seculum, exhaustum hominibus ingenio & doctrina claris, Principibus & Pontificibus. Vnde ferunt fuisse quoddam monstrum capite canino, & cæteris membris humanis, quod statum illius temporis mirificè referret*. Et paulò pòst: *Hoc verò uno* infelix, *quòd per annos ferè* 150. *Pontifices circiter* 50. *à Iohanne scil. Octavo*(qui cum successoribus aliquot, superiori jam seculo, quod & ipsum propterea, ut diximus *Infelix* appellatum fuit, vivere desijt) *qui Nicolao & Adriano* 2. *sanctis Pontificibus successit, ad Leonem* 9: *usque qui primus à Deo vocatus: velut alter Aaron, antiquam Pontificum integritatem è cælo in sedem Apostolicam revocavit, à virtute Majorũ prorsus defecerint, Apotactici, Apostaticive* (quo quidem Epitheto usus etiam est Baronius an. Chri-

an.Christi 908.S.4.) *potiùs, quàm Apostolici.* Quòd verò idem ille *Genebrardus*, flat & sorbet simul, ait, quod modò negabat, & viceversa; quasi seculum hoc *à Lutheranis tantum prædicetur* infelix, Vertiginis & contradictionis spiritum hominis istius ita luculenter arguit, ut nullam ulteriorem mereatur refutationem. Non acquiescit *Baronius* in gradu positivo, sed ut modò audiemus, superlativè, *infelicissima* illa tempora fuisse ingenuè fatetur.

[c] *Author* fascic. Temp. p. 68. b. *Monstrum habens caput caninum, & cætera membra sicut homo præsentatur Ludovico, & bene potuit* monstrosum statum *significare huius temporis, ubi homines sine capite quasi canes latrando hinc inde vacillabant.*

[d] *Baron.* an. Ch. 908. S. 3. *Sunt hæc* infelicissima *illa tempora, cum alter alterius res gestas, intrusus quisque Pontifex aboleret, quæ damnans & execrans huius tēporis auctor*, Auxilius *nomine*, *suo prosecutus stylo, de quo hæc* Sigebertus, *cum agit de scriptoribus Ecclesiasticis, viris illustribus*: Auxilius, *inquit*, scripsit Dialogum, sub persona Infensoris & Defensoris, divinis & Canonicis exemplis munitum, contra intestinam discordiam Romanæ Ecclesiæ, scilicet de ordinationibus, exordinationibus, & super-

ordinationibus Romanorum Pontificum, & ordinatorum ab eis exordinationibus, & superordinationibus.

[e] Id.S.5. *Audisti temporis huius* deploratissimum *statum*.

[f] Id *Baron*.an.Ch.900.

II. Antequam vero de infelici Ecclesiæ statu plenius agamus, præmittemus quædam I. De cursu naturæ anomalo, II. De utriusque Imperii Orientalis & Occidentalis regimine.

III. *Natura*, cursu suo adeo manifestè fuit excussa, ut non tantum [a] Oeconomiæ & Reipublicæ, quæ magnum inde accepit detrimentum; sed [b] ipsi quoque, satis iam afflictæ & attritæ Ecclesiæ hæc anomalia fuerit ominosa.

[a] Observamus enim hoc seculo I. *Terræ motus*. Tremendus terræ motus fuit regnante Phoca, de quo *Zonar*. t.3.164. quod Constantinopoli quidem fuerit innoxius, alijs tamen urbibus plurimum nocuerit. *Cedrenus* an. Ch. 986. terræ motum fuisse scribit, quo non tantùm muri & templa Constantinopoli corruerint, sed etiam tota Græcia eo motu concussa est. *Elm. Hist. Sarac* p.254. scribit, anno Heg.381. *ortum fuisse Damasci terræ motum magnum die* 17. *Muharrami*;

harrami; ita ut ibidem corruerent ad mille domicilia, & sub ruinis eorum multi mortales perirent; Corruit quoque eo die quidam è pagis Balabeis, & non cessarunt continui motus ante diem veneris, 14. Safari, & exierunt homines è domibus suis in campos. Et p. 252. *Anno 14. Basilij Imperatoris Romanorum, qui erat 379. magni extiterunt Constantinopoli terræ motus, & concidit tertia pars hagiæ Sophiæ: & corruerunt multa ædificia Nicomediæ in habitatores suos.* Patricid p. 386. & Elmac. p. 208. meminit terræ motus, qui anno Hegiræ 323. Ægyptum graviter concusserit, ita ut ne stellæ quidem, flammæ appellatæ, à tremore & concussione fuerint immunes.

2. *Incendia.* Patric. p. 276. scribit Alexandriæ combustum esse templum magnum, Cæsaria appellatum, & à Cleopatra Regina extructum, atque Saturno dedicatum.

3. *Aquarum*, Nili præsertim magna incrementa. Anno Hegiræ 290. quo Saleucia à Saracenis fuit capta, Nili incrementum attigit tredecim cubitos, & duos digitos, egressi autem Muselmanni, Christiani & Iudæi aquas avertere (sic puto necessariò hoc loco verbum Arabicum vertendum quod aliâs *aquas petere* est) conabantur, nunquam enim mensuram modò notatam superavit, & recessit aqua.

4. *Chasmata.* An. Ch. 992. In natalitijs Domini lux ab Aquilone, refulsit, adeò ut dies esse crederetur, visaque sunt paulò pòst chasmata, & secuta est hyems sævissima simul & longissima.

5. *Montes & fluvios ignivomos.* Ex Vesuvio monte crebra circa hoc tempus erumpunt incendia, quibus tota Italia afflicta. Roma etiam iam magna sui parte exusta est : *Baron.* an. Ch. 993. S. 10. sic an. Ch. 991. Ignis è Rheno ascendit, quo vicinæ conflagrârunt villæ.

6. *Cometas.* An. 912. apparuit cometa præter morem rutilantior, quem Imperij à Francis ad Saxones translatio secuta est, vel comitata, quod sine magnis motibus & cædibus fieri vix potuit. *Contract. & Honor.* in Chronic. Terribilis Cometæ meminit *Elmacin* apparentis in Ægypt. anno Hegiræ 313. vid. p. 197. *Patricid.* p. 382.

7. *Fontes sangvinifluos.* An. Ch. 940. Fons sangvinis largissimè fluxit Genuæ in præsagium fortasse imminentis ruinæ ipsius, nam eodem anno capta est à Saracenis. *Martin.* in Chron. *Anton.* 2. Par. Hist. tit. 16. c. 1. §. 15 *Fascic. tem.* p. 69. a. *Onuph.* de Pontif. p. 48. *Naucler.* Gener. 32.

8. *Granorum & pisciculorum pluvias.* An. Ch. 995. Grana tritici & pisciculos minutos imbribus immixtos pluisse, in Gallia apud Albanium scribunt *Palmer & Sigebert.*

9. *Cruces*

9. *Cruces* in vestibus apparentes. *Baron.* An. Ch. 946. Hoc anno gravissima pestilentia vexavit Boreales provincias, prodigiosis antea crucibus in vestibus apparentibus. Magnæ pestis etiam meminit *Elmac.* 213.

10. *Locustas.* Anno Hegiræ 317. tanta locustarum multitudo in Ægypto fuit, ut radij solares terram attingere nequirent, & consumpserunt vineas, fructus atque frumenta *Patric.* p. 383. *Elmac.* p. 148.

11. *Monstra*, cujusmodi est illud, cujus suprà meminimus, & *portenta* plurima alia, præsertim circa an. Ch. 963. Sic an. Ch. 979. flagrantes per totam noctem in cælo visæ facies, ac mutuis vulneribus se conficientes; *Ursperg.* unde felix Christianorum contra Saracenos gestum est prælium. Confer *Plat.* Ioh. XII. & *Naucler.* Gen. 32. p. 138. b.

12. *Famem.* *Elmacinus* p. 229. *Narrant an. 334. magnam fuisse Bagdadi annonæ caritatem, & tantam quidem, ut homines morticinia ederent: & comperta sint mulieres quædam accepisse pueros, & eorum quosdam assavisse, quosdam verò in pulmentarium elixâsse; per aliquot dies: at eæ interfectæ sunt, & projectæ in Tigrim.*

[*b*] Ipso fatente *Rolivingo* Carthusiano, & *Genebrar.* locis sup. p. 2. citatis: quibus aliud

ejusdem ad init. Sec. X. adde testimonium *Huc attinet monstra, prodigia, portentave, ne ostenta sine causa nunquam fieri, aut nasci: quia semper natura turbata, aut creatoris irat. indicia sunt certissima, quæ minimè ab ævo fefellerunt.* Confer. *Platinam* in Iohann XIII *Hac portenta indicare magnas clades & calamitatem Ecclesiæ multi interpretabantur.*

IV. Politiæ *Orientalis* regimen, quàm variis incommodis, mutationibus, seditionibus, parricidiis, bellis intestinis fuerit jactatum, ex serie Imperatorum seculi huius luculentissimè patet.

I. Primus est *Leo*, de quo sup. 586. qui ad annum seculi hujus octavum ad gubernacula adhuc sedit. II. Successit frater, *Alexander*, qui rerum potitus nihil Imperatore dignum gessit, delicijs, venationibus, ebrietati, comessationibus, luxuriæ deditus. Res Imperij & Reipub. mandavit circulatoribus, & hominibus è trivijs, quos ante Imperium clandestinorum facinorum habuerat socios. *Porco* proinde fuit assimilatus. Obijt tandem, cùm à balneo pransus, ventre epulis meroque distento pilâ luderet, ubi vasis quibusdam ruptis, multoque sangvine per nares & veretrum rejecto, uno die postea extinctus est, Anno Imperij 1. Successorem habuit (III.) *Constantinum*, ex fratre Leone nepotem, cui

54. anno-

54. annorum tribuitur Imperium : quod tamen initio non fuit adeptus *ἀναιμακτί. Constantinus* enim *Alexij* Ducis filius, ut illud obtineret, nihil reliquit intentatum. In conflictu tamen, equo in solo tabulis lapideis strato, lapso, & caput amisit, & Imperij spem. Cùm verò *Constantinus*, septimum vix ætatis annum agens, clavum Reipublicæ tenere vix posset, alijs eam curam tradidit : unde factum, ut Bulgari quoque sperarent, Constantinopoli se facilè potituros: sed quàm turpiter decepti fuerint habet *Zonar. t. 3. p.* 148. Adrianopolim postea, proditione captam, vastat, *Ib.* Vnde secutæ clades & expeditiones Bulgaricæ, quarum mira fuit vicissitudo. Factum enim victorum incogitantiâ, ut vincerentur. Unde Græcorum animi ita exacerba i, ut, disceptantibus diu & mutuis convitijs certantibus summis belli ducibus, Bulgaris via ad oppugnandum hostem fuerit strata. Vide de hac re *Zonar. p.* 149. Ipse *Romanus* Lacapenus Patricius, classis Drungarius, in vitæ discrimen propterea venit. Liberatus verò precibus Augustæ, Imperator salutator, ægerrimè hoc ferente *Leone Phoca*, Legionum Domestico, dignitatis æmulo. Est ergò *Romanus IV.* hujus seculi Græcorum Imperator, cujus initia turbavit non modò *Anastasius* Sacellarius, *Zonar p.* 151. sed etiam *Symeon*, Bulgarorum Princeps, *Ib.* Rebus autem non nihil compositis, filios suos & nepotem ex

Christophoro, coronavit, *Romano imperio*, quod hactenus penes unum esse consueverat, *in multa capita distributo*, eo ipso factus perjurus, quum sanctissimè ante affirmasset, se nunquam Imperatori indicturum, neque regnum affectaturum. *Zonar.* 150. 152. Imperante *Romano* Rossi & Agareni aliquot navalibus prælijs superati ad suos redierunt, Romanos deinceps non facilè ampliùs lacessentes, *Zonar.* 153. Annos imperitavit 26. magnis liberalitatis documentis præstitis illis, qui vel ære vacillabant alieno, vel in domibus conductitijs habitabant, quod tamen, *Zonara* judice, p. 154. perinde erat, *ac si quis vicini bove immolato, extremos pedes largiatur pauperibus, totumque corpus devoret ipse: aut spreto legitimo coniugio, in alienæ uxoris stupris volutetur: deque mariti illius pecunia pauperibus largiatur, ut sibi adulterii gratia fiat.* Unde ostendit deinceps, ὡς κἂν βραδύτερον ἴσως μέτεισι τοὺς ἀδικοῦντας ἡ πρόνοια, μετανοίας αὐτοῖς ἐπιμετροῦσα καιρὸν, ἀλλά γε τοῦ κακοῦ μὴ ἀπεχομένους μέτεισι χωλαίῳ ποδὶ, καὶ δίκας εἰσπράττεται, *quòd etiamsi Providentia tardius invadat iniustos, concesso pænitentiæ spatio: tamen nisi à malitia discesserint, lento gradu eos assequi & pœnas exigere.* Obijt enim in Insula *Prota*, in quam ab ipso filio *Stephani*, spe potiundi communis cum Constantino imperij, erat relegatus. Ipse quo-

quoque *Stephanus*, ne Constantino ad pristinos honores evecto esset molestus aut suspectus, cum fratre Constantino in exilio vitam exegerat; *Zonar.t.3 p* 155. vide etiam *Elmac.* Hist. Sarac. p. 218. Rediit ergò ad Imperium Leonis filius *Constantinus*, doctrinæ & pietatis nomine *à Zonara* commendatus; sed in regno administrando segnior, qui primùm atque recuperâsset illud, filium quoque *Romanum*, juniorem, diademate ornavit, *Nicephorum* verò Orienti dedit Prætorem. Vix recipit sceptrum, alij ei inhiant, *Romanus* cumprimis & *Stephanus*; & ipse tandem filius, qui instigante uxore, Patri hausturo pharmacum venenum clàm admiscuit, quo tamen maximam partem, εἴτ' ἐκ προνοίας, εἴτε τυχαίως, effuso, non fuit extinctus. Defuncti verò postea sive δυσκρασίᾳ corporis, sive repetitis filij insidijs, lampadem suscepit filius, *Romanus*, cognomento *Puer*, tum ad discrimen materni avi, cognominis, tum propter vitam pueriliter actam, *Zon.* 157. Est hic V. numero Imperator, qui, delicijs voluptatibusque addictus, luxuque diffluens, cum hominibus corruptis & pestilentibus vitam agebat, rerum administratione præposito, & cubiculario *Bringa Iosepho* demandata. Obijt anno Imperij 3. vel ex veneni haustu, vel voluptate & libidine viribus corporis attritis. Imperio utrique filio & matri Theophanoni, τὸ εἶδος εὐπρεπεστάτῃ, relicto Successit *Nicephorus* Phocas, Patriæ amantissimus Saracenorum flagellum, *Zonar.* 158. &

Domesti-

Domeſticus legionum, qui cùm *à Romano*, ſuo in Imperio Anteceſſore, rogaretur, quî fieret, ut Romana res ita peſſum iret? magna libertate reſpondit: διότι σὺ μὲν βασιλεύεις, ὁ δ' ἐμὸς πατὴρ στρατηγεῖ, σὺ μὲν τῆς ἀρχῆς, οὐχ ὡς δέον, ἐπιμελημένος, ἐκεῖνος δὲ φιλοχρηματῶν. *Ideo fit, quòd tu Imperas, & pater meus exercitum ducit. Nam & tu Imperium perperam adminiſtras, & ille pecuniæ ſtudet.* Imperij auſpicia exulcerārunt *Bardas*, Nicephori Pater, & *Bringa*, cubicularius. Victor tamen *Nicephorus*, à Polyeucto Patriarcha coronatus fuit. Ab eodem paulò pòſt Sacris arcetur, quod eam ſibi matrimonio, ſecundis nuptijs, junxiſſet, cui ἀνάδοχος fuiſſet aliquot liberorum. Ipſo ſtatim anno Imperij 2. *Nicephorus* cum magna manu Ciliciam invadit, Saracenos fundit, Cyprum & Syriam recuperat, utque effrenem militum turbam haberet promtiorem, magnam impunè graſſandi licentiam illi concedit; qua re paulatim in odium ſuorum incurrit. Imperatori verò (qui ad unam rem militarem referebat omnia *Zonar.* 162.) hanc indomitis Martis pullis copiam feciſſe non ſatis erat; decreto etiam ſanxit, ut milites in bellis interfecti, pari cum Martyribus honore, ſimilibusque hymnis ac veneratione colerentur, *Id.* Ib. Acceſſit ſumma hominis ſordities, quæ impulit ipſum, ut non modò preſſis & annonæ caritate miſerè vexatis ſubditis auxiliatrices nullas

porrexe-

porrexerit manus, sed ipse ἡμιολκήσας annonam flagellarit. Miserè tandem perijt ex insidijs à *Theophanone* conjuge, & *Zimisce*, Orientis Domestico (id est, ut *Elmacinus* Hist. Saracen. p. 218. explicat, *Duce copiarum omnium & exercituum*) paratis, an. æt. 57. Imp. 6. occisus fuit in ipsa Regia, quam muro circumdedit, propterea quòd oraculo didicisset, in ea se interfectum iri. Quod quidem malum hac ratione amoliri voluit, cùm cogitandum potius fuisset: ὡς εἰ μὲν ἀληθὲς εἴη τὸ χρησμοδότημα, εἴη ἂν καὶ τὸ πεπρωμένον, ἵν' οὕτως εἴποιμι, ἐκ θεοῦ ὡρισμένον, ἄφυκτόν τε καὶ ἀμετάθετον, εἰ ἢ δύναιτο κωλυθῆναι δι' ἐπινοίας, οὐ πάντως ἀληθὲς καὶ τὰ ἐπινοούμενα περιττά: *si verum esset oraculum, etiam fatum (ut ita loquar) divinitus ordinatum, esse inevitabile & immutabile: Sin id aliqua solertia prohiberi posset, non utique esse verum, omnemque solertiam supervacaneam*; *Zonar*. p. 163. Sequitur VII. *Iohannes Zimisca*, qui Nicephori acta, Politica & Ecclesiastica omnia rescidit; filios, cognatos officijs motos in exilium relegavit, *Zonar*. 166. Polyeuctus tamen Patriarcha *Zimiscam* cæde pollutum nec sacrorum, nec diadematis participem esse prius permisit, quàm se purgâsset, constitutionibus Ecclesiasticis satisfecisset, adeoque Patriarchæ postulata omnia implevisset. Postquam autem *Bardas Phocas & Leo*, imperium affectantes, pœnas luissent, nuptias celebrat, victori-

victoriamque à Rossis adeò præclaram deportat ut Byzantium reversus ab omnibus ordinibu splendidissimè fuerit exceptus, *Zonar.p.*171. Tan dem, ob offensum Eunuchum, *Basilium*, lento & tabifico tollitur veneno, á. regni 6. Imperio re licto *Basilio & Constantino*; Romani filijs; anno rum ille 10. hic 17. ætatis annum agebat. Acquie vit tamen *Constantinus*, *Basilo* vivo; in solo Impe ratoris nomine & colore, *Zonar.*177. cætera fra tri cessit, cui initio Regni plurimas facessebin molestias, Magister *Barda Sclerus*, cui omnes Ori entis copiæ parebant, quique Imperator jam fa lutatus erat; & *Phocas*. eodem jam axiomate di gnus. Uterque tandem cœpto, destitit, ille Mo nomachiâ *a Phoca* in ordinem redactus; squali dóque apud Persas (*Elmacinus* tamen habe Sclerum ab *Adadudaula* Bagdadi detentum fuiss p.245.) & Græcos carcere diu vexatus; hic i prælio à milite *Basilij* lethaliter vulneratus; *Zo nar.p.*177. Superatis igitur Imperialis dignitati æmulis, res suas cum cura tractare, vitæque libe tiori, quam egerat antè, nuntium mittere cœpi

V. *Occidentalis* Imperii administra tio, Sex [a] Imperatorum Periodo abso luta, & à scriptoribus Pontificiis acrite [b] flagellata, hoc maxime nomine fui memorabilis; quod non tantùm Maje stas Imperatoria, à Caroli Magni poste ris ablata, [c] ad Germanos, [d] electioni

potesta

potestate iisdem solis facta ; transierit; sed ipsum quoque Regnum Galliæ; quod annis 237. tenuerat Pipini progenies, ad Hugonem Capetum, eiusque posteros translatum fuerit.

[a] Suntque I. LUDOVICUS IV. Arnolphi filius, ab a. Ch. 900. ad 912. II. CUNRADUS I. Franconiæ Dux, ad a. 919. qui ante mortem HENRICO Duci Saxonum (de quorum Origine videatur *Abbas Ursp.* in Chron. p. 188.) Sceptrum, coronam misit; & cætera ornamenta; Imperijque proceres cohortatus est; ut eundem eligerent; quod & factum est, qua occasione Imperij dignitas à Francis ad Saxones fuit translata: Hic autem HENRICUS I. Auceps dictus, Impe-rator designatur an. Ch. 920. Mortuus 2. Iul. anno ætat. 60. Imperij 17. Christi 936. IV. OTHO Magnus, filius Henrici Aucupis, an. Ch. 936. qui multas Ecclesias fundavit & Archiepiscopatus. Moritur an. Ch. 973. Sepel. Magdeburgi, cujus Sarcophago hoc inscriptum ἐπιτάφιον.

Tres luctus causæ sunt hoc sub marmore clausæ.
Rex, decus Ecclesiæ, summus honor patriæ.

V. OTHO II. Magni Othonis filius, *qui mors pallida Saracenorum*, dicebatur. Moritur Romæ an.

mæ an. Ch. 983. VI. OTHO III. vulgò *Mirabilia-Mundi* dictus succedit an. Ch. 984. ad annum 1001.

[b] *Genebrardus* lib. 4. Chronol. *Tanti sceleris* (loquitur de Apostaticis & Apotacticis Pontificibus Romanis) *rei sunt Germanici Imperatores, qui ita premebant Ecclesiam, ut sublatis Canonicis electionibus, pro libidine & sæpius pecunia & pactis summos darent Pontifices, recusaret electus Pontificatum suscipere, prius quam ab illis confirmaretur.* Et, p.565. *His temporibus* (an.Ch.998) *cuique licebat in sedem Petri irrepere: propter iura Ecclesiæ ab Imperatoribus rapta. Captiva erat Ecclesia & gemens sub Germanis Imperatoribus ab Arnulpho ad Henricum IV. quem Gregorius VII. a. D.* 1080. *in ordinem reduxit fulminibus Apostolicis.* Vide Lector: quicquid tristi hoc seculo delirârunt Itali, Romani præsertim Pontifices seditiosi & perjuri (vide *Sigon.* de Reg. Ital.p.169.) plectuntur nunc Germani: quasi tot in Ecclesia cladium Germani fons fuissent & fomes. Aliter longè de Germanis seculi hujus Imperatoribus judicavit *author fascic. temp.* an. Ch. 934. *Almania circa hæc tempora plus solito cepit insignes habere personas in utroque statu & sexu, domosque eius principales seu Saxoniæ,*

Bavariæ,

Bavariæ, Austriæ, *Hassiæ ac cæteras fidei lumen valde illustravit: sed in sapientia & probitate proles claruerunt gloriosè, & nominati sunt in orbe, &c.* Ex Italis nonnihil est modestior, & nationi Germanæ faventior *Baronius* an. Ch. 906. S. 7. ubi infelicitatem status illius Italis ita acceptam fert, ut turbatorum fontium aliquam saltem tribuat culpam Germanis. *Ita quidem omnia*, inquit, *Romæ tam sacra, quàm profana factionibus miscebantur, ut penes illam partem esset promotio ad Apostolicam sedem Romani Pontificis, quæ potentior appareret, ut modò Romanorum proceres, modò Etruriæ Princeps intruderet seculari potentiâ quem vellet, & deijceret, quem posset Romanum Pontificem à contraria factione promotum. Quæ toto hoc fermè seculo sunt actitata, quousque Germaniæ Imperatores* OTHONES (confer *Naucl.* Gener. 33. p. 143. *Platin.* in Bened. VI. ubi Othonem vocat *virum optimum, & Ecclesiæ Romanæ defensorem acerrimum*) *medii intercessere; utrique parti contrarij, arrogantes licèt & ipsi sibi pariter Papæ electionem atque electi deiectionem.*

[c] Accidit an. Ch. 912. mortuo Ludovico IV. In quo Caroli Magni stirps defecit, anno 112. à coronatione *Caroli Magni*. De qua μεταβολῇ

loquitur *Platina* in Ioh.XIII. *Genebrar.* Chron.lib. 4.an.Ch.904. Dolebant Itali, suæ sibi ditionis Imperium ereptum; unde ad Longobardos iterum transfertur, Berengario 4. Longobardo, Duce Forojuliensi, à quibusdam Italis electo in Imperatorem, & Widone in regem Italiæ *Ludovicus* autem, *Arnulphi* filius imperium paternum repetiturus erat, quem Veronæ captum & interfectum à Berengario fuisse, scribit *Plat.* Leo. V. atque tum primum genus Caroli Magni, ignaviâ posteriorum Principum, tam Franciæ, quàm etiam Germaniæ imperij titulos amisisse, addit *idem.* Accessit schisma in electione Iohannis XIII. cui sopiendo dignus visus est Ottho rebus modò præclarè gestis inclytus, qui Romam ingressus *ab ipso Iohanne* (verba sunt *Platinæ*) *honorificentissimè suscipitur, coronaturque, ut quidam tradunt, accepto Germaniæ Panoniæq; titulo, quod reliqui Imperatores deinceps observárunt, translato tum primum ad Germanos Imperio.* Amissi à Francis Imperij culpam scriptores Pontificij adscribunt alij *ignaviæ*, ut *Platina*; alij *sedis Romanæ contemptui*, ut *Genebrardus. Quid si illa negligentia* (quòd Ludovicus de genere Francorum ultimus coronam à Pontifice non accepit) *causam divino quodam iudicio præbuerit transferendi ad Germanos Imperij. Franci à Pontifice* Imperium *erāt consecuti, debuerunt*

buerunt igitur eodem medio illud retinere. Alij *desertioni Ecclesiæ*; ut Rolivingus *Carthusianus. Imperium*, scribit, *iterum transfertur & dividitur. Nam Franci non iuvabant Ecclesias, quas Patres eorũ extruxerant, sed dissipabant, nec Romanis præbebant auxilium contra Longobardos, qui multum infestabant eos, imò de communi consensu exclusi sunt ab Imperio, & Italici in Italia, & Almani in Alemania cœperunt, usq; ad Ottonem, qui utrobiq; regnavit. Franci autem nunc coguntur manere in teminis suis, experientes omnium rerum esse periodum.* Alij, *iniquæ iuris Ecclesiastici usurpationi*, quâ dicere solebant, *omnia sibi licere etiam in Ecclesia*, ut *Baronius* an. Ch. 999. S. 13.

[d] *Calvis.* an. Ch. 998. Otto III. Imperator, cùm ipse destitueretur liberis, in quos imperium derivare posset, multique essent, qui Imperio inhiarent, in Italia, atque fortassis in Gallia, re deliberata cum Pontifice Gregorio cognato suo, constituit in frequentissima Synodo Principum Germaniæ, Italiæ, & Episcoporũ, ut apud solos Germanos Principes tam Politicos, quàm Ecclesiasticos jus eligendi Regẽ esset, qui postea a Pontifice consecraretur Imperator. Eadem ferè habet *Barõ.* an. Ch. 996. S. 52. & *Naucler.* Gener. 31. p. 136. An vero septenorũ numerus tum fuerit definitus, & an septemviratus, his in *Vincentij* speculo versibus expressus:

Mogun-

Moguntinensis, Treveris, Coloniensis:
Quilibet Imperij fit cancellarius horum.
Et Palatinus dapifer; Dux (*Saxonum*) portitor ensis.
Marchio (*Brandeburgensis*) præpositus cameræ; pincerna Bohemus,
Hi statuunt Dominum cunctis per secula summum:

ea occasione fuerit institutus, inter authores certatur. Affirmat *Gault.* Tab. Chrono. *Naucl.* Gener.34.p.144. *Ptolemæus* apud Platin. in Greg. V. *alij*, apud Genebrard. l. 4. p. 563. *Author fasc. temp.p.*70.*b.* vide etiam *Catal.Test.Verit.lib.* XI.303. Sed habet *Calvisius* ratione 7. quibus probat, tam antiquam originem Senatum VII. Electorum non habere. *Aventinus* lib. V.p.509. & hunc secutus *Onuph.* de comit. Imper.p.m.371. referunt, post obitum Friderici II. (id est, post annum Christi 1250.) Electores istos à Gregorio X. (qui Pontifex creatus est an. Ch. 1271.) confirmatos esse. *Inter eos autem* Historicos, scribit, Genebrardus, *qui eo ferè tempore in Germania floruerunt, nulla est mentio. Silet Sigebertus, Otto Frisingensis, Vitichindus, Luitprandus, & Annonii continuator.* *Baronius* an. Ch. 996. S.54. & deinceps, sententiam *Panvinij* non tantum reijcit, sed & in Aventinum, quem *disertum* appellaverat *Onuphrius*, acerbè invehitur, non modò *infectam hæresis scabie bestiam*, sed & homi-

hominem *pietate & doctrina omnino desertũ*, contra tot magnorum virorum autoritates & testimonia, nuncupat; Ipsi interim sententiam de origine Septemviratus dicturo, aqua hæret. *A quo nam autem*, ait S. 67. *retento Electorum septenario numero, facta fuerit ista mutatio, num ab Innocentio* (Papa quarto, cujus auspicijs Synodus fuit indicta Lugduni an. Ch. 1245. in quo septem Electorum, 1. Ducis Austriæ: 2. Ducis Bavariæ: 3. Ducis Saxonum: 4. Ducis Brabantiæ, qui & Lovaniæ, Luicorum. 5. Archiepiscopi Coloniensis. 6. Archiepiscopi Moguntini, Principalium. 7. Salzburgensis, Prælatorum, expressa fit mentio) *vel alio aliquo ex successoribus eius: hoc fatemur nos latere.* Et S. 69. *Porro, ante hac tempora nullum historicorum invenire est, qui vel nomine tenus septem Electorum meminerit. Qui primus horum meminisse reperitur Martinus Polonus, qui claruit sub eodem Innocentio Papa IV.*

[c] Hunc alij *Parisiensem* appellant, alij *Andegavensem*, qui primus apud Gallos, Gallus regnare cœpit, Germanorum Francorum sangvine extruso, circa annum 988. Ab hoc Hugone Capeto linea modernorum Galliæ Regum descendit. Natus fuit ex patre Hugone Magno, avo Roberto, Principibus; ex materno verò stemmate, ex sorore Ottonis senioris genitum tradunt,

adeò ut vanitati Poëticæ nullus sit locus fingendi, eum vilissimo patre natum; ait *Baron.* an Ch. 987. vide *Naucl.* Gen. 34. sub finem.

VI. Hæc de statu *Politico*; accedimus ad *Ecclesiasticum*, eumque geminum, Orientalem & Occidentalem.

VII. In *Oriente* Ecclesiam hoc seculo, quantum ex ruderibus eruere licuit, habemus varie afflictam, Muhammedanorum [a] sævitiâ multis in locis agitatam, hæreticorum [b] furijs vexatam, intestinis dissidiis [c] laceratam, simplicitatis Apostolicæ non modo in [d] vita, & [e] vocatione, sed in [f] ipsis sæpe dogmatibus immemorē, contētionibus [g] novis & parùm necessariis exercitatam, hoc tamen maximè nomine felicem, quod non tantùm [h] Alexandriæ & [i] Constantinopoli studia literarum suum habuerint decorem, sed ipsi quoque [k] Patriarchæ Orientales ad mutua communionis sanctorum iura redierint.

[a] De qua plenius agendum erit S. II. de Muhammedismo. Hîc pauca attingemus, 1. de Ecclesia *Hierosolymitana*. Anno Hegiræ 325. tumultum excitantes Muslimi, Hierosolymæ, ingressi

ingressi sunt templum Resurrectionis, idque incenderunt, & vastaverunt, diripientes quæcunque poterant, *Elmac.p.* 208. Addit tamen *Patric.p.* 397. ægrè hoc tulisse *Arradium*, eaque de causa *Abdarrahmanum* officio deposuisse.

2. De *Ascalonitica* Anno 328. tumultum excitârunt Muslimi, Ascalone, atque irruerunt in templum quoddam magnum, quod ibi erat, vocatum Templum viride Mariæ, idque destruxerunt, & diripuerunt quæcunque in eo erant; opem ijs ad hoc ferentibus Iudæis, qui ligna accensa rotis in tectum traxerunt, ita ut totum deflagraverit. Habet hæc *Elmacinus*. Sed *Patricid.* Hist. Eccles. p.m. 380. 381. eandem cladem sustinuisse ait Christianos *Kimlæ*, ubi duo destructa templa, templum *Mar-Cosmæ*, & *Mar-Cyriaci*. Idem Cæsariæ obtigit. At jussit Imperator *Muktadirus* omnia reparari, qua de re postea loquemur.

[*b*] Suas enim ubique sedes obtinebant *Nestoriani, Manichæi, Iacobitæ*, Alexandriæ cumprimis, ubi Iacobitæ suum semper ferè hoc seculo habebant Patriarcham: vide Hist. Saracen, *Elm.p.* 208. 229. 230. 246. munere hoc functus scribitur, quidam *Ephrem*, Syrus, & alius, nomine quidem φιλόπονος sed re ipsa φιλήδονος.

[*c*] Quæ lues infestavit 1. *Alexandrinam Ecclesiam*, sub *Saido* filio Batrici, quem Patricidem nos vulgò appellamus, historico, de quo *Elmac.p.* 208.

Anno Hegiræ 328. *vita excessit Saidus, filius Batrici, Historicus, qui Patriarcha erat Orthodoxorum Alexandriæ, die Lunæ in fine mensis Regiebi, cùm Patriarcha sedisset septem annos, & sex menses.* Hu*ius tempore multa fuerunt dissidia, & continuum odium inter ipsum, & populum eius* (idem refert ben Casem Muhammedanus in vita Patricidis) *id quod duravit, donec Muhammed, fil. Taagi Dominus AEgypti, Ducem quendam suum, cognominatum Abulhasenum, cum militibus aliquot misit Tinnisum, qui templa eorum confiscavit, uti & quæcunque in iis erant vasa atque instrumenta, quæ plurima erant, ita ut aurum atque argentum, ob multitudinem, ponderarentur magnâ librâ: Ea autem omnia coniecit in cistas, & vexit ad Achsiidum. Sed Episcopus Tinnisi adiit Scribas quosdam, in AEgypto, qui intercedentes apud Achsiidum hoc effecerunt, uti pro quinque aureorum millibus sua illis supellex restitueretur: Itaque de facultatibus Ecclesiæ vendiderunt, quantum ad summam illam conficiendam requirebatur, eamque attulerunt ad Achsiidum, qui cum intellexisset Episcopum possessiones illas nimis vili pretio addixisse, ut qui iniquus erat, misit*

Tinni-

Tinnisum, petiitque ab emptoribus id quod justo pretio deerat, & summam aliam ab iis accepit. Cum itaque viderent Melcitæ dissidia sua huius rei causam esse, pacem fecerunt, & cõvenerunt in uno templo. Utinam hodierno quoque die Ecclesiæ, quæ à Papismo fecerunt secessum, exemplo hoc moniti sapere, & conjunctis viribus communem adversarium gladio oris oppugnare didicissent!

2. *Sedem Constantinopolitanam*, idque *a.* propter *Euthymium* Patriarcham ejectum, jamque defunctum, & *Nicolaum* restitutum. Alij enim illi adhærebant, huic alij. Vide *Calvis.* an. Ch. 920. *b.* propter conjugium. Quidam enim sentiebant, quartum conjugium concedi posse, quidam negabant. Leo certè Imperator ob quartum conjugium censurâ Ecclesiasticâ fuit notatus, vide *Zonar. t.* 3. *p.* 143. Alia paulò pòst orta controversia, *an compaternitas legitimi conjugij esset obstaculum*? Quæstioni occasionem dedit *Nicephorus* Imperator, qui Theophanoni, cui aliquot liberos de Sacro fonte suscepisset, nupsit. Sed probatum tandem ejusmodi conjugium, non obstante canone contrario: vide *Zonar, t.* 3. *p.* 160.

[*d*] Erat enim 1, magno apud Orientales, penè omnes, *Melcitas, Nestorianos, Iacobitas*, in honore vita Monastica, cujus tamen nulla tempore Apostolorum erant vestigia. Imò ita Monacho-

rum omnia erant plena, ut ominari quis posset non Apostolos, non Prophetas, non Pastores, non Doctores, Christum Ecclesiæ suæ valedicturum, sed Monachos tantùm dedisse, nisi ipse ad hoc seculum in *Christoph.* 1. moneret *Platina*, *in Monasteria, tanquam in Insulas malè de Ecclesia DEI meritos tum fuisse relegatos.* Legat quis diligenter, Orientis cùprimis, Historias, reperiet facilè, Monasteria carceres, potiùs & ergasteria, quàm pietatis phrontisteria fuisse.

2. *Alij* otio & voluptatibus penitus diffluebant cuticulam curantes, aut primatum affectantes, de grege Domini parùm soliciti. De *Theophylacto*, Constantinopolitano Patriarcha, commemorat *Zonar.t.*156. quod fuerit ἱππομανῶν τε καὶ κυνοτροφῶν, καὶ θήραις προσκείμενος, καὶ τὰ τούτοις πρέποντα ἀκόλουθα. ἔτρεφε δὲ καὶ ἵππων σφοδρότατον ἔρωτα, καὶ εἶχε θηλείας ἵππους πάνυ πολλάς. Μία τοίνυν αὐτῶν ἢ τῶν λοιπῶν ἐπισημό... παρὰ κατὰ γαστρὸς ἔχουσα, ἔτυχε τεκοῦσα κατὰ τὴν ἱερὰν τῆς μεγάλης πέμπτης ἡμέραν, καὶ λειτουργοῦντι τότε τῷ πατριάρχῃ ἧκέ τις κομίζων, περὶ τοῦ τῆς ἵππου τοκετοῦ δ' ἀγγέλια. ὁ δὲ ὑπερήσθη, καὶ τὴν θείαν ἱερουργίαν συντεμὼν, σπουδῇ πρὸς τὸ κοσμίδιον ἀπελήλυθε (ἐκεῖ γὰρ εἶχον αἱ ἵπποι αὐτοῦ τὰς διατριβὰς) καὶ τὸ νεογνὸν πῶλον ἑωρακὼς ὑπενόστησεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὴν τῶν ἁγίων παθῶν τοῦ σωτῆρος χριστοῦ ἐτέλεσε τελετὴν *insano quodam tentus stud... alendi* (bis mille habuisse semper, scribit Calv...

a

an.Ch. 956.) *equos & canes, venationibus addictus, aliaq; id genus fecerit alia. Magno cum primis ferebatur amore erga equos, multas etiam alebat equas. Vna igitur inter cæteras insignior, uterum gestans, cum peperisset die sancto Magnæ Quintæ, atque unus Patriarchæ sacris tum intento annuntiâsset, lætitia elatus sacrorum celebratione abrupta ad Cosmidium festinavit (ibi enim equi eius stabulabantur) visoque pullo recens nato, in Ecclesiam reversus festum Sanctæ Passionis Servatoris peregit.* Imò ipsi etiam Iacobitarũ Patriarchæ, qui hactenus duriori vitæ διατριβῇ malæ causæ, & dãnatæ doctrinæ patrocinium quæsiverunt, laxis habenis abdominis se mãcipia esse haud obscurè probârunt. *Erat autem*, scribit Elmach.p.246. *Philoponus Alexandriæ Iacobitarum Patriarcha, deditus amori pecuniarum cibi & potus, ac perpetuo hærebat in balneo. Cum autem in templo* Marci *Evangelistæ sacra faceret, vidit visionem quandam, quâ perculsus obiit.*

[*e*] Sic de *Theophylacto* Constantinopol. scribitur. ὅτι τῆς ἀρχιερωσύνης ἀθέσμως ἠξίωτο, ὅθεν καὶ ὑπὸ παιδαγωγοὺς ἐτέλει ὁ πατριάρχης, *Sacerdotio illegitimè fuerit potitus; nam &, dum Patriarcha fuit, Pædagogis parebat*; Zonar. *t.3.p.156.* Sic & antecessor ejus *Tryphon*, sedem, quã vi contra datam fidem retinere volebat, dolo amittit.

Historiam recenset *Zonar. t. 3. p.* 152. Stephano Amaseno, quam sedem Principis urbis per triennium occupâsset, mortuo, Tryphon Monachus quidam ea conditione successit, ut post certum tempus, Theophylacto Imperatoris filio, puero adhuc, ultrò sede cederet. Præfinito autem tempore elapso, Patriarcha Tryphon sede pontificia, ut convenerat, cedere noluit, sed eam retinere manibus pedibusque est conatus. Imperatore autem verba sibi data esse ægrè ferente, Cæsariensis, ut ei gratificaretur, patriarchæ simplicitatem dolo circumvenit, assumtaque amici personâ, illi ait: Imperator vehementer sanè te oppugnat, sed desunt ei crimina, ob quæ loco moveri possis, & jam qui contra te stant, eò sunt redacti, ut te literarum penitùs rudem esse dicant. Sed propera, ut tuis accusatoribus istam quoque calumniam preripias, quam facilè propulsabis, si coram multis, chartâ sumtâ, nomen tuum & pontificatus dignitatem scripseris, quâ scripturâ ad Imperatorem perlatâ, nihil porrò erit, de quo te criminentur. Huic consilio paret ille, & coram multis in charta pura hæc scribit, τρύφων ἐλέῳ θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος κωνσταντίνου, νέας ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης; Eam chartam Cæsariensis Imperatori offert, syngrapha supra subscriptionem, patriarchæ nomine, in ea contexitur. *Tryphon*, quasi renunciârit, Ecclesia ejicitur, & Imperatoris filius patriarcha designatur.

[f] Redij

[*f*] Redijt enim I. nimius *imaginum & reliquiarum amor*, quo multi inſanientes veſtigia Apoſtolica prorſus deſeruerunt. Multi, quaſi omnis ſalus à cultu & veneratione imaginum dependeret, obviæ cuilibet occaſioni inhiantes ea etiam arripuerunt, quorum οὔτ' ἐξίτηλα ἴχνη apud veteres extant. Quid habendum ſit de commercio illo Epiſtolico inter Servatorem noſtrum & Abgarum, Edeſſenorum Regem, alibi diximus. Habentur Epiſtolæ Chriſti exemplaria Græca, Arabica, Perſica, alia tamen ab alijs δὶς διὰ πασῶν differunt. Eadem fabula (hoc enim loco à ſcriptoribus quoque Pontificijs habetur) aliam dedit, de effigie Chriſti ἀχειροποιήτῳ, quæ hoc demum ſeculo Muhammedanorum manibus erepta, Chriſtianis reſtituta fuit, Romano rerum *potiente*; ſcribit Zonar. t. 3. p. 154. *Chriſti effigies nullis facta manibus & divinitus in linteo expreſſa, in Imperatoriam urbem eſt tranſlata. Eam tum Edeſſa habuerat, quæ cum in periculo excidii eſſet, Agareni, qui tum urbem tenebant, incolumitatem hac effigie à Romanis redemerunt.* Epiſtolam Imperatori, Georgium Maniacem, protoſpatharium, urbium ad Euphratem prætorem, Edeſſa potitum, miſiſſe ſcribit *idem* p. 185. Alias λύτρα conditiones habet Elmac. Hiſt. Saracen. p. 213. *Anno Hegiræ 331. venerunt copiæ Romanorum in Diarbecram,*

cram, omniaq; cæde & incendio vastaverunt, ac multos captivos avexerunt. Ceperant quoq; Arzanam & Daram, incolasque occiderunt. H*inc Nasibinum pervenerunt* :& Ruhâ (id est *Edessa*, quæ Arabiæ fuit civitas, prius *Antiochia* dicta ut *Plin.* scribit lib. 5. c. 24. nunc *Orpha* id est, *terra plana & deserta*, quod ipsum etiam *Ruha* significat, cluet. teste *Xavie.* Histor. Christ. Pers. p. 354.) *petierunt mantile illud, quo Dominus Christus faciem suam honorabilem absterserat, miseratq; ad Abgarum* R*egem nigrum* R*uhæ, & obtulerunt pro eo Muslimis dimissionem omnium captivorum Muslimicorum, qui in manibus eorum erant; atque ea de re scripserunt ad Moctasim; qui iussit consiliarium, iudices omnes & nobiles convocare, ut audiret, quid ea in re censerent esse faciendum. Eorum autem quidã dixerunt, quod id dare* Roman*is præiudicio & opprobrio foret veritati Islamismi. Alii autem dixerunt, redemtionem Muslimorum captivorum è manibus* Romanorum, *quæ eo mãtili fieret, bonam atq; laudabilẽ fore: itaq; inter eos convenit, ut id* Romanis *darent, & captivos liberarent; quod & fecerunt.* Fueritne zelus iste pro gloria DEI, quo, ut incertã, veteribus ignotam, obstetricante credulitate & superstitione, excogitatã, redimerent effigiem,

tot

tot vinculis solverunt apertos Christi hostes, quibus antiquius nihil fuit, quàm Christianis insultare, tributis eos vexare, ad internecionem rapere, judicent illi, qui non omnem planè sensum excusserunt. Iudæi certè hac permutatione ita offensi fuerunt, ut vel hinc infidelitati suæ, & manifestæ impietati gratulandi ansam arripuerint. Unde author *lib. Iuchas. p.* 147. cùm ijsdē fere verbis historiam recensuisset, ἐπιφώνημα subjungit: *Beatos vero nos cœtum Israëlis credentium!* quasi exprobrare vellet Christianis Glauci & Diomedis permutationem. Hodie effigiem hanc sibi *Genuenses* vendicant, authore *Xav.* loco cit. quam priùs *Constantinopoli Romam* translatam (quando verò, & qua occasione, ipsi Pontificij cum ignarissimis juxta ignorant) fingunt; *Calvis.* Anno Ch. 944. Ita *Nicephoro* Imperatori inter alia Cilicica & Syriaca spolia tribuitur τὸ τοῦ σωτῆρος χριστοῦ ἱερὸν καὶ θεῖον ἐκτύπωμα quod in olla invenerat, & pars capillorum Iohannis Baptistæ sanguine concreta; *Zonar. t. 3. p.* 161. Imperante *Constantino*, fil. *Leonis* ἡ τιμία χεὶρ τοῦ προδρόμου per quēdam Diaconum lobum Antiochia Byzantiū dicitur trāsportata, *Zonar. p.* 156. Nescio quā piè Iohannes terræ à discipulis suis mandatus, ab alijs iterum potuerit effodi, quasi curiositate sua illos negligentiæ, aut intermissi officij postulare vellent.

II. *Sanctorum intercessioni* ea accepta tulerunt, quæ

quæ soli DEO adscribit solida pietas. Insigni enim victoriâ Græci contra Scythas potiti, Theodoro Martyri χαριστήρια dependerunt. *Cum diu victoria anceps esset*, scribit *Zonar. t.* 170. *Romani divinitus adiuti esse perhibentur. Nam & procellam Scytharũ facies verberasse, & quendam in equo à multis visum, qui Romanos defenderet, & Barbarorum phalanges conturbaret. Eo porrò die memoria Theodori ducis insignis Martyris celebrabatur. Scythæ igitur in fugam compulsi urbem versus fugiebant, quam cùm intrare non possent, à* Sclero *interclusi, in suburbia dispersi caduntur, & à se invicem opprimuntur & conculcantur, ut interfectorum numerus haud facile iniri queat. Reliqui omnes vulneribus affecti fuerunt. Theodorum porrò ducem* Romanis *contra Barbaros auxilio fuisse ex eo cognitum est, Muliercula quædam Byzantia religiosa & modesta, pridie illius pugnæ insomnis sanctam Deiparam procedere cum magno comitatu videre visa est, ac dicere:* Domine Theodore, meus & tuus Iohannes gravia certamina sustinet: properè igitur illi opem ferto. *Id somnium illa quibusdam aperuit, qui die notato compererunt, id pridie postremæ pugnæ contigisse. Imperator vero*

verò, ut Martyri pro navata opera gratiam referret, elegantissimum ei templum Euchaniæ sive Euchaitæ struxit, vetere diruto, in quo corpus eius multis certaminibus defunctum, repositum erat, & urbem veteri nomine abolito, Theodoropolin appellavit. Simile ferè exemplum recenset *Sigon* de Reg. Ital. 6. p. 153. quod Petrus & Paulus visi sint adesse Christianis contra Saracenos pugnantibus.

[g] Huc pertinet controversia illa de *iure compaternitatis*, impediat ne conjugium, quod Polyeuctus Patriarcha voluit, cujus utique nullam habebant rationem ex Apostolorum monumentis. Vide *Zonar. t 3. p. 160.* Ejusdem generis est *contentio*, orta inter summum pastorem Polyeuctum & primarios Sacerdotes *de suffragiis*, cùm hi decernendi licentiam & approbandi potestatem sibi vendicarent; ille suffragia reprehenderet, ut quæ nec sine affectibus, nec recto Iudicio ferrentur, operamque daret, ut ab ijs judicium facturis & ipse in consilium adhiberetur. Imperator (Nicephorus) ex hoc sumta occasione & omni authoritate designandi Episcopos sibi vendicata, edixit, ne quisquam injussu suo in ullam Ecclesiam mitteretur. Mortuo igitur Episcopo ex Ministris suis in Ecclesiam vacantem mittebat aliquem, quo sumptus necessarios parcè faciente, ipse reliqua sibi vendicabat. Cui tamen decreto multos subscribere detrectâsse, patet ex *Zonar.*

 p. 166.

p.166. Unde & Zimiscem Patriarcham coronare priùs noluit, quàm acta illa rescidisset, librumque lacerâsset, p.167.

[b] Cujusmodi est 1. *Saidus* (id est, *Fortunatus*, unde & *Eutychius*, vel *Eutyches* Græcè vocatur) fil. Batrici, Alexandrinus Patriarcha, cujus Chronologiam ἀνέκδοτον subinde citavimus. Seldenus eum *Eutychium Ægyptium. Patriarcham Alexandrinum appellat, scriptorem ut in Oriente admodum vetustum ac illustrem, ita in Occidente tum paucissimis visum, tum perrarò auditum.* De raritate hujus scripti loquitur pleniùs idem *Præfat.* in Orig. ejus p. 24. 25. *Exemplaribus usus sum binis MSS. ex Oriente dudum allatis. Alterum antiquius est, & trecentis quadraginta amplius ab hinc annis exaratum, quod Bibliotheca Cottonianæ Cimelium est. Alterum, quod tum recentius tum multò elegantius est cum aliis aliquot Orientis scriptis in Anglia à Iudæo, ut opinor, nescio quo ante decennium amplius emptum, dono mihi dedit Georgius Gage. Prioris erat olim dominus, Michaël Patriarcha Antiochenus, qui & Ecclesiæ Antiochenæ, ni fallor, illud donavit. Id enim significari didici eo quod scriptum in calce reperio. Nempe nomen iam dict. Patriachæ Antiocheni primò Arabicè conscriptum*

ptum, dein adiectum, codicem illum illius esse, quod solenni illo in Sacrilegos carmine clauditur; & si quis eum clam surripuerit, Deo anathema sit. *Hinc est, quod in commentario vocari volumus* Codicem, *seu exemplar hoc* Antiochenũ. *Recentius autẽ exemplar exaratũ est anno Hegiræ* 1028. *id est Ch.* 1618. *Alepi, à scriba ibi celebri,* Talgi dicto. *Vnde* Alepensem codicẽ *eum nuncupavi.* In *Bibliotheca Lugduno Batava, quæ codicibus est Arabicis M. SS. refertissima, nullum scriptoris huius reperitur exemplar, si fides Catalogis eiusdem. Idem dicendum de Bibliotheca Ambrosiana, quæ Mediolani est, & D. Laurentii, quæ Madriti, & Oxoniensi publica, uti & Arundelliana; quæ omnes tamen Codices habent Arabicos M. SS.. maximè Oxoniensis, per plurimos. Sed verò in Bibliotheca Cantabrigiensi publica, Exemplar annalium eius reperitur inter libros Bibliothecæ Orientalis* Thomæ Erpenij (vidi Codicem, proxenetá doctissimo & humanissimo viro, *D. Abrahamo VVheloco*, linguæ Arabicæ Professore) quibus illa pridem donata est *à Georgio*, Duce Buckingamiæ, ejusdem Academiæ Cancellario.) *Quanã in privatorũ Musæolis lateant eorundẽ exemplaria alia, nescio. Sed verò iam nunc dum*

hæc proditura sunt, perhumaniter mecum communicat annales hosce integros nitidissime atque eadem opinor manu, qua codex meus, seu Alepensis, etiam & hoc aliquot annis recentius exaratos Guilielmus Corderoy, civis Londinensis, uti item alios aliquot libros notæ singularis Arabicos, quibus in Oriente sibi comparatis, patriam suam nuperrimè ditavit. Et.*p. 6. *Scriptor hic Arabicus vetustus, nec dum typis editus & perpaucissimis,* (Solus inter veteres Europæ scriptores eum citat *Guilielmus* Archiep. Tyrinus, ut idem habe p.22.) *nisi fallor nimiū, aut lectus aut visus.* Operę pretiū fere autumavi, si hæc ex *Seldeno* monere, ut videat lector, nō immeritò nos quoq; hujus viri scripta toties cōsuluisse. De ejus eruditione dubitare nos nō sinunt varia ejus monumenta I. *Medica*, in qua quidem facultate excelluit. Unde ipse sibi nomē *Medici* tribuit in Historia sua hinc inde .produximus luculentū hac de re testimoniū ex *Abi Obseibea*, Muhāmedano, qui aliâs *Abu Elaighbas, Ahmed ben Casem*, (quem *Seldenus* eundem existimat esse eum Ben Casem vitarum virorum illustrium authorem, cujus toties meminerint *Gabriel & Iohannes Maxonita*) dicitur *disp de usu linguæ Arab in Medic. & Philosoph.* S.5.l.c.II. *Historica*, ut sunt *annales* à nobis crebrò citati, *in quibus quàm plurima*, scribit *Selden.p.21.ad* H*istoriam tum sacram, tum profanam*

sanam attinentia occurrunt notatu dignissima, quæ nullibi omnino apud scriptores qui pro stant, aliosve quos mihi videre contigit, sive Græcos, sive Latinos, sive Ebraicos, sive Arabicos lecta. Et alius liber *de rebus Siciliæ*, qui in Catalogo Bibliothecæ Orientalis *Thomæ Erpenij* annexus est Medullæ seu gemmæ ejus Historicæ. III. *Theologica*, cujusmodi est *disputatio inter Hæreticum & Christianum*. Puto oppositum fuisse delirijs Iacobitarum, à quibus Ecclesia Alexandrina multos sustinuit impetus. Duos enim, inde à *Marciani* ferè obitu, Alexandrini Episcopos habuerunt, *Orthodoxum & Iacobitam*. Iacobiticam sectam hinc inde in ipsa quoque Historia refutavit, adversarium tamen fuit nactus, ut diximus in Historia *Orient.p.*229. Incipit Historia ab orbe condito, & perducta est ad annum 940. quo tempore vixit. II. Meminit *Elmacinus* Hist. Saracen. lib.3. p. 246. *Siabidi fil. Righai* his verbis: *Fuit quoque eo* (Philopono Alexandrino patriarcha) *sedente, felicissimus ille interpres Stabidus, fil. Righai, quem sanctus Mercurius una nocte ex valle lapidosa Meccæ transtulit in Ecclesiam eius in AEgyptum, id quod contigit vivente Severo, fil. Makfai, Episcopo Asmuninæ. Composuit autem quatuor libros, quorum primus est* Interpres, *qui celeberrimus est: Secundus* Eloquentia interpretum, & mutatio con-

tradicentium: *Tertius* revelatio occulti: *Quartus* descriptio vitæ suæ.

[i] *Genebrard*, An.Ch.904. *Apud Græcos aliquanto felicius, quàm apud Latinos. Nam sub Leone Philosopho doctrina & rebus bellicis florebant. Et* paulò pòst: *Græcia literatis abundabat, quoniam & ipse Leo imperium administrans Philosophabatur, cuius laudatur à Suida* insigni illo Lexicographo Græco (qui & ipse anno 18. hujus seculi vixit) *responsum ad quendã Eunuchum, qui honoraria Philosophorum tribui volebat militibus: Vtinam*, inquit, *mei imperii temporibus contingat, ut quæ sunt militum potius, in Doctores & literarum Professores consumantur.* Et An.Ch.905. *Constant. Imperator rhythmis & omnis generis versibus obitum coniugis suæ deploravit*: *Zonar*, t.3. *Rhythmi ergo etiam inter Græcos, ut Latinos, hoc tempore, invaluerunt. Philosophiam, quæ pene in oblivionem venerat, ordinatis doctoribus, excitavit*, *Zon.* Ib. *Quare Simeon, Bulgarorum Rex Constantinopoli à puero scilicet, non solùm Demosthenis Rhethoricam, sed & Aristotelis Syllogismos didicit*, Luitp.l.3.c.9.

[k] Unde *Patric.* Hist. Eccles.p.m.387. *Hoc an.* (Heg.325.) *misit Theophylactus Patriarcha*

Con-

Constantinopolitanus legatum ad Patriarchas Alexandrinum & Antiochenum, ut commendaret iis memoriam suam in precibus & leiturgiis eorum, exoleverat enim hæc consuetudo inde à fœdere Ommiadarum. & ossenserũt illi.

VIII. *Occidentalis* Ecclesiæ faciem sub Paparum regimine sævam fuisse ac deformem probabimus I. *Generali* querelarum tum [a] à Reformatis, tum etiam [b] à Pontificiis scriptoribus motarum inductione. II. *Speciali* enumeratione plerorumque seculi huius Pontificum, quos ipsi adversarii, viri, apud suos, exceptione omni maiores, [c] Antichristos nobis designant, [d] fures, [e] invasores, [f] Magos, [g] prodigiosos, [h] Simoniacos, [i] tyrannos, [k] facinorosissimos, [l] monstra, & portenta, [m] perjuros, [n] grassatores, [o] ἀσπόνδους, & in demortuos antecessores truculentos, divinarum [p] & humanarum legum violatores, [q] scelestissimos. III. Sua quoque superstitionem [r] habuisse incrementa, Monachorum maximè obstetricante industria. IV. Planum faciemus, Episcopalem dignitatem multis modis violatam

tum ab aliis, tum maxime ab iis qui vel plurimum [s] rapiebant Epiſcopatuum honorem; vel vi [t] addiſcendis primis Linguarum elementis, ſuorum favore erant intruſi & obtruſi, vel etiam maiorem [u] abdominis curam habebant & ventris, quàm gregis Chriſtiani, vel denique ſuis facultatibus ſubditos [x] opulentiores exhauriebant; inopes verò & [y] ad ſummam egeſtatem redactos indigne tractabant. V. Clericos Coniugatos, quorum [z] Anglia tota fuit referta, Monachorum, quorum diſciplinam ſeculo hoc collapſam ſatis authores [aa] Pontificii deflere non poterant, fraudulentis [bb] & ſuppoſititiis miraculis ita fuiſſe exagitatos, ut cedere debuerint, ſuaſque cum uxoribus & liberis Eccleſias deſerere. VI. [cc] Imperatores denique & Reges, optimos etiam & laudatiſſimos, vel minis & fulminibus territos, vel blanditiis allectos multa in gratiam Pontificum Romanorum, & uſu iam invaleſcentis Religionis Monaſtico fermento infectæ præſtitiſſe, quæ nec S. Scripturæ, mandato nec

prima

primæ Ecclesiæ exemplo, conveniunt. Hoc uno tamen Christianismo seculum hoc favit, quod Gentilismo [dd] multi renuntiârint.

[a] Unde author *Cat. Test.* verit.t.11.p.235. *Regnum Episcopi Romani usque adeo obumbravit & obnubilavit decimo post Christum seculo passim omnes in Europa Ecclesias, ut tantum ex eius nutu, tanquam numinis cuiusdam cælestis, penderent non solum Ecclesiarum, sed ipsi quoque politiarum Gubernatores pene omnes. In hoc seculo pauci excelluerunt doctrina & virtutibus eximii viri : aut si qui fuerunt, in tanto tantæ tyrannidis metu ac publica trepidatione vix hiscere & vocem emittere de corruptelis, Idolomaniis, superstitionibus, pravisque moribus passim invalescentibus ausi sunt. Mox enim, ut Orthodoxi quidam & Deum timentes verbulum efferre conati sunt, insonuerũt terribilia illa fulmina ex [illegible] Romano, qua necesse fuit omnes exhorrescere: præcipue cum fascinatis passim magistratibus civilibus, iis veluti mancipiis ad suam ambitionem & tyrannidem stabiliendam Romani Pontifices abuterentur. Etsi autem non nulli Principes, huius arrogantiæ per-*

tasi, reclamarent, & aliquid contra Pontific Romanos moliebantur, ut par erat, tandem tamen ab ipsis arcano quodam DEI Judicio oppressi sunt.

[*b*] Baron. an. Ch. 974. S. 2. ait orbem terræ totum *tenebris fuisse offusum; Peccatorum fuisse caliginem, Ægypti penè tenebras superantem.* An. Ch. 900. S. 3. *Certè quidem in nullo unquam graviori visa est versari* (Ecclesia) *discrimine, nec manifestiori pereundi penitus constituta periculo, quàm cum, ingruentibus seculo isto est iactata procellis: nam cuncta quæ olim passa est sub Gentilibus Imperatoribus, vel quæ ab hæreticis sive Schismaticis, aliisve quibuscunque persecutoribus horum comparatione sunt æstimanda lusus quodammodo puerorum, imo referenda in lucrum, & computanda in certum emolumentum, cum ex illis ipsa Ecclesia effecta sit pulchrior, aucta amplior, atque reddita gloriosior, dum egregium semper revexerit de impietate prostrata triumphum. At quænam mala ista dices, & unde tanta omnium acerbissima tempestas exorta? Est planè, ut vix aliquis credat, imò nec vix quidem crediturus, nisi suis inspiciat ipse oculis, manibusque contrectet, quàm indignè*

quam-

quàmque turpia atque deformia, execranda insuper & abominanda sit coacta pati sacro-sancta Apostolica sedes, in cuius cardine universa Ecclesia Catholica vertitur (nescis verò, ò purpurate, ea à vestris sedi Romanæ tribui privilegia, ut salvis iis, salvis hypothesibus vestris, non possit unquam Spritus S. eam in sede Papali ferre cladē & jacturā, quam ipsimet ultro nobis largimini) *cum Principes seculi huius, quantum libet Christiani, hac tamen ex parte dicendi tyranni sævissimi, arrogaverunt sibi tyrannicè electionē Romanorum Pontificū. Quot tunc ab eis, proh pudor! proh dolor! in eandem sedem Angelis reverendam,* visu horrenda intrusa sunt mōstra? *Quot ex eis oborta sunt mala, consummatæ tragediæ? Quibus tunc ipsam sine macula, & sine ruga contigit aspergi sordibus putoribus infici, inquinari spurcitiis, ex hisque perpetua infamia denigrari?* Hac querelâ seculo huic initium facit. Nec aliter finis sonat. Ita enim a. Chr. 1000. S. 21. *Quis ista considerans non miretur & obstupescat, dum quo tempore ipsa Romana Ecclesia casura & interitura penitus videri potuisset, tot improbis sceleratis, impudicis, prædonibus, invasoribus, sanguinariis & grassatoribus hoc seculo (ut audisti) sedē Apostolicam invadentibus, eamque depravatis moribus conspirantibus,*

tam

tam vitioso imprimis ingressu, quam detestan-do pravorum morum exemplo, qua etiam occa-sione eius dominium sibi Imperatores vendi-cantes, pro arbitrio statuerent in sede Petri quem vellent, sic reddita iam prorsus vilis & contemptibilis effecta ancilla Regum, *Domina Gentium & conculcata pedibus filiorum, & præsidentium attrita vestigiis, expositaque lu-dibrio transeuntium: eodem tempore externi longè positi veniant Reges ad Apostolicam se-dem, quam recognoscant, & venerentur uni-cum orbis templum, asylum pietatis, columnam & firmamentum veritatis, petram immobi-lem innixam super Christi Dei vivi solidam firmamque promissionem, &c.* Et A. Chr. 912. S. VIII. *Quæ tunc facies sancta Ecclesia Romana? quàm fœdissima, cùm Romæ domi-narentur potentissimæ æquè ac sordidissimæ meretrices? quarum arbitrio mutarentur se-des, darentur Episcopi, & quod auditu horren-dum, & infandum est, intruderentur in sedem Petri earum amasii, Pseudopontifices, qui non sint, nisi ad consignanda tantum tempora in* Catalogo Romanorum *Pontificum scripti. Sic vendicaverat omnia sibi libido, seculari poten-tia freta, insaniens, œstro percita dominandi.*

Dormie-

Dormiebat tunc plane alto (ut apparet) sopore Christus in navi, cum hisce flantibus validis ventis, navis ipsa fluctibus operiretur. Dormiebat, inquam, qui ista non videre dissimulans sineret sic fieri, dum non exurgeret vindex. Et quod deterius videbatur, deerant qui Dominum sic dormientem clamoribus excitarent discipuli, stertentibus omnibus. Quales nam reris delectos ab hisce monstris *presbyteros, & Diaconos Cardinales fuisse putandum: cum nihil tam natura insitum sit, quam unumquemque sibi similem generare? quos in omnibus iis, à quibus delecti fuerint, consensisse dubitare quis poterit? imitatosque esse ipsos sectatosque eorum vestigia, quis non facile credat? & optâsse hos omnes, Dominum dormisse semper & nunquam in iudicium surrecturum, evigilaturum nunquam ad ipsorum cognoscenda & punienda facinora, quis non intelligat?*

2. Platina, *idem etiam accidisse*, scribit in Bened. IV. *Pontificali dignitati dicere possumus.* Sanctitate enim & doctrina, *quæ nonnisi magnis laboribus consummataque virtute comparantur, Pontificium decus sine ullis opibus primò quidem auctum est, inter tot hostes & obstinatos per-*

tos persecutores Christiani nominis : mox vero ubi cum ipsis opibus lascivire cœpit Ecclesia Dei, versis eius cultoribus à severitate ad lasciviam, peperit nobis tanta licentia peccandi, nullo principe flagitia hominum tum coërcente; hæc monstra, hæc portenta, *à quibus ambitione & largitione sanctissima Petri sedes occupata est, potius quàm possessa.* Et in Sergio III. *Vide, quæso, quantum isti degeneraverint à maiorib. suis. Illi enim, utpote viri sanctissimi dignitatem ultro oblatam contemnebant, orationi & doctrinæ Christianæ vacantes: ij vero largitione & ambitione Pontificatum quærentes & adepti,* posthabito cultu divino, *inimicitias, non secus ac sævissimi quidem tyranni inter sese exercebant ; suas voluptates securius postea expleturi, cum nullibi extarent, qui eorum vitia coërcerent.* Eadem ferè occurrunt verba apud Naucl. Gener. 311. p. 135. b.

3. *Author Fasc. temp.* ad Iohannem, quem vivis depinxit coloribus, exclamat: *Eia Deus æterne, quàm dispares illi sunt prioribus. O abyssus iudiciorum Dei, quis investigabit ea?* Et eadem p. 69. b. *Sanctitas Papas dimisit ; & ad Imperatores accessit hoc tempore, sicut clare apparet.*

4 Gene-

4 *Genebrard.* Chron. l. 4. p. 565. *His temporibus cuique licebat in sedem Petri irrepere propter iura Ecclesiæ ab Imperatoribus rapta. Captiva erat Ecclesia & gemens sub Germanis Imperatoribus ab Arnulpho ad* Henricum *IV. quem Gregor. VII. a. D.* 1080. *in ordinem reduxit fulminibus Apostolicis.*

5. *Onuphrius* in Bened. IV. ætatem hanc *densissimas* appellat *nebulas*. Optimus tum & sanctissimus erat Papa, qui famam alterius, vitam & fortunas reliquit illæsas, etsi nihil aliâs memoriâ dignum præstiterit. Hunc Anastasium III. ait *Onuph. hac una in re laudare possumus, quod neminem eorum, qui ante se in Pontificatu fuere, ignominia aliqua notaverit, vel maledicentia prosecutus sit.*

6. *Gerbertus*, Archiepiscopus Rhenensis deinde ad Papale culmen evectus, Silvester II. appellatus, in Synodo Rhenensi hæc fecit verba: *Sed ô lugenda* Roma! *quæ nostris majoribus clara Patrum lumina præbuisti, nostris temporibus monstruosas tenebras futuro seculo famosas offudisti. Olim accepimus claros Leones, magnos Gregorios, quid dicam de Gelasio & Innocentio, qui omnem mundanam Philosophiã sua sapientia & eloquentia superant? Lõga series*

series eorum est, qui sua doctrina mundum repleverunt. Eorum itaque dispositioni, qui vitæ merito, & scientia cunctos mortales anteirent, rectè universalis Ecclesia credita est, quamvis & in hac ipsa felicitate hoc privilegium tibi ab Africanis Episcopis contradictum sit, has credo, quas patimur miserias magis quàm typum dominationis formidantibus. Nam quid sub hæc tempora non vidimus? Vidimus Iohannem cognomento Octavianum in volutabro libidinum etiam contra eum Ottonem, quem Augustum creaverat, coniurâsse; quo fugato, Leo Neophytus in Pontificem creatur; sed Ottone Cæsare Roma discedente, Octavianus Romam redit; Leonem fugat, Iohannem Diaconum, naso, dextrisque digitis, ac lingua mutilat, multaque cæde primorū in urbe debacchatus, in brevi moritur. Cui Benedictum Diaconum, cognomento Grammaticum Romani substituunt. Eum quoque Leo Neophytus cum suo Cæsare non longe post aggreditur, obsidet, capit, deponit, perpetuoque exilio in Germaniam dirigit. Succedit Ottoni Cæsari Cæsar Otto, natura, ætate cunctos Principes armis, consilio & scientia superans. Succedit Romæ in Pontificatu horrendum monstrū

Malefa-

Malefacius (ita pro Bonifacio, *addit in margine Baronius*, quem nec numerandum inter Pontifices diximus, quam scriptorum Pontificiorum, eliminandi ex Catalogo Paparum quosdam, consuetudinem protervè negat Iesuita Foretus in Abbatis cellano suo larvato) *cunctos mortales nequitia superans, etiam prioris Pontificis sanguine cruentus. Sed hic etiam fugatus, & in magna Synodo damnatus est. Post obitum Divi Ottonis Romam redit, insignem virum Apostolicum Petrum Papiensis Ecclesiæ prius Antistitem, data sacramentorum fide, ab arce urbis deiicit, deponit, squalore carceris affectum perimit. Num talibus monstris hominum ignominia plenis, scientia humanarum & divinarum rerum vacuis innumeros* Sacerdotes Dei per orbem (NB) terrarum scientiæ & vitæ merito conspicuos *subiici decretum est*?

7. His addi potest Carolus Sigon. de regno Ital. l. VII. p. 178. & 179. qui statum reipubl. sub Ottone I. describens ait: *Literarum ea ætate studia ferme nulla nisi Philosophiæ ac Theologiæ* (nimis fortè, & plura largitur, quàm probare possit, ut postea audiemus:) *Nam ius civile Romanum usque ad Lotharium Imperatorem, qui Henricum est insequutus, propè Italiæ fuit incognitum, & medicorum usus semper fuit*

maior, quàm dignitas. Poëtæ & oratores, si q
hoc nomine digni erant, sibi potius, quàm popu
lo canebant. Qui verò cæteris antecedere elo
quentiæ laude, ac varia literarum doctrin
putabantur, ii, plerique Monachi erant
Scholæ quidem publicæ, quæ nunc passim a
excolenda iuvenum peregrinorum ingenia ce
lebrantur, de quibus affirmari posit, nulla tun
fuisse produntur. Ecclesiasticorum honorun
amplitudo maxima erat, præsertim verò Epis
coporum, quorum & reverentia summa &
ius in civitatibus semper fuit amplissimum
Episcopis vero Abbates proximi incesserunt
Presbyterorum Diaconorumve Cardinalium
antiquissima Romæ dignitas, nondum tanti
quantis postea fuit, *aut ad opes, aut ad dec*
speciemque præsidiis erat instructa. Monach
Benedictini & Canonici Augustiniani præcipu
nominabantur. *Clerici* antiqua, ut post appare
bit, disciplina soluta, *minore, quàm tanto debe*
tur ordini, apud homines habebantur honor
Ex quibus omnibus intelligi potest, universan
ab hoc tempore Italiam renovatam, atque alian
propè in omni institutorum genere esse factam
Nimis leniter ulcus ignorantiæ Romæ secul
hoc inter Antistites grassantis, tangit: Alian

long

longè faciem exhibet Rhenensis Synodus apud *Baron.* an. Chr. 992. S. 25. *Sed cum hoc tempore* R*omæ nullus penè sit (ut fama est) qui literas didicerit, sine quibus (ut scriptum est) vir ostiarius efficitur, qua fronte aliquis docere audebit, quod nunquam didicit. Ad comparationem quippe* R*omani Pontificis in aliis Sacerdotibus ignorantia utrumque tolerabilis est: in* R*omano autem, cui de fide, vita, moribus, disciplina* S*acerdotum, deque universali Ecclesia Catholica iudicandum est, intolerabilis videri potest.* De inopia Linguæ Latinæ hujus seculi vide *Baron.* an. Ch. 904. S. in margine.

(*c*) Fatetur hoc, modò citatus *Gerebertus,* qui prolixa oratione in ea Synodo demonstrat, Pontifices Romanos quosdam fuisse sceleratissimos, & indignos, qui *Ecclesiæ præsideant, esse* Antichristos, nec audiendos, nisi verbum Dei afferant. Verba *Gerberti* apud *Baron.* an. Ch. 992. S. 22. sunt hæc: *Quid hunc Reverendi Patres, in sublimi solio residentem, veste purpurea & auro radiantem, quid hunc inquam, esse censetis? Nimirum si charitate destituitur, solaque scientia inflatur & extollitur,* Antichristus *est in templo Dei sedens: & se ostēdens, tanquam sit Deus, si autem nec charitate*

fundatur, nec scientia erigitur, in templo Dei tanquam statua, tanquam idolum est, à quo responsa petere, marmora consulere est. Quo ergo consultum ibimus? Evangelium docet, quendam in ficulnea ter fructum quæsisse, & quia non reperit, succidere voluisse; sed admonitum expectâsse. Expectemus ergò primates nostros quoad possumus: atque interim divini verbi pabula, ubinam reperiri valeant, investigemus. Certè in Belgio & Germania, quæ vicina nobis sunt, summos Sacerdotes Dei in religione (hi verò quo loco Papam habuerint disce ex iis, quæ seculo 9. dicta sunt p. 674.) *admodum præstantes inveniri, in hoc sacro conventu testes quidam sunt. Proinde si Regum dissidentium animositas non prohibeat, inde magis Episcoporum iudicium petendum fore videtur, quàm ab ea urbe, quæ nunc temporis* venalis exposita ad nummorum (NB) quantitatem *iudicia trutinat.*

[d] Platin. Bonif. VII. *Vide, quæso, quantum degeneraverint ij Pontifices à maioribus suis, qui hanc Rempubl. Christianam tam amplam, tamque magnificam suo sangvine nobis reliquere. Pontifex Romanus* (de Bonif. loquitur) *sacrorum Pater & Rex sacra ipsa furto abstulit, &*

lit, & qui vindicare sacrilegia debuerat, tanti sacrilegii factus est auctor. Hoc *autem contingere in quavis Repub. consuevit, quando plus malorum ambitio & avaritia valet, quam bonorum virtus & gravitas.*

[e] Sic *Baronius* vocat Iohannem X. a. Ch. 928. S. 1. Et a. Ch. 936. Iohannes XI. dicitur *Sedis Apostolicæ inquinator potius quàm rector.* A. Ch. 955. ait Octavianum, (Iohann. XII.) Alberici filium, urbis Principem, *Apostolicam sedem invasisse* : Idem habet an. Ch. 957. Vide etiam an. Ch. 900. S. 6. & an. Ch. 908 S. 4. Ita *Onuph.* de Christoph. 1. quòd sederit in Petri Cathedra, seu potius eam *invaserit* mens. 7. eadem utitur phrasi de Bonifac. VII.

[f] Quo loco habetur *Silvester* II. antea *Gerbertus* dictus. unde *author Fascic, temp.* p. 71. a. *Iste Silvester factus est Papa auxilio Diaboli, cui homagium fecit, ut cuncta ei ad votum succederent.* Ioh. *Stella* ait: *Quòd relicto Monasterio totum se Diabolo obtulerit.* Et *Onuph.* Gerebertus *autem, ambitione, & Diabolica dominãdi cupiditate impulsus, largitione primò Archiepiscopatum Remensem adeptus, inde Ravennatem, Poutificatum postremò maiore conatu* adjuvante Diabolo, *per viam Otthonis Imp. consecutus, hac tamen lege, ut post mortem*

totus illius esset, cuius fraudibus tantam dignitatem adeptus erat. Nam cùm regnandi cupidus Gerebertus sciscitaretur Diabolum, quamdiu in Pontificatu victurus esset, respondit (ut solet) ambigue; Si *non attigeris* Hierusalem, *diu vives. Dum autem die IIII.* Id *Maii Anno Domini MXIII. indictione prima in Basilica* S. *Crucis in Hierusalem sacra faceret, fato moriturum se statim agnovit.* Addit, *sepultum eum esse marmoreo sepulchro, cum Elogio harum rerum nihil continente, quæ omnia ficta esse libenter existimarim*: quam etiam cantilenam canit *Baron.* an. Ch. 999. S. 3. & deinc. Sint ficta omnia, sit bonus, pius, doctus (quæ laus ei tribuitur à Pontificiis penè omnibus. *Fuerit vir, Philosophiæ, Astronomiæ, ac reliquarum liberalium artium studiis insigniter eruditus, ea præsertim ætate, qua nullæ, aut raræ admodum eiusmodi fuere literæ*, ut loquitur *Sigon.* de Reg. Ital. l. 7. p. 185. & id ipsum etiam confirmant *Ditmarus*, Helgaldus Monachus Floriacensis, & alii apud *Baron.* l. cit. & *Geneb.* l. 4. p. 565. Avét. l. 5. p. 109. *radiârit sapiĕtiâ sua in toto mundo*, ut habent verba *Helgaldi*; *moribus fuerit ornatissimis*, juxta *Bland.* tantò certè majoris faciendum est testimonium ejus quod de

de Pontificibus Romanis edixit, quodque aspera nimis strigile defricuit idem modò notatus *Baronius* in annalibus. Nec dubito, quin unum hoc ita urat & rodat Cardinalem, ut æquiori de Silvestro hoc posthabito judicio *tanta sede indignissimum eum* pronuntiârit, A. Chr. 999. S. 2. *Quem igitur*, scribit Baronius, *ante negavit, non timore compulsus, sed amore primatus illectus, plane redditus est indignus thronum Apostolicæ Confessionis ascendere, nisi idem ipse, qui cum Petro negavit, & cum Petro ante flevisset amare, cui & Christus diceret sicut Petro:* Diligis me plus his? Pasce oves meas. *Illud autem omnino possumus affirmare, nullum hactenus in Petri sedem fuisse promotum, qui eandem sedem suis scriptis ita prosciderit, ut Gerbertus &c.* Quicquid sit, Magicis artibus ad Papatum Gerbertum hunc evectum fuisse, *plerosque tradere*, ne ipse quidem negat Baronius an. Ch. 991. S. 6. vide Naucl. Gen. 33. sub finem, & Gen. 34. p. 144.

[g] Geneb. an. Ch. 913. *Nihil mirum si isti Pontifices prodigiosi essent. Nam non more maiorum eligebantur, sed à Cæsaribus intrudebantur.*

[h] Talis fuit Iohannes XVII. quem *pecunio*,

sum Onuph, appellat, *Aventinus* & *Platina*. Erat is natione Græcus & servus in Calabria, inde, quòd eruditus esset, à Theophania olim stipendium impetraverat, & tantam gratiam promeruerat; ut Legatis, quos Imperator Constantinopolin mittebat, adderetur comes. Hic tandem Placentiæ factus est Episcopus, ubi tantam pecuniam collegit, quanta necessaria fuit ad emendum Papatum Romæ. Eum impetrat à Crescentio, & ita Gregorius exturbatur. Sic Ioh. *Stella* sub initium hujus seculi monet, multos, eo tempore, *largitionibus & ambitione Pontificum munus obtinuisse*. Et de Ioh. XVIII. quòd *proditor & latro Pontificatum muneribus obtinuerit*.

[i] *Baron*.an.Ch.908.S.1.*Christi anno* 908. *Indictione* II. *inchoato*, *rursum pravorum turbis & factionibus, invasionibus & grassationibus* tyrannorum *Romana vehementer perturbatur Ecclesia &c*. Et S. V. *Sergio*, ex Scriptoribus ejus ætatis, vim tyrannicam tribuit. An. Chr. 985. S. 1. ubi Bonifacius dicitur *nefandus* Apostolicæ sedis *invasor*, sceleratus, sacrilegus, duorum Pontificum crudelissimus interfector, *tyrannus*, nefandus parricida.

[k] *Baron*. an. Ch. 908. S. 2. *Exurgit rursus hoc* (Christophoro) *eiecto Sergius ille nefandus*,

dus, quem audisti in Formosum Papam ita sævisse. Potens iste armis Marchionis Tusciæ Adelberti, homo vitiorum omnium servus, facinorosissimus omnium, &c. Et S. V. *Cuius* (Sergii) *præter vim tyrannicam in Pontificatum invadendo ab auctoribus eius seculi scriptis proditam, turpitudo quoque vitæ ab iisdem tradita posteris magna infamiæ nota est reddita manifesta. Luitprandus enim obscœna ista nota reliquit his verbis: Theodora scortum impudens, huius Alberici qui nuper hominem exuit, avia (quod dictu etiam nefandissimum est)* Romanæ *civitatis non viriliter Monarchiam obtinebat, quæ diras habuit natas, Maroziam atque Theodoram sibi non solum æquales, verum etiam Veneris exortivo promtiores.* Harum *una Marozia ex Papa* Sergio, *cuius supra fecimus mentionem,* Iohannem, *qui post* Iohannis R*avennatis obitum,* Sanctæ Romanæ *Ecclesiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio, ex Alberto autem Marchione Albericum, qui nostro post tempore* R*omanæ urbis Principatum usurpavit. Audisti temporis deploratissimum statum, cum Theodora senior, nobile scortum Monarchiam (ut ita dicam) obtineret in urbe.*

Rediisse nunc aureum illud seculum, quo ex mulieris nutu res Romanæ pendeat, illi optimè nôrunt, qui queruli Româ venientes scandalum & dolorem quem ex Olympia concipiunt, expectorare satis non possunt.

[l] Vide *Platin.* in Benedicto III. & Christophoro I. *monstra* & *portenta* appellantur nonnulli Pontifices *Naucl.* Gen. 32. & *Geneb.* Iohannem XII. *Monstrum hominis* ex *Platina* appellat, qui primus nomen suum mutârit, ex Octaviano Iohannes factus. *Monstrum* item dicitur ab universo Clero & populo Romano apud *Bar.* a Ch. 963. S. 28. vide plura suprà. *Nauclerus* etiam Generat. 31. ait; Deum Pontifices illos, tanquam *monstra* quædam è medio brevi sustulisse.

[m] *Calvis.* ex Luitprando an. Chr. 963. *Papa etiam contra iusiurandum, quod dederat Imperatori, de hostibus Imperii non adiurandis, fœdus cum Adelberto facit, Constantinopolin etiã mittit, qui auxilia accersant contra Ottonem, item ad Hungaros, ut in Germaniam irruant.* Sic ipse Imperator Otto in Syn. Rom. apud *Baron.* an. Ch. 963. S. 27. *Mox Imperator ait: Expectavimus adventum eius, ut præsente eo* (Iohanne XII.) *quod nobis egerit, quereremur. Verum, quoniam eum non affuturum certo sci-*

to scimus: quàm perfide nobiscum egerit, ut diligenter agnoscatis, etiã atq; etiã flagitamus. Notũ itaq; vobis facimus Archiepiscopis, Episcopis, Presbyteris, Diaconis, reliquoque Clero, nec non & Comitibus & Iudicibus, omnique plebi, quod idem Iohannes Papa, oppressus à Berengario atque Adelberto, rebellibus nostris, misit in Saxoniam nuntios, rogans, ut pro amore Dei in Italiam veniremus, & Ecclesiam sancti Petri, & se ipsum ex faucibus eorũ liberaremus. Nos vero, Deo adiuvante, quantum fecerimus, non est necesse dicere, ut in præsenti arum videtis. Ereptus vero mea opera ex eorum manibus, & honori debito restitutus, oblitus juramenti, & fidelitatis, *quam mihi supra corpus S. Petri promisit, eundem Adelbertum Romam venire fecit, & contra me defendit seditiones fecit, & videntibus nostris militibus belli dux factus, lorica & galea est indutus.* Vide *Stellam* in Ioh. XIII.

[*n*] *Platina* & Ioh. *Stella* in Iohanne XVI. *Hic Pontificatum adeptus miro odio in clericos exarsit: unde merito & ab ipsis clericis odio habitus est, maximè verò, quòd divina humanaque omnia cognatis & affinibus suis elargiebatur,* posthabito Dei honore & Romanæ

sedis

sedis dignitate, *quem certè errorem ita posteri tradidit*, ut ad nostram quoque ætatem pervenerit, *quâ quidem consuetudine nil certè dici perniciosius potest: cùm non ob religionem & Dei cultum appetere Pontificatum sacerdotes nostri videantur, sed ut fratrũ, vel nepotũ, vel familiarium ingluviem & avaritiã expleant.*

Sic *Baron.* de Bonifacio ad an. Chr. 985. S. 1. *Hic ne pilum habuisse dici potest* Romani *Pontificis, sive spectes ingressum, sive progressum, resque gestas ab eo consideres. Unde parum consulunt veritati, minusque pietati, qui hunc inter* Romanos *Pontifices referunt, annumerandum potius inter famosos latrones, & potentissimos* grassatores, *atque patriæ perditores Syllas & Catilinas, horumque similes, quos omnes superavit sacrilegus iste turpissima nece duorum Pontificum.* Ita tu quidem Baroni, sed Bonifacii sectatores, quos vocas, aliter judicârunt.

[o] Quàm enim indignè atroces, truculenti & ἄσπονδοι multi Pontifices in mutua sævierint viscera, uno saltem atque altero probabimus exemplo. 1. *Bonifacius* VII Papa, qui Constantinopolin fugerat, defuncto Imperatore & Pontifice in Italiam redit, & muneribus efficit, ut Romæ recipiatur, & Iohannem XIV. Papam jam

octa-

octavum mensem sedentem throno exturbat, ad molem Adriani eum carceri includit, & fame enecat, necatumque publicè insepultum abjicit, qui clàm ab aliquibus sepelitur. *Baron.*

2. *Sergius* III. cùm Romàm rediisset, auxilio Francorum Christophorum cepit, & sedit pro eo, & in ultionem suæ repulsæ corpus Formosi extraxit de sepulchro & indutum sacerdotaliter in Pontificali sede decollari fecit, & in Tiberim projici: *Fascic. temp.* p. 89. *Platin.* in Serg. III. *Naucl.* Gener. 31. p. 135. Vide sup. Sec. IX. p. 609.

[*p*] Unde *Otto* Imperator, Archiepiscopi Liguriæ, Tusciæ, Saxoniæ, Franciæ: Iohanni ita scripserunt: *Romam ob servitium Dei venientes, dum filios vestros,* Romanos *scilicet Episcopos, Cardinales, Presbyteros, Diaconos & universam plebem de vestra absentia percontaremur, & quid causæ esset, quòd nos Ecclesiæ vestrique defensores videre noluissetis: talia de vobis, tamque obscœna protulerunt, ut si de histrionibus dicerentur, nobis verecundiam ingererent. Quæ, ne magnitudinem vestram lateant omnia, quædam vobis sub brevitate describimus, quoniam si cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non sufficeret unus. Noveritis itaque, non à paucis, sed ab omnibus tam*

tam vestri, quàm alterius ordinis vos homi
dii, perjurii, sacrilegii, & ex propria cognatior
atque ex duabus sororibus incesti crimine acc
satos. Dicunt & aliud auditu ipso horridu
Diaboli vos in amorem vinum bibisse: in luc
aleæ, Iovis, Veneris, cæterorumque dæmonu
auxilium poposcisse. *Oramus itaque paternita
tem vestram obnixè venire, atque ex his v
omnibus purgare, non dissimuletis. Si fori
vim temerariæ multitudinis formidatis, iura
mento vobis affirmamus, nihil fieri præte
sanctorum Canonum sanctionem.* Apologiar
expectas contra tot crimina & scelera ab Impe
ratore & Archiepiscopis exprobrata. Suppedi
tat eam, idem ille, qui superiora, *Baron.* an. Chi
963. S. 24. *Iohannes Episcopus servus servo
rum Dei omnibus Episcopis.* Nos audivimus di
cere, quòd vos vultis alium Papam facere, si hæ
feceritis: Excommunico vos de Deo omnipo
tenti, ut non habeatis licentiam ullum ordinar
& Missam celebrare. Hæc sunt arma quibus s
Papæ contra adversarios defendere didice
runt!

[q] *Baròn.* an. Ch. 925. S. 11. de Iohanne X. ait
quòd eo turpior *fuerit nullus*; cujus sicut ingres
sus in Cathedram infamissimus, ita & exitus ne-
fandissimus. Et an. Ch. 974. S. 1. *Anno* 974.
*Benedictus Papa VI. ubi sedisset annum unum,
menses*

menses tres & dies aliquot à Bonifacio cognomento Francone Romano, Ferrutii filio, Diacono Cardinale, scelestissimo viro, *violenta manu capitur, in carcerem detruditur, ubi & strangulatur. Ipse vero Bonifacius sedem Apostolicam* violenter invasit, *quam tenuit annum unum ac mensem, dictusque Bonifacius VII. Verum uti tyrannus ab antiquioribus non numeratur inter* Romanos *Pontifices.* Onuph. de Iohanne XII. refert, *quod homo fuerit* ab adolescentia omnibus probris contaminatus, ac turpitudine, venationibus, aleæ scortis magis deditus quàm orationi. Addit *Plat.* spiritus habuisse, militares magis, quàm religioni addictos. Et de *Bonif. VII.* Hic tanto odio *ab omnibus* propter scelera *prosequutus est*, ut ejus cadaver lanceis & gladiis *perforatum unco per totam urbem traxerint.* Plura de Papis hujus seculi dici possent, quæ causam pontificiam parùm juvarent; sed quem hæc non terrent, is ad alia etiam callum, Bellarmini exemplo, obduxisse habendus est. Quam enim tepidè de infelicitate horũ tẽporum loquatur, docent ejus verba præfationi in librum de *summo Pontifice* inserta: *Permisit ad extremum Deus, ut etiam quidam* (imò satis multi) *parum probi* (imò *pessimi*, ut de Bonifac. VII. Benedicto VI. Iohanne XIV. invicem

de Papatu

de Papatu contentibus loquitur *Geneb.* p. 56
quid igitur, *Bellarmine*, tergiversaris cum *Bar*
nio & *Genebrardo*, scapham appellare scaphar
heist das nicht den Fuchsschwantz brauchen ?
Pontifices aliquando hanc sedem tenerent
regerent: imo, invaderent, ut rectiùs alii scribū
Quales sanè fuerunt Stephanus *VI. qua*
Leo V. Christophorus I. Sergius III. Iohan
nes XII. aliique non pauci, si vera sunt, quæ d
eorum vita & rebus gestis apud Historicos eor
temporum loquatur.

[r] Hoc enim seculo 1. *Canonizatione*
(quarum exemplum primum, juxta *Abraha*
Bzov. in Pontif. Rom. p. 361. fuit in *Suithberto*
Episcopo Vuerdensi, an. Ch. 803. aut 804.) fre
quentiores fuerunt quàm antea; vide *Baron.* an
Chr. 993. S. 8. Plenus proponitur actus i
Vldarico, Episcopo Augustano; de quo *Baron*
an. Ch. 993. *Bzov.* l. cit. ubi inter alia Synodali
conventus, Romæ habiti, verba: *Commun*
consilio decrevimus memoriam illius, id est. S
Vdalrici Episcopi, affectu piissimo, devotion
fidelissima venerandam: quoniam sic adora
mus & colimus *reliquias sanctorum martyrum*
& confessorum, ut eum, cuius Martyres & con
fessores sunt, adoremus, &c Plura de Canoni
zatione & Canonizatis vide P. II. nostri ὁδηγ
c.2.p

c.2.p.291.& *Bzov*.l.citato.2. *Baptismus campanarum*, cui initium fecit Iohannes XIII. de quo *Baron*.an.Ch.968.S.93. *Iohannes Pontifex in urbem rediens, cum Imperator ibi adhuc moraretur, contigit primariam Lateranensis Ecclesiæ campanam miræ magnitudinis recens are fusam super campanile elevari: quàm prius idem Pontifex sacris ritibus Deo consecravit, atque Iohannis nomine, puto Baptistæ, cuius Ecclesiæ esset usui, nuncupavit: qui sacer ritus in Ecclesia perseveravit, ut eo modo, quo ipse usus, campanæ in Ecclesiis collocandæ Deo primum, imposito eis nomine dicarentur: quod testantur veteres codices Rituales, licet errorē vulgi pro arbitrio utentis vocibus, dicantur baptiZari campanæ, cum ita ab Episcopis benedicuntur, non aliunde baptismi in re longe dispari mutuati nomen, nisi quod sicut in baptismo nomen imponitur baptizato, ita in ea consecratione nomen campanæ daretur, &c.* *Bellarmin*.etiam de pontif.Rom.lib.IV.c.12.multus est in diluendo horrendo illo errore, & sacrilegio, quòd, pontificum authoritate & exemplo, Baptismus campanis deferatur. Clamat injuriam sibi fieri: Nec enim baptismi sed benedictionis nomine venire consecrationes illas campanarum. Baptismi nomenclaturam vulgi esse, per

analogiam seu Metaphoram introductam. Sed quàm iniquè Cardinales plebem Pontificiam, cui à longo tempore in usu fuit Campanarum consecrationes appellare Baptismum, accusent dum illius imperitiæ aut consuetudini sanè tribuunt ἀκυρολογίαν, id verò tùm ex ritibus patet, tum ex effectis. *Ritus* Baptismi Campanarum accuratè satis describuntur inter gravamina sedis Romanæ à Germanis non toleranda, his verbis: *Suffraganei excogitaverunt, ut solum ipsi, & nullus alius sacerdos, laicis campanas, baptizarent. Credunt deinde simpliciores, ita affirmantibus suffraganeis, tales campanas baptizatas, dæmones & tempestates pellere. Quapropter innumeri plerunque adhibentur compatres, præcipue verò, qui fortuna pollent: exorantur, qui baptizationis tempore funem, quo campana ligata est, tangunt, ac suffraganeo præcinente (quemadmodum in parvulorum baptizatione fieri solet) omnes pariter respondent, ac campanæ nomen ingeminant, vesteque nova (quemadmodum & Christianis fieri solet) campana induitur. Inde ad sumptuosa properatur convivia, quibus præcipuè compatres, ut eo largius munera offerant, adhibentur: nec non suffraganei, & eorũ capellani cum multis aliis ministris regaliter pascuntur. Nec*

hoc

hoc satis est, sed & suffraganeo mercedem persolvere necesse est, quam illi munusculum vocare solent. Inde evenit, ut aliquando etiam in parvis villis centum floreni in tali absumantur & expendantur baptizatione. Quæ res non solum superstitiosa, *sed etiam* religioni Christianæ contraria, *ac simpliciorum* seductio, *& mera est* exactio. Hi sunt ritus, quos ex aliis scriptoribus plenius deducit *Hosp.* de orig. error. p. 112. & deinc. iidem certè, qui in Baptismo adhiberi solent: abluuntur siquidem, unguntur, exorcizantur, patrimi eis adhibentur, nomina illis imponuntur. Unde sine dubio factum, quòd ex rituum Identitate ipsa quoque plebs nominis collegerit communicationem. Sed & *effecta* consecratæ campanæ, si spectes, facilè animadvertes, κώνωπα διυλίζειν, καὶ κάμηλον καταπίνειν, qui, dum usum vocis negant, rem ipsam tamen concedunt. Quantum enim consecratis ejusmodi deferant campanis, inscriptio nolæ illius, quæ Stekboræ ad lacum Venetum etiamnum conspicitur, apparet. Ita illa habet:

Laudo Deum verum, plebem voco, & congrego clerum:

Defunctos ploro, festa decoro: pestem, dæmonesque fugo.

Eadem ferè publico Synodi Coloniensis anno 1536. habitæ decreto exprimuntur apud *Hosp.* lib. cit. Ubi vero campanæ modo dicto non consecrentur; persuadent suis, turribus eas à Diabolo auferri, & in stagna detrudi. Vide *VVejer.* de præstig. p. 54.

3. Accessit *festum omnium Sanctorum.* De quo *Sigeb.* *Quidam religiosus ab Hierosolymis rediens in Siciliam, ibidem ad ollam, Vulcani ignem evomentem; audit Diabolos conquerentes, quòd multæ animæ ex damnatione precibus Monachorum Cluniacensium sibi eriperentur: quapropter Odilo eius cœnobii Abbas, secundo die Novemb. festum omnium sanctorum* (fortè *animarum*) *id quòd postea in tota Ecclesia observatum fuit; constituit.* Vide *Gault.* Tab. p. 619. & ὁδηγὸν P. 3. p. 378. Hîc autem observa, alias id genus hoc seculo Monachorum jactari visiones; quibus vel authoritatem vitæ Monasticæ conciliare, vel superstitioni subsidium quærere habebant in animo: Eodem planè modo, quo Muhammed impostor nullas eructavit Alcorani Suratas, nisi quando mentientis authoritas contra adversarios, fuit asserenda: tunc vertiginosus ille spiritus oracula, & divina colloquia crepare cœpit. Ut Monachi securè

curè deinceps viverent, quæ nõ sunt commenti? *Eodem tempore*, scribit *Avent*.lib.annal.4.p.488. *nempe sequenti anno æræ Christianæ* 937. *Arnulphus quoque dux Boiorum honesta morte defunctus est, sicuti in fastis publicis Boiariæ, Mystarum, Monachorum, reperio, prid. Id. Iulii, in quem diem paschalia incidere non possunt, quibus eum, quod prædia Monachorum diripuerit, proceribus Boiorum distribuerit, subito interiisse* (Baron. a.Ch.932.ait; *S. Vdalrichum Augustæ Vindelicorum Ep. per quietem Arnulphum vidisse, in Concilio sanctorum ipsum accusari & iudicari uti sacrilegum destructorem monasteriorum, & eorum bona laicis dividentem*) *ad Stygias paludes, quasi Cyclopas ad Aetnam, raptatum, cadaver in lacum Schirensem abiectum fabulantur. Qui amisso puro veritatis fonte ad lacunas lutosas convertuntur, & pietatem quæstum, religionem prædam existimant.* Homines *suaves* se æditruos cœli faciunt, ubi nec fuerunt, nec sunt, necunquam erunt: nisi tandem nugari desinant. *Referam, quod ego comperi, quod hisce auribus audivi. Imperatorem* Ludovicum IV. *Monachi, & sacræ virgines Boiariæ, in quos is beneficus fuit, Deum faciunt, cæloque locant: unde*

eum ad inferos deturbant Romani flamines quod eorum superbiæ obviam iverit. Item divum Henricum II. *Cæsarem Augustum Bambergenses Mystæ, quos ditavit, in album Superum adscripserunt: at audivi quosdam nempe quorum templis nihil tribuit, hi illum ignominiose claudum appellant, & auditat aliorum spoliisque, Bambergense templum dedicasse cavillantur.* Hæc *Arent.* Ita etiam Edvvino Angliæ Regi facilem fuisse descensum Averni hoc seculo, scribunt multi, quòd omnes Monachos regno suo expulerit. Eum tamen Dunstani meritis ab inferis liberatum, vel, ut loquitur *Baron.* an. Chr. 959. S. 7. animam ejus, ne penitus damnaretur, ereptam fuisse; refert *Author Fasci. Temp.* p. 70. a. Utrum verò Dunstani precibus tantum detulerit Deus, credere nos vix sinunt ea, quæ de illo tradit *Bal.* cent. 2. p. 139. Monachatus magnus fuit hyperaspistes, qui, ut loquitur *Vsser.* Ind. Chronol. an. Chr. 944. *Regiis opibus suffultus, Glastoniense cœnobium magnifice restauravit.* Ita de *Alphredo Magno* alio Anglorum Rege, quòd lege vetuerit adhuc vivens *quenquam ad Sacerdotium admitti cujus nō essent probati mores & scientiæ*, fingebant impostores sacrificuli ac Monachi, ipsius manes resumto cadavere per domos & compita vag-

Bal. cent. 2. p. 126. His cumprimis præstigiis usi sunt Monachi in Anglia, ut ejectis sacerdotibus conjugatis, ipsi omnia invaderent, probris ubique lacessito & lacerato sacro conjugio. *Illis diebus*, scribit *Bal.* cent. 2. p 138. *Sacerdos quidam Eligensis Ecclesiæ præpositus, invitis Papa, rege, Episcopis, ac Monachis omnibus, collegium sibi atque suis sacerdotibus coniugatis servavit. Illos propterea fingunt cum suis uxoribus ac liberis in anguillas tandem verti, & anguillas sub aquis huc usque generare, ob idque Diocæsiam illam* Eligensem, *seu* Anguillariensē *dici somniant*. Et p. 139. *Finxerunt paulo ante hac tempora mendacissimi nebulones & hypocritæ, Archangelum Gabrielem è cœlis attulisse documenta duodecim, adversus ministrorum Ecclesiæ connubia, ut habent* Sigebertus, Vincentius & Amonius.

4. Crevit etiam *studium* conquirendi *reliquias*, easque *venerandi. Henrico primo Germanorum Imperat. IX. Caroli legatus, salutatione, Caroli nomine præmissa, manum pretiosi martyris Dionysii auro gemmisque inclusam his obtulit verbis*: Hoc *habeto pignus fœderis perpetui, & amoris vicari, hanc partem* unici solatii Francorum Galliam inhabitantium, *postquam nos sanctus*

Martyr ad noſtram perniciem deſe
noſtram perpetuam pacem Saxonia
communicare tecum maluit. Neque
quam corpus eius translatum eſt à n
lia vel externa ceſſavere bella. Eod
anno Dani & Normanni region
invaſerunt. Rex autem divinu
mni gratiarum actione ſuſcipiens, re
ctis proſternitur, & deoſculans eas
neratione veneratur. Sanctum v
(vide Sec. 9. p. 602.) *de quo leg*
diſſeruit, Folradus quidam nomi
tranſtulit, & in pago Pariſiaco loca
gnante Ludovico Imperatore, tra
in Saxoniam, & ut legatus ille co
ex hoc res Francorum cœperunt mi
num dilatari. *Burgundionum Rex*
qui nonnullis annis Italicis imperab
quandam ibi à Samſone *quodam*
acceperat, quam Conſtantini Mag
Helenæ filii fuiſſe dicebant: quæ ex
rarum ſpecie lancearum, novo quod
pere, novaque elaborata arte & fig
ta mediam ſpinam habuit, utrobique
ſtram, & in media ſpina cruces ex
nibus & pedibus Salvatoris no

Iesu Christi affixis. Henricus itaque R*ex audiens* R*odolphum tam cœleste donum habere, ut erat timens Deum totiusque religionis amator, legatis directis tentavit, si præmiis aliquibus posset illud acquirere. Quod cum* R*odolphus modis omnibus se nunquam acturum diceret, Rex Henricus, quia hunc muneribus mollire nequiverat,* minis terrere magnopere curabat: Omne quippe regnum ejus cœde atque incendiis se depopulaturũ esse minitabatur: *quia verò munus quod petebatur illud erat, quod cœlestibus terrena coniunxerat, Rudolphi* R*egis cor Deus emollivit, iustoque regi iusta iustè petenti protinus tradidit*: *Vrsperg.* p. 200. Ante hanc hastam prostravisse se dicitur, p. 204. & ab hostibus propterea victoriam sæpe reportâsse. Idem ex *Gerardo*, qui hoc tempore egregia claruerit sanctitate, affert *Baron.* an. Ch. 929. S. 3. addita sequenti cautela: *Verum, quod dicitur ex clavis Dominicis illam esse confectam, verius puto esse dicendum* ex aliqua parte clavi, alio ferro conjũcta *illam elaboratam: nam de clavis Domini aliis locis positis, & ad alium usum adhibitis, suo loco superius pluribus dictum est.* H*ic vero tu lauda Christiani Principis pietatem in cultu sacrarum reliquiarum exhibitam.* Sed, profectò, præter quàm quòd nimium quan-

tum huic lanceæ Imperator tribuerit,non vi
qua laude dignus sit,quòd maluerit sextum &
cimum Decalogi præceptum manifestè vio
cæde & incendio omnia vastare, quàm inc
illis clavorum reliquiis carere? Nescio, an p
Christiana *unicum solatium suum* in defun
rum, Martyrum etiam, quærere possit offi
Hæc verò seculi fuit infelicitas, ex stupo
conniventia cleri magis magisque aucta. *b.*
pus Hunegundis virginis, de quo Baron. an. Ch.
S. 8. *Cùm diu sacrum corpus eius sub t*
conditum iacuisset, quædam sanctimoni
Berta nomine, miræ abstinentiæ, multæ pa
tiæ, paupertatis valde studiosa. eximiæ hu
tatis misericordiæ operibus dedita, ieiuni
vigiliis & precibus intenta, ex divina revel
ne *locum sepulturæ eius cognovit, anno sa*
946. *Ludovico regnante. Cumque imm*
affecta gaudio tantum thesaurum subito el
re vellet, Venerandus presbyter Gito, san
rum pignorum Quintini & Victorici m
rum custos, casu superveniens eam obiurg
dicens, fas non esse sine auctoritate Episco
crum corpus levari. *Ita ad dies triginta du*
tactus mansit sarcophagus iam apertus,
quem diu noctuque sacris vigiliis incum
tes, Episcopi adventum sustinebant.

s

spatio multa illic divinitus sunt declarata miracula, atque ingens splendor perpetuo ad sacrum corpus permansit, itaut à pectore virginis & sursum, pro sordibus pulveris nitentia relucerent fragmina margaritarum, & quibusdam clarissimis erumpentibus scintillis aspicientium reverberarentur obtutus. Tanta etiam ibidem sentiebatur odoris fragrantia, ut omnium nares ineffabili satietate complerentur: Quicunque autem ad sacrum illud corpus intueri poterant, quocunque essent affecti morbo, illico curabantur. Porrò odoris illius semper increscebat suavitas. Inter cætera autem miracula ipso die elevationis sanctissimæ Virginis, cùm sævissimus morbus totum illum pagum adeò occuparet, ut vix esset domus, in qua non jaceret ægrotus, omnes illi cum elevato sacro corpore simul è suis lectulis *sani surrexêre.* His paradoxis nonne plebs ad superstitionem alioquin proclivior, debuerit succumbere, & ad nimium reliquiarum cultum excitari? *c Matthæi Apostoli* corpus hoc seculo ipsius Apostoli revelatione repertum, & Salernum ex Britannia (alii habent Bithyniam) translatum scribunt; *Baron.* Anno Christi 954. S. 2. *d Corpus Mauritii* & sociorum quorundam ejus translatum ab Ottone Rege Magdeburgum, anno Christi. 961. *Baron. e Sancto-*

rum

rum ἀνωνύμων, quorum corpora Otto ex Itali collocarit in Ecclesia Magdeburgensi recens e recta, *Baron.* an. Ch. 965. S. 2. *f.* Referunt etian quidam *reliquiarum S. Albani*, Proto-Martyris An glorum translationem ad annum 986. alii 987 quod tamen Angli strenuè hactenus negarunt Unde λειψανομαχία inter Colonienses, Anglos Danos ab *Vsserio* descripta, *Antiq. Britann.* p. 329. Ubi in genere ex *Balæo* notandum est, *cæpisse ea tempestate apud Anglos mortuorum catavera è terris elevari, & certis ceremoniis ac religione quadam in aureas capsas poni.*

5. Huc pertinent illa *bona opera Monastica*, quorum vel unum loco speciminis, ad cæterorum invidiam adduxisse satis erit. An. Ch. 936. prædicat *Baronius* bonum opus *Odonis*, Abbatis Romæ & Monachi sui *Godofredi*; quòd videlicet Monachus in agro, cùm horas suas Canonicas recitaret, & videret furem advenientem, & equum furto abducentem, noluerit furem inclamari, & alios, ut insequerentur, excitare, *ne peccaret in regulas silentii.* Et deinde quod Odo Abbas, cùm fur iste ab aliis jam deprehensus esset, noluerit ipsum pœnâ aliquâ affici, *sed quòd totam noctem hoc modo vigilâsset, & magno labore equum abduxisset, iusserit ipsi numerare quinque solidos.* Ejusmodi bona opera plura recen-

recenset *Baronius* cum toto seculo hoc, tum anno citato.

[s] Sublato enim *Seulpho, Episcopo* Rhemensi (hoc quippe titulo apud ipsos Scriptores Pontificos venire illum, qui *Archiepiscopus* est, ex *Baronio* ad an. Ch. 925. S. 9. 10. discere debuisset *Iesuita Forerus*, qui hoc quoque mihi nomine litem movens, prodigiosæ suæ inscientiæ posteris specimen reliquit) Eribertus Dux Aquitaniæ, qui Regem Galliæ Carolum simplicem captivum habebat, eò advolat adducitque simul suum filium *puerum quinquennem*, remque ita transigit, ut *puer hic Archiepiscopus* eligeretur, eundem etiam Iohannes Papa consecravit. Emphatica sunt verba *Baronii*: *Seulpho ita, ut audisti, sublato de medio, quid tum accidit?* Illud planè tunc primum contigit in Ecclesia Dei videri mōstrum, nunquam hactenus in orbe Christiano visum nec auditum, imò nec puto mēte conceptū, *cum videlicet puer nondum quinquennis, nondum alicuius inferioris ordinis capax*, vix ferulà prima addiscens elemēta, *Rhemensis eligitur Archiepiscopus. Tanta ista adeo nova, adeo turpia ac detestanda, solo auditu horrenda ac pudenda, ne fabulam putes anilem, eius prodo auctorem, &c.* Et S. 11. *At verò, quod in tanta Ecclesia malè fuit à malo Principe usurpatum,*

tum , in exemplum cito tra
ut complures hujus feculi Princi
ne conjunctos adolefcentulos
thedras curaverint promovend
ipfo feculo non fine magno dede
iam R*omæ,Conftantinopoli,&*
ris civitatibus , inferius dictu
utinam quod hoc feculo ortum ,
culo fuiffet extinctum,& non i
cula propagatum tantum nefas
mnia Ecclefiaftica jaucientur.

[*t*] De quo idem *Baronius* an. C
Sed & quod novum immenfu
Ecclefiam deturpare tunc cæper
multa , quibus iam facris
mnino legibus hoc deplorato fe
in modum afflictata , fic narra
pergit. Hoc in tempore Man
civitatis Epifcopus,agnita Regis
tia,à cujus ipfe fangvine affinitati
rat,deferta commiffa fibi Eccle
Spiritu multas violaturus , imo
clefias,Italiam petiit. Hugo a
gnum fecurius obtinere fperans,
junctis regni officia largiretur ,
que. Veronenfem , Tridenti
nam commendavit illi , feu (q

in escam dedit Ecclesias : *qui nec his contentus, Ecclesiam Mediolanensem invasit , ut idem auctor inferius pluribus probat. Sed ut aliquo velamento, tanquam ficus foliis peccatum obtegeret nefarius homo ,id se agere tradebat exemplo Principis Apostolorum , qui Antiochenam,*R*omanam , & Alexandrinam possedisset Ecclesias.*

[u] *Avent.* lib. 5. pag. 507. *Henricus primus Imperatorum* Sacerdotes *&* *Monachos ditavit : ipsis venationem quoque indulsit. Monachi arrepta occasione ex paupertate , severioris religionis , iugo excusso , licentius vivere cæperant. Circa hoc tempus* (scribit ex *Fab.* ad annum Christi 989. *Calvisius*) *luxus Episcoporum crevit, & incrementa sumsit , cum Imperator puer esset : Antea enim Episcopi inter se aut cum Clericis ita versabantur , ut inter se fratres non Domini appellarentur, una discebant, psallebant, orabant, epulabantur. Antistites ipsi in tuguriis, non arcibus iuxta templa , non in sylvis habitabant :* Sed *iam aucti facultatibus libertatem sibi sumebant, Ottonem puerum nō amplius observabant , fratrum nomen non ampilus admittebant, sed Canonicos se & Domi*

nos

nos invicem vocabant, non discere ipsi vel [...] cra facere volebant, sed vicariis operas co[...] mittere, ipsi equis studere & opibus, cocos, str[...] ctores, fartores alere, cum concubinis & fam[...] labus habitare, scurris & morionibus dare pr[...] mia solebant, privilegia de venationibus fer[...] rum (piscationes etiam, teste Avent. p. 506[...] ab Imperatoribus *petere, quemadmodum* Herpo *Episcopus Verdensis ab Ottone ter[...] hoc anno flagitavit & obtinuit.* Confer Leo[...] Papæ invectivam in Bojariæ Episcopos apud [...] *vent.* p. 491.

[x] *In Anglia* (inquit *Fabianus*) *Episcopi* [...] M*onachi pro defunctorum animabus tu[...] fortiter orabant, sed interim exanimaba[...] vivorum hominum loculos.* Meliùs suis reb[...] consulere, & compendiosius volebant facer[...] tes, Romæ, qui d. 22. Feb. an. Ch. 984. pro s[...] posteris instituerunt, ut si quis ex hac sodalit[...] moreretur, singuli quadraginta Missas canere[...] statim post obitum; nisi quis morbo impedi[...] tur, qui id sequenti tempore perficere coact[...] est, nisi voluit excommunicari. Vide *Baron.* [...] Ch. 984. S. 5.

[y] Exemplo sit *Hatto* Abbas Fuldensis, p[...] stea an. Chr. 968. Moguntinus Archiepiscop[...] qui cùm in tota Europa ingens esset frume[...] ino[...]

inopia, nec haberet, ut tot egenos alere posset, eos in horreo conclusit & cremavit: miserè autem ejulantes & clamantes irrisit, dixitque mures suos ita clamare. Ideò sequenti anno à muribus catervatim advenientibus arroditur; nec profuit ipsi turris in medio Rheni ædificata, ut mures aquis arcerentur; sed adnatantes catervatim turrim ascenderunt, & violentissimè arrosum comederunt. Ita *Trithemius* scribit & alii, & ex recentioribus *Drexell.* Iesuita oper. t. 2. p. 589.

[a] Id quod in Anglia cumprimis factum est tempore Regis *Edgari*, ubi Dunstanus & Ethelwoldus Monachi nolebant Canonicis & Presbyteris *plebium fœminas*, id est, legitimè copulatas conjuges (vide Centur. *Bal.* p. 137. 138. 139. 140. ubi multa de tragœdia, ob conjugium clericorum oborta, recitantur) relinquere, sed eos, ut vel cucullum induerent, vel ædibus suis & reditibus cederent, cogebant. Legimus inter alia apud *Baronium* an. Chr. 970. S. 8. *Ordo clericalis ea tempestate erat corruptus & Canonici cum Presbyteris plebium voluptatibus carnis plus æquo inserviebant.* Ita verò ignominiosè & impiè ἄμιαντον κοίτην impuros vocâsse Monachos, doctè probat *Balæus.* Unde patet, magnam fuisse in Anglia conjugij libertatem: de quo post.

[aa] Fatente Concilio an. Chr. 909 *Suess* celebrato apud *Baron.* eodem anno S.3. *De m-nasteriorum verò statu seu lapsu quid di-vel agere debeamus, iam penè ambigim Deum enim mole criminum exigente, & iu-cium à domo Dei incipiente, quadam à paga succensa vel destructa, quadam rebus spoli & ad nihilum propè sunt redacta: Si tam quorundam adhuc videntur esse vestig* nulla in eis regularis normæ servantur institu sive namque Monachorum, sive Canonicoru sive sint sanctimonialium, propriis & sibi j competentibus carent rectoribus, & dum co tra omnem Ecclesiæ auctoritatem prælatis utu tur extraneis, in eis degentes, partim indigent partim malevolentia, maximeque inhabiliu sibi præpositorum facientium inconvenient moribus vivunt incompositis &c. Et an. Ch 938. S. 6. ait, *quàm plurima fuisse Monaster observantia penitus Monachalis expertia.* E S.3. H*oc eodem anno accidit, ut Odo Abb Cluniacensis, qui ante biennium Romam à L one Papa, ad restituendam in Monasteriis Vrb* collapsam regularem Monasticam disciplinan *vocatus fuerat.* Idem tribuitur *Adelbert* Metensi Episcopo an. Ch. 942. S. 9. Mansonen Cassinensem Abbatem *voluptuosum* descri

an.C

an.Ch.986.S.3.& 995.S.13.14.*qui, cum equites plurimos, & plurimos serico indutos famulos parâsset, & ultro montani Imperatoris curiam haud segniter frequentaret: ob memoratæ arcis constructionem ingentis odii fomitem in toto Principatu contra se accendit, adeo ut non multo post à Capuanis captus cæcatusque sit.* Ita & de Monialibus Reginoburgensibus hujus seculi conqueritur *Avent.*l.5.p.500.*quod excusso pudicitiæ freno, populariter tum vixerint, seq. nescio cuius chori Dominas nuncupârint.*

[*bb*] *Polydorus* Vergil.lib.6.Anglicæ Historiæ: *Balæus* Cent.2.p.140.*Fuit annus salutis humanæ 975.cum Dunstanus Cantuariensis Antistes, sacerdotum conventum fecit, ad res religionis rectè constituendas, melioremque eorum statum collocandum. Dum hæc geruntur, iuvenes quidam honorum cupidi, quos quieta republica desperabant, perturbata se consequi posse arbitrabantur, turbas faciunt: quas imprimis adaugebat ira eorum presbyterorum, qui à Monachis, ut supra ostendi, ex suis Collegiis exacti, de repetundis agendum sibi constituerunt. Quamobrem causa iudicibus delata est, qui cum Vuintoniæ in Monachorum conclavi de ea re infrequenti consessu agerent, & iam maior*

pars decerneret,presbyteros eſſe reſti
priſtinos honores, ecce ſubitò vox
Non benè ſentiunt, qui presbyter.
perinde,quaſi ius maius faceret, cu
chis,qui alienà raperent, quàm cun
ris,qui ſua repeterent. Verùm
Chriſti de cruce pendentis, quæ ibid
bat,viſa eſt eam reddidiſſe vocem,
bita eſt oraculo,ut Presbyteri cauſa
& turba omnis ſedata ſit: Atq
chi ope divina, vel humana potius (
tum non defuerunt, qui id oracul
magis,quàm Dei fuiſſe,hoc eſt,hom
de, non Dei nutu, editum putârint
parta retinuerunt. Prolixius hæc
tur *Cat.* Teſt. verit. lib. 11. p. 109. B
975. S. 10. 11. 12. ubi expreſsè habetur
fixi Dei imago ſigno crucis in edito
entibus cunctis, dixerit: Non Fiet
Iudicastis Bene. Mutaretis
Aliam ejuſdem commatis fabulam
pag. 141. *quòd Dunſtanus ſtans*
altari miſſalibus veſtibus indutus
ctans regem à venatione venien
Miſſam in cœlis audiviſſet canen
gelis in initio nonies Kyrie ele
fine, Ite, Miſſa eſt. *Tonoſque ea*

cum consonantias (ridiculum certè) ad posteritatis usum, cum esset Musicus, reliquit. Ob hæc & his similia, sunt istis diebus clerici coniugati cum uxoribus & liberis, Ecclesiis suis pulsi, &c.

[*cc*] I. Enim *Pontificis auctoritatem* multi magis viribus tueri sunt conati. Otto Imperator urbem Romam an. Ch. 962. ingressus, confirmat Pontifici donationes *Divo Petro* factas à Pipino, Carolo & aliis, ipse etiam de suo aliquot civitates addit, promittitque se Berengarium & filium ejus Albericum ex hisce Pontificis dictionibus ejecturum, ut Pontifex eas liberè possidere posset. Vide etiam *Baron.* an. Chr. 963. S. 27.

II. Putabant, magnum se DEO cultum præstare, si *authores essent multorum cœnobiorum, amplorum* (vide *Avent.* lib. 5. p. 507. & deinc.) *redituum, splendidorum Archiepiscopatuum*, quibus tamen animi cleri elatiores tantùm erant redditi, & magnæ contentiones obortæ. Sic idem *Otto*, gratitudinis causâ erga Deum, Archiepiscopatum Magdeburgensem instituturus, adversarium nactus *Bernhardum*, Episcopum Halberstadensem, & omnes novos Episcopatus sibi subjectos esse. Cùm nollet Imperatori cedere, in liberam custodiam abducitur. Sed is jubet sibi afferri Pontificalia, vocat etiam ad se

Imperatorem. Imperator putat E
quid remissurum , sed is præsent
rem diris devovet, nisi desistat ab h
natu. Hac constantia liberatur ex
Imperatoris propositum impeditu
num sequentem 972. Monasteri
Ottonis cura ampliata, ædificata &
isse, testis est *Sigeb.* De discordiis in
Episcopos exortis propter Archie
Vide *Avent.* annal.p.490.498.

[dd] *De qua re infra agendum
lismo.*

SECTIO II.

De Muhammedismo.

I. Muhammedismi hujus
storiam narraturi agemus I. de
Muslimico. II. De Religione
Studiis. IV. De animo eoru
Christianos vario. V. De fortu
cessu bellico.

II. Imperium Muhammed
hactenus ferè Monarchicum,
duas ad summum familias, Abb
& Ommiadarum distributum, i

[4

[a] distractum,& in Dynastias atque Toparchias divulsũ est, ut plurimi [b] Chalifæ,præter nomen, & arctissima sedis Imperatoriæ pomoeria,parum splendoris retinuerint,& pristinæ dignitatis. Veziratus [c] etiam Bagdadensis abolitus, & potentissimæ Arabum [d] familiæ inter se maximo cum totius Imperii damno,fuerunt commissæ, Chalifatus axiomate [e] Abbasidis (Muazzo [f] excepto) relicto,Imperatoris [g] verò, & Regis [h] nominibus,splendidis [i] Epithetis insignitis, aliis quoque cæterarum provinciarum Præsidibus, Administratoribus & Toparchis,concesso.

[a] Elmac. Hist.Sarac.p.203.*Ineunte anno* 325. (Ch.936.)*mundus in manibus erat potentiorum*,R*egum nempe terræ. Quicunq; enim urbem aliquam nanciscebatur*,R*egem se eius nominabat, alios omnes arcens.Erantque* Basra, Wasithum & Ahwaza *in manibus Abu Abdallæ,Baridæi & fratrum eius, Persia in manu Amadudaulæ,fil.Bouiæ,Dailamæi* ; *&* Sabu*ctacin fratris* Mardavigi. Mausila,*Diarrebia,& Diarbecra in manu filiorum Hamadani*, Ægyptus &Syria *in manu Muhammedis Achsidi*,

sidi, (nomine autem *Achsidi* veniel
Fargani, sicut Reges Romanorum
Persarum *Cosroës* appellantur, *Elmac.*
Tangi. Occidens & Africa *in manu*
Mahadis. Hispania *in manu filiorum*
Chorasana *in manu Nasri fil. Ahm*
nai. Hamama, Bahraina & Hagia
Taheri Caramitæ. Tabristana &
in manu Dailamorum: neque man
Chalifæ & filii Raiici *quidquam*,
dadum: & abolita sunt Telonia
& potentia Chalifatus diminuta es
litatum regnum, & devastati
Pecunia autem omnis portata est in
cia Imperatorum, qui, pro lubitu
sponebant, & impensas Imperiale
ac evacuata sunt æraria.

[*b*] Vide *Elmacin.* Hist. Sarac.
Imperii Saracenici distractione;
γραφίαν Chalifarum seculi hujus, lit

[*c*] Anno Christi 935. Heg
venire iussit Arradis Billa Imper
hammedem fil. Raiici, *qui VVasith*
ibi dominabatur; cogente ad id cu
te, propter perturbationem Imperi
tudinem eius, qui Vesiratum (
Imperatorii munus) *ambie*

itaque filius Raiici *Bagdadum, & constituit eum Arradis Imperatorem, commisitque ei administrationem regni, & jussit eum pro se concionari super suggestu: Induit quoque ei vestem dignitatis; ac dedit ei vexillum. Venit autem Bagdadum 25. Dulhiggiæ, & Scribam constituit Achmedem fil. Alis, Cufaum; curavitque ea omnia, quæ curare soliti erant Veziri*, Consiliarii. *Atque ab eo tempore* dignitas consiliarii Bagdadi obsolevit, neque remansit nisi nomen ejus; *potestas autem omnis cessit Imperatoribus, qui rerum potiebantur: atque id duravit, donec florere desierunt Bouïlahæi &* Salgiuki, *Bagdadi.*

[d] *Abbasidis* enim acriter restiterunt *Phatimidæ*, qui seculo hoc ad Imperium emergere cœperunt. *Elmacin.* Histor. Sarac. lib. 2. pag. 187. *Anno* 298. (*Christi* 910.) *incepit periodus Imperii Phatimidarum, quorum primus fuit Muhammed Mahadis, qui prodiit Segilmesæ, quæ ditionis Kairvvani est, in Occidente: Et is hoc anno salutatus est Imperator fidelium. Deinde* Rakadam *obiit, dicens se esse oriundum ab Ali filio Abutalibis, genusq. suum in eo subsistere infixum. Aedificavit quoque hoc anno Mahdiam; atque in ea habitavit, impe-*

 rans

rans Africæ, Siciliæ & provinciis Occiden-
Natus autem fuit Selmiæ, aut, ut alii volunt
Iraca, anno 269. *Hegiræ; & profectus in*
cidentem, Imperio *se ingessit, multisque præ-*
contendit cum filiis Aglabi, donec eos eiecit
no Hegiræ 302. *quo & ipse obiit, & successit*
in Imperio filius eius Kaiimus, cui mortuo s-
cessit filius suus Almansor, quo vita defun-
Imperium adeptus est filius eius Muazzus L-
dinilla, qui primus fuit Chalifa Aegyptiacus
Fatimidis. Eadem ferè repetit initiò lib. 5. Q-
verò occasione *Muazzus Lidinilla* Ægyptu-
occupaverit, & Imperium *Muazzicum*, ut
Elmacino p. 227. vocatur, invaluerit, solenni abr-
gata precandi formula pro Abbasidis concep-
idem habet *Elmac.* p. citata. Sedem Imperii fi-
Muazzus Alkahiræ, quæ proinde *Alkahira M-*
azzica dicitur. Refert autem *Muazzus* in T-
stamento filio suo relicto, *se curâsse ædifica-*
dam Kahiram in horoscopo Martis, q-
potentissimus est inter signa cæli (sic commo-
verti puto verba Arabica) *& propter horosco-*
pum eius vocâsse Alkahiram, id est, Coactricem
ut quædam ad *Elmac.* habet annotatio.

2. *Phatimidis* se opposuerunt *Dailama-*
de quorum regno scribit *Elmac.* p. 190. anno 31-

Cæp-

Cœperunt innotescere Dailamæi ; *quorum primus Rex fuit quidam, nomine VVahsiudanus fil. Marzabani, cuius regni sedes fuit* Siahristana : *hoc mortuo regnum adeptus est filius eius* Hasanus,*qui bellum gessit cum Huseino, fil. Alis, Phatimida*. Vide & sequentia.

3. Bella etiam gesta sunt inter *Mordavvigum* quendam, qui plurimas expugnavit ditiones, Raijam,Kazvinam,Abharam , Giorgianam,& Tabristanam : ipsam etiã postea Isphahanam ; & *Alim Abulhasenum* Amadudaulam,fil. Bojæ, qui à Mahcano,fil.Malis,ad Mordavigum transiit,cuju tamen mox amicitiâ spretâ,ipse,Imperium obtinuit Isphahanis, totiusque adeò Persiæ. Vide *Elmac*.p.191.192.202.& 203. De origine verò filiorum *Boia*,quorum pater pauper quidem fuit piscator Dailamita,sed nobili, imò regia (genus enim suum à *Schaburo Dulactafo*, de quo egimus in *Hist. Orient*.p.108.deducebat)familia natus,inter quem & Hajurmaratum (sic *Adamum* Persæ vocant) centum numerant generationes : consulatur *Elmac*.Hist.Sarac.p.202.

4. *Baridæorum* etiam , regnum affectantium,mentio fit apud *Elmac*. p. 210. *Anno* 330. *statuerunt* Baridæi *adoriri arcem Imperialem, & occupare Bagdadum. Erant autem hi populus oriundus à Præfecto Veredariorum. Ab his cum sibi timeret* Moctafis, *fugit, seque recepit Mausilum, &c.*

5. In

5. In Hifpania regnabant Om
204.

[e] Qui hoc ordine fequunt
Muhammed, *Muctafis Billa*, cui
Cafamus fil. Abdallæ, vivo adhu
rium furripere, & ad alios transf
poftea tamen primus ejus inaugu
dadi procuravit: Badirum autem
ne infidias ejus proderet, ftratag
fuftulit; *Elmac.* p.181. Inciderunt
ra cruenta illa inter *Muslimînos* &
de quib. *Elmac.* p.182. & deinc. A
ximè commendatur, ftudio relig
tia, & affectu in *Abutalibitas* infign
Moritur anno Imperii 6. die 20. I
fadlus, *Muctadirus Billa*, Muctafis f
tatis anno Chalifatum fuit inde
men deponitur, ejufque loco Ab
tazzi inauguratur, de quo *Elmac.*
men Imperium non nifi unicum
que noctem obtinuit, quo fpatio
rus Chalifatum recepit, exercitu
gato. *Elmac.* p.186. Æmulo huic,
to, plures alii fuccefferunt, Pha
tim, *Elmac.* p.187. & Abutaherus
p.190.192.194. *Dailamai, Elmac.* p.
exercitus Imperatorii Dux, qui,
periculū fibi imminere à *Muctadi*
cum duodecim equitibus aggre
torem, regiaque ejectum domum

Secundò igitur Chalifæ axiomate spoliatus, successorem habuit fratrem *Kahirum Billa*, cui sponte Chalifatum cessit. Mox tamen, altero Chalifatus die, rebellione militum stipendia solicitantium, coactus fuit fasces reddere fratri modò deposito, quos tandem, cum ipsa vita; in pugna amisit, anno 24. mense 11. die 14. quo quidem Imperii spacio longius alii non obtigit, *Elmac.* p. 195. qui de eodem testatur, quod vir fuerit insignis, *multi Ieiunij & Eleemosynæ, Ibid.* III. Rediit ad Imperium frater, *Muhammed*, Abulmansor *Kahirus Billa*, qui jam ante per biduum Imperio erat potitus, summa in matrem crudelitate infamis, *Elmac.* pag. 198. unde paulò pòst throno excussus ad summam fuit redactus paupertatem, usque adeo, ut mendicando vitam suam tolerârit, *Elmac.* p. 199. eandemque summè miser, anno ætatis 52. finierit. IV. *Ahmed* Abulabbas, *Arradu Billa*, qui creatus est Chalifa eodem die, quo Imperio fuit deturbatus patruus ejus Cahirus: Magna Imperii distractio fuit hujus Chalifæ tempore, ut diximus supra: Vide *Elmac.* pag. 203. qui de varia ejus fortuna, & præliis gestis ordine deinceps loquitur. Princeps fuit munificus, liberalis, Poëta & Orator insignis, *Elmac.* p. 207. quique multas res inter Chalifas ultimus præstitit. *Nam* (verba sunt *Elmac.*) *ultimus egregios versus fecit: ultimus sua solius auctoritate de exercitibus & pecuniis disposuit: ultimus concionatus*

onatus est, in suggesto, die Veneris
dit cum sedentibus , & pœnitenti
pœnitentibus : ultimus impensas f
dedit, servos & culinas habuit, mo
rum suorum. Nam qui post eu
præfecti sunt , ad tempora usque
scito nihil habuisse in Iraca, atque
ciis, præter nudum titulum ; regim
mne fuisse penes reges illos, qui Im
sunt, Ib. V. *Ibrahimus*, Abu Isaac
billa, frater præcedentis. *Tunc temp*
Elmac. p. 209. *regnum administrab*
Turca, neque cessit Moctafi *quidqu*
nudum Chalifæ nomen : Biennio ta
te, & vitæ finem fecit & administrati
tis, venationi operam daturus, occis
210. Successit illi in regni administr
linus, huic verò *Abubecer*, fil. Rajici,
ruddaula fortissimus belli Dux, è m
Elm. p. 210. post cujus obitum Reip
ad Nasiruddaulam devolutæ erant.
mox Chalifæ junctus, & opibus anctu
que Chalifatus axioma ambivit : qu
hementer displiceret Turcis; abali
eo, idque tandem effecerunt, ut, p
zunus Turca Imperio Bagdadi esset
Moctafis , *Imperatorem* Imperat

nuncupârit, *Elmac.* pag. 211. Quam vero gratiam apud eum inierit hinc patet, quòd *Abdalla* Muctafi eum tradiderit, quem eductum oculis orbavit, & Chalifatum, anno Imperii tertio, deponere coëgit. *Fuit ergo*, ut scribit *Elmac.*pag.212. *vir bonus, sed potestate omni Imperii penitus orbatus. Cæperunt enim iam ab initio dignitatis eius Imperatores gubernare Chalifam, totumque Imperium occupare, ita ut nihil ei relictum fuerit præter titulum, & quod nomen eius imprimeretur drachmis & denariis, quodque orationes conciperet in suggestis: Qualibet enim provincia peculiarem suum habebat Imperatorem.* VI. *Abdalla* Abulkasimus *Mustacfis billa*, filio patrui successit, à Buzunó Turcâ veste Imperatoria indutus, rerumque administrator proclamatus *Elmac.* pag. 212. 214. *Mustacfis billa* dictus fuit à Buzuno, *Elmac.*212. Ipse verò nomen sibi indidit I*mam-alhakk*, *Principis veritatis*, vel *æquitatis*, quod & nummis insculpi voluit, *Elmac.*p. 214. Ipse etiam in suggestu oravit, *Ib.* Sed nô ita longè post *MuazZuddaula*, fil. Bojæ Bagdadum contendit: unde in tantum Chalifa conjectus fuit terrorem, ut metu ejus perculsus se non tantùm absconderit, sed etiam hostem suum; Muazzuddaulam, vocaverit, digni-

dignitatis vestem,præter torquem & armill
induerit, posteriorem aulæ partem conces
vexillum tradiderit, nomen ejus monet
presserit,aliaque honoris officia detulerit;
ipso tamen postea Chalifatu depositus, tris
nece sublatus fuit,anno Hegiræ 333. *Elmac.* p
VII. *Fadlus*,Abulkasimus, *Mutius Lillah*, pat
successit eo die,quo ille fuit depositus,Imper
administrante Ahmede, *Muazuddaula*, filio B
Dailamæo, cui multa intercesserunt prælia
Nasiruddaula,qui Imperium tandem *Muazud*
la cessit, *Elmac*.pag. 219. Dum Imperio præ
prosper rerum successus illum ad eam subli
tem evexit, quam non est assecutus quisc
ante eum præter Chalifas, *Elmac*. pag. 226.
tuus verò Ianitorem reliquit *Sebecktekinum*,
cam,qui ad munia publica promotus, rebell
Imperium non modò turbavit, sed etiam Ba
di invasit, *Elmac*.pag. 228. Nec armis reprim
terat. Milites enim ejus, victoria potiti,su
ores evaserunt.Chalifa igitur, variis fractus
bis & timore,sponte se Imperio abdicat,fili
suo *Abdolkerimo* resignat,anno Chalifatus 29
stimonium ei perhibet *Elmac*.p. 228. quòd f
religiosus,suavis conversationis, modest
disceptatione,lenis,facilis,sincerus, hono
lis,multus in Eleemosynis & precibus ;
Imperio oppressus,utpote cui neque quidq
de Chalifatu remansit, præter solum titu

I

Imperio omni, in Iraca *& Perside existente penes filios Bojæ, in reliquis autem regionibus in manibus eorum, qui id occupaverant.* VIII. *Abdolcerimus* Abubecrus, *Taius, Lilla* qui demum anno ætatis 50. aut secundùm alios 47. ad gubernacula Reipublicæ sedere cœpit. *Neque quisquam (Elmac. p. 231.) ex Abbasidis ad Chalifatum eo maior natu, nec quisquam etiam Chalifa factus est vivo patre suo, præter ipsum, &* Abubecrum *Iustum.* Lapsis annis Imperij 17. mensibus 9. Chalifatu ejectus in carcerē compingitur, ubi etiam, anno ætatis 76. fuit mortuus: *Elmac.* p. 245. Hujus etiam potestas fuit exigua, propter *Boiitas*, qui reges erant, solo Chalifæ nomine alii relicto, *Ib.* Oravit pro eo filius *Kadirus Billa*, quem Rex *Bahaiuddaulas*, superstite adhuc patre, Chalifam per vicos promulgavit, testibus etiam adductis; *Taiium Lillah* sponte sua Imperium deposuisse. Plurima acciderunt durante Chalifatu *Taii Lillah*, de quibus consulendus est *Elmac.* l. 3. c. 5. IX. Ultimus hujus seculi Chalifa, numero XLVI. *Abbasidarum* XXV. est *Ahmed Abulabbas*, *Kadirus Billa*, cujus tamen potior Imperii pars ad sequens pertinet seculum, quò rejectum eum proinde volumus.

[f] Hic enim primus fuit *Ch*
scribit *Elmac*.p.222.coll.cum.227.

[g] *Buzunus & Iahcamus*, T
tores imperatorum vocantur apud *Eln*
hic,p.206. Confer p.204.228.232.

[h] Primus in Islamismo *Rex*
Adaduddaula, qui in suggestis vo
an.Schah,id est, *Rex Regum*, *Elma*
etiam p.243.

[i] Sic *Moctasis* 1. Haseno, *A*
med,cognomen imposuit Naziru
Adiuvantis nobilitatem, vel Imp
carmen,quod habet *Elmac*.p.210.

2. Idem fratri Nasiruddaulæ, *A*
no,contra Baridæos feliciter pug
indidit Saifuddaula i.e. *Gladii* Im
odi, vel *nobilitatis*. juxta illud P
Chalifa non nominavit te gladium
nec probavit te, & fuisti acu
Elmac.p.211.

3. Tribus *Boia* filiis ἐπίθετον quo
luit ab Imperio,pro quo magnam e
fuisse oportet. Primo nomen de
daulæ, *confirmantis Imperium* :
natu maximus erat, Ali Abulha
Arnaduddaulæ *columnæ Imperii*
bilitatis : Tertio qui medius era

daulæ *anguli Imperii*, *Elmac*. p. 217. Quæ deinde consuetudo ad filios propagata, qui & ipsi ab Imperii dignitate denominari voluerunt. Apud *Patric*. p.376. quidam occurrit, qui, quòd petiturus aliquid à Deo pectus suum contundebat, *pectoris percussor*, dicebatur.

III. Fuit hic status *Politiæ* & Imperii: Religio quoque Arabum ab aliis quidem [a] superstitiosè conservata est & propagata, novis etiam accessionibus aucta; ab aliis tamen [b] Karmatæis præsertim & [c] Mardvigo, variis modis labefactata, & impedita.

[a] Id quod ex προσωπογραφία Imperatorum, modò exhibita, patet. Quibus accedit 1. *Vulgi superstitio*, quâ credebant nonnulli *Muazzum*, qui in crypta ad tempus latuit, in cœlum fuisse sublatum: unde & quotiescunque nubem aliquam videbant, eorum quilibet insidens equo, desiliit in terram, dicebatque: Salve Imperator fidelium: credens Muazzum in ea nube esse: *Elmac*. p.234. 2. *Novæ ad indicendas preces ceremoniæ*. Anno Heg. 368. præcepit Chalifa. *Taius Lilla*, ut Rex Adaduddaulas tertio quoque die Veneris Bagdadi orationem pro ipso haberet, atque id cæptum est die

Veneris 26. Schiabani: *neque hoc ulli ante* [...] *contigit*, ne sociis quidem fœderum. Iussit q[...] que, ut ad aulam Adaduddaulæ *tympana pu*[...] *rentur*; *temporibus quinque orationum*, q[...] quoq; nemini cōtigit ante eū, ne sociis quidē [...] derum. Unde iterum patet, habuisse Muha[...] medanos orationem, *qua pro regibus fieri s*[...] *bat*, Roderic. Hist. Arab. cap. 40. &c. 31.3. *M*[...] *num ponebant studium in descriptione Al*[...] *rani*, Elmac. p. 205.

[*b*] *Karmatianos*, vel *Kermatianos*, eos [...] appellant. Secta blasphemi cujusdam impost[...] ab hospite potius ipsius, cui nomen *Cermat*, [...] *Kermat*, quàm ab ipso denominata, teste *Gre*[...] *rio Abulfaraio* Malatiensi; *Alii* aliam nom[...] rationem reddunt, referente *Ibn - Chalic*[...] dictos scilicet à duce quodam ipsorum *Kar*[...] appellato, quòd statura brevi, seu contracta &[...] cie deformi fuerit, quæ vocis istius apud Ar[...] significatio. *Alii*, à sectæ auctore, qui Ham[...] *Karmat* dictus est, à villa quadam ita appell[...] denominatos volunt; testibus *Alganabio* [...] Sharol - *Mavvakef*. quisquis tandem fu[...] *ad religionem suam è paganis*, *& deserti i*[...] *lis*, *quibus nec intellectus fuit, nec religio, in*[...] *tans, dicto audientes habuit. Ab initiis* [...] *scuris eo potentia creverunt*, *ut vix crede*[...]

p[...]

patraverint. Fecerunt in Islamismo quod nec ante, nec post eos fecit è Moslemis quisquam, & occuparunt magnam partem regionum Iraki & Heghiazi, nec non regionum Orientis & Syriæ, usque ad portam Mesri sive Cairo: Sic ex Arabum monumentis *Edvv. Pocockius* Spec. Hist. Arab. p. 371. 372. De *Iahia* & *Huseino* Karmatæis, eorumque successibus videatur *Elmac.* p. 182. De *Abutahero* p. 189. qui anno ætatis 19. agmen peregrinantium Meccaque redeuntium aggressus est, ex quo alios cæcidit, alios captivos abduxit, cæteros viatico spoliavit. Paulò pòst Cufa fuit potitus, *Elmac.* p. 192. Imò ne *Meccano* quidem *fano* pepercit. Anno enim Hegir. 317. adortus est Meccam die octavo Dulhiggiæ, peregrinosque in eo templo occidit, *Lapidem nigrum* (de quo Hist. Orient. p. 155.) & tectum putei Zemzemi evulsit, ac templum vastavit. Hinc reversus est in urbem suam, auferens *lapidem nigrum*, qui in manibus eorum mansit annos duodecim, minus uno mense. Deinde eum reddiderunt die quinto Dulkiadæ anno Hegiræ 339. Obtulerat autem iis pro eo *Iahcamus* quinque aureorum millia, at noluerunt, dicentes: Nullius jussu eum cepimus, nullius jussu eum reddemus, *Elmacin.* p. 194. Atque sic ab eo tempore, ex quo scil. Abutaherus Meccam ingressus, lapidem nigrum sustulerat,

peregrinatio Meccana cessavi
His enim,qui Meccam concede
buerant,fuit insidiatus , magn
affecit,*Elmac.*p.203. Anno ta
peregrinati fuerunt homines
quam facultatem ab Abutahe
que aureorum millibus redem
206. De morte verò *Abutaher*
fratribus : de *Muteraffio*,de *H*
dis *Karmatæis* consulatur *Elm*
Patric. etiam Hist. Eccles. p
Ismaëlis cujusdam Karmatæi,
multis in præliis cum Tagho co
evasisset , victus tandem occ
Templo Meccano per *Abuta*
ex *Elmacino* adduximus, illa *Patr*
cles.p.383. patri ejus, *Abusaido* K
jam *Mutadido Billa* magnas f
stias (*Elmac.*p.178.)tribuit , q
quodam suo,vitalibus luminib
jam anno Hegiræ 301 fuerat pri
des illa Meccana in annum inci
iam fatente *Patricide*,quo (ut eju
rem memorabilis hujus historia
verbis) *Abu Saidus* ille , qui &
tur, filius Haseni , *Ghanabæ*
Hamanæus ; alii *Chamanæus*
ram pervenerit, eamque occu

rit, incolas occiderit, multis etiam captis: opes inde plurimas abstulerit: posteaque discedens, propè Bagdadum castra metatus sit in loco *Tell-Arkouph* dicto; ubi inter ejus & *Muctadari* exercitum multa acciderint prælia: cumque ad votum ei res non successisset, *Cufam* rediit anno 313. puteosque in via Meccana obstruxit, obthuravit, & depressit. Unde populus *Bagdadi* & *Chorasanæ* à peregrinatione Meccana timore ejus impeditus, fuit prohibitus: Ægyptiis interim & Syris iter suum illuc facientibus. Accidit autem anno 317. die peregrinationis tertia, mensis Dulhiggiæ 7. ut veniret *Ghanabæus* cum exercitu suo Meccam, eamque ingrederetur, & occisi sunt circa *Aedem*, inter *Delubrum Haram*, & in plateis tot homines, ut numerus eorum iniri nequeat, adeò ut puteus Zemzem occisorum cadaveribus repletus fuerit, fluvii etiam & viæ, domus & petræ. Qui evaserunt cladem, occisi sunt ab Arabibus, quibus etiam facultates eorum in prædam cesserunt. Quicunque tamen fugâ erant elapsi, vel in viis se abdiderunt, aut in mari oberrârunt. *Ghabanæus* autem opum, & supellectilis tantum diripuit, quantum vix quisquam numerare possit. Abstulit etiam quidquid in *Aede Haram* fuit de auro & argento. Erant autem supra ostium delubri laminæ argenteæ, quas evulsas abri-

 puit.

buit porrò in angulo Ædis , ext[...]
quem magni faciebant homines[...]
(cumque proinde βαρχθὰν Græ[...]
ce Arabica, benedictionem nota[...]
ctantes, quemque honoris causâ[...]
culabantur, hunc quoque erutum[...]
substititque dies 7. Meccæ, ut[...]
postmodum in regionem suam re[...]
grinationem abolevit. De hac [...]
tunio *cui nullum unquam par* [...]
hammedanorum religio, ut loqu[...]
Ioseph. videatur specimen Arab. [...]
118. 119.

[c] De quo Elmac. p. 202. *Ann*[...]
(Christi 934.) *occisus fuit* Marda[...]
merum Rex; *quod ita accidit* : [...]
eum aliquot eius servi, in balneo[...]
derunt, negligentibus eum suis, [...]
dederunt, neque prehensi sunt. [...]
liberavit Muslimos à Mardavv[...]
quus erat, strenuus, & audax, pr[...]
ta, Magorum deliria fovens (Erp[...]
nismo deditus) uti aiunt id, quod[...]
De viribus vero *Mardavvigi*, cre[...]
rio, summaque ejus tyrannide , [...]
Elm. 191. & deinceps.

IV. *Literarum studia*, [a] Poëseos cum primis, [b] Historiarum, [c] Mathematum, & [d] καλλιγραφίας, hoc seculo inter Arabes, Christianos & Muhammedanos, ipsos [e] etiam Chalifas, Reges, & [f] Consiliarios admodum floruerunt.

[a] In qua excelluit I. *Huseinus*, filius Manzoris, qui tamen jussu Muctadiri trucidatus fuit, & in crucem actus Bagdadi. Huic supplicio addictus fuit propter versus quosdam, qui, quòd à Theologia Muhammedica alieni essent, & *de unione Christi*, ejusque gemina natura loqui viderentur, obelo fuerunt transfixi, author verò, Sapientum suffragio, morti adjudicatus. Versus habentur apud *Elmac.* p. 188. qui addit: *Sed Deus Opt.* Max. *novit virum hunc, & annon intenderit aliud ab eo, quod eius verba præ se ferunt.*

II. *Abutaiibus* Mutenebbis, qui Cafuri laudes decantavit; vide *Elmac.* p. 220. 226.

III. *Abufarasus*, filius patrui Saifuddaula, à Romanis annos 7. & aliquot menses in carcere detentus, *Elmac.* p. 224. ubi carminibus texendis tẽpus fefellit, inter alia de patiẽter ferenda sorte, *quæ Dei immutabili decreto cuique incumbit*, non malè scripsit, *Ibid.* Alii ejus versiculi invenitionis novitate commendati habentur p. 221.

IV. *Abu Ali*, filius Muclæ; de quo Elm
p.205. teſtatur, *quòd bona fecerit carm*
Inter alia de termino vitæ:

Cum venerit mors ad tempus ei præfinitum
cede à dictis Medicorum:

Et ſi abierit in quo tu ſperaveras, ſpes is ſit,
fecit prudentes.

Nullum amarum in re ulla hominis ama
est, amiſſione amicorum.

[b] Cujusmodi eſt I. *Saidus* Patricides
quo ſupra p. 34. 2. *Muhammed* Abugia
fil. Hariri, fil. Mucaijadi, Tabarita, qui mor
eſt an. Ch. 922. *Elmac*. p. 189. qui ex authore
plurima in Hiſtoriam ſuam transſcripſit.

[c] Tales erant I. *Albatenius*, ſeu Alb
gnius, id eſt, *Muhammed Aractenſis*, Arate
Copernico, aliiſque dictus, & ſubinde *Arace*
de quo author *Zem. Dav.* quòd invenerit ca
lum exactum & tabulas Aſtronomicas, qu
utuntur ipſi uſque in hunc diem in motu
ſupputando. Alphonſinas, ut videtur, vu
Albatenii libro de ſcientiis ſtellarum (que
Arabico vertit olim Plato Tiburtinus) con
ctas.

II. *Thebit*, ben Cora, quem Euclid
mendis purgâſſe ac commentariis illuſtrâſſe a
Hegiræ 282. (Ch. 895.) ex Orientalium l
do

docent *Gabriel* & *Iohannes Maronitæ* in rebus Orientis, Geographiæ Nubiensi subnexis. Blancanus eum, pessimè, seculo 13. ponit.

III. *Alpharabius*, Philosophus, Medicus & Astronomus, ad finem hujus seculi refertur à *Geneb*. De quo videatur Diss. nost. *de usu ling. Arab. in Medic. S. 6.*

[d] Nam hoc seculo antiquus ille character *Cuficus*; quo Alkorani fragmentum scriptum adhuc possidemus; abolitus, ejusque loco facilior & gracilior est introductus per *Abu Alim*, filium *Muclæ*, de quo Elmac. p. 205. *Eodem anno* (Christi 937.) *jussit Arradis præcidi manum & linguam* Abu Ali, filio Muclæ; *quòd ad* Aradim *scripsisset, uti prahenderet filium Raiici & vocaret Iahcamum, Turcam. Iudices itaque convocati, & hac de re consulti, censuerunt manum ei amputandam esse*, *quod* Reipubl. *detrimento studuisset. Itaque dextra ei abscissa est, & post aliquot dies lingua quoque: hinc diu mansit in vinculis, in loco quodam subterraneo arcis Imperialis* Aiunt *autem illic apud eum fuisse puteum, cùmque minister ei non esset, hausisse eum aquam manu sinistra, funem autem prehendisse ore suo.* Mortuus *est mense Sievvalo anni 329. & sepultus in arce Impe-*

Imperiali : sed effossus deinde suis tradi fuit, & sepelivit eum filius eius, Abulhasen domi suæ. Hinc uxor eius illum effodit, & domi suæ sepelivit: atque ita mortuus, ter sepultus fuit. Aiunt autem eum, cum consiliar esset, septem ictibus percussisse filium Sibu Lectorem, propter lectionem inconcinnam visam, atque illum huic imprecatum fuisse, manu mutilaretur, id quod ei contigit. Dicitur quoque, cum manus ei abscinderetur, dixisse : Manus hæc, *qua tribus Chalifis ministravi, &* Alkoranum *descripsi, amputatur, tam quam manus latronis. Atque hic filius M cla auctor fuit celebris huius scriptur* & primus mutavit scripturam Cufensem ad fa liorem & meliorem Arabum formam & usu *Secutus autem eum est filius Bavvabi, qui ad ciens aliquid, ad perfectionem eam perdux* De variis autem Scripturæ Arabicæ generib videatur Erpen.Grammat.Arab.p.4.

[e] Sic I. de Arradi refert Elmac. Hist. Sarac. 207.quòd munificus fuerit, liberalis, *erudit Poëta, magnæ eloquentiæ, gaudens præsentia conversatione eruditorum*, ac multis virtutib præditus

II. De *Saifuddaula*, quod *habitacul eius fuerit Synagoga virorum doctorum*,

au

aula, domicilium liberalitatis, & receptaculum eruditorum ac Poëtarum ; in cuius aula multi fuerint , & inter alios Mutenabbis, qui in Divvano suo septem de eo habeat carmina ; item A*bulfarhus* A*lvvavvas*, & *Chalidaus*, ac A*bulfarhus* Albugas, multique alii : quin & ipse quoque bonos fecerit versus : p. 225. De *Muazzo* , ait, quòd deditus fuerit Astrologiæ *Elmac*. p. 234.

[*f*] Cujusmodi erant 1. *Ibn-Mucla* ; de quo supra. 2. A*bulcasimus*, consiliarius Regis Fachruddaulæ , fil. Rucnuddaulæ, qui primus inter Consiliarios Socii nomen obtinuit. Vir fuit egregius, scribit *Elmac*. p. 254. *eruditus* , *honorabilis*. *Epistolas scribebat elegantes & ingeniosas* , *& versus quoque bonos atque excellentes*.

V. A*nimum* Muhammedanorum erga Christianos hoc etiam seculo comperimus varium. Procerum quidem non raro [*a*] facilem & mitem ; sæpe tamen crudelem [*b*] & ferocem. Doctorum [*c*] vero , & reliqui Muhammedis præstigiis fascinati vulgi ἄσπονδον semper, minacem atque acerbum.

[*a*] Sic cùm Episcopi & egeni in Ægyto nimiis urgerentur exactionibus , profecti quidam

sunt

sunt ex Monasteriis in *Iracam*, levamen petituri à Chalifa, *Muctadiro Billa*, qui scripsit, *ne sumeretur à* Monachis *Episcopis & pauperibus*, sed relinqueretur iis privilegium ab *Auctore vocationis* concessum; *Elmac.* p. 297. *Patricid.* p. 381. quod tamen *Patr.* ad Monachos montis Sinai potissimùm videtur restringere, quorum omnino multa & magna sunt privilegia, usque adeò ut illi etiam, qui Muhammedicæ valedicturi impietati, illuc concedunt, retrahi inde jure nullo possint, id quod ab Archimandrita illius Monasterii ipse non ita pridem audivi. *Melkitarum* orthodoxorum cumprimis conversationem adeò non adversabantur, ut *Azizus Billa*, Ægypti Dominus uxorem duxerit Melciticam, ex qua & filiam susceperat. Erant autem ei mulieri duo fratres, quorum alterum, nomine *Ieremiam*, constituit Patriarcham Hierosolymitanum: alterum autem, *Arsenium* nomine, Patriarcham Melcitarum Alkahiræ, & Mitsræ: Atque hi cum Azizo aliquam habebant familiaritatem quòd avunculi filiæ ejus essent: unde & eo Imperante promoti sunt: *Elm.* p. 247. Huc facit historia illa, quæ apud *Patricid.* p. m. 380. occurrit: *Irruerunt autem* Moselmanni *in* Remla, *ibique duo Melkitarum templa* Mar-Kosmæ, & Mar-Cyriaci *diruerunt: destruxerunt etiam tem-*

templum Askalonæ, *&* Cæsareæ, *idque mense Giumadi posteriori, anno* 311. Hoc *vero cum Christiani ad Muctadirum detulissent, jussit eos id ipsum reædificare, quod destruxerunt. Irruptionem etiam fecerunt Muselmani in* Taphnis, *ibidemque* Melkitarum *templum diruerunt extra Emissam in* Taphnis; *Cumque ad finem fermè perduxissent opus, secunda supervenit Muselmanorum invasio, qui iterum quod Christiani extruxerant, diruerunt, igni que aboleverunt: Postea iuvit Sultanus Christianos, usque dum templi structuram perfecerant. Succensuit autem Muctadirus Consiliario suo* Ali, *Muhammed, fil. Phorati, eumque cum filio eius* Mohseno *trucidavit, Rabbio priori, anno* 312. *Eius vero loco Consiliarium constituit* Muctadirus *Abdallam mense* Ghiumadi *posterioris, anno* 314.

[b] Elmac, p. 196. A*nno* 313. *scripsit Consiliarius* Abdalla, fil. Muhammedis fil. Chacani, ad Alim. f. Isæ *qui Meccæ erat, ut in Aegyptum veniret, negotia eius ordinatum: & ingressus Fustatam, initio mensis Regiebi, an.* 313. *negotia eius ordinavit, atque imposuit* Monachis *Episcopi, & egenis tributum, qui id solverunt.* Idem habet Pat. p. 381. c. multas cũprimis in Hispaniis ab

Abder-

Abderrahmano, & aliis excitatas fuiſſe perſecutiones, in quibus *Pelagius*, puer; *Victor*, *Euphroſina* Martyrii coronâ decorati fuerint, habet *Baron.* a. Ch. 925. 938. & 975.

VI. Accedimus ad *fortunam belli*, quæ variabilis hoc ſeculo fuit Arabibus & inconſtans. Irruptionibus quidem, [a] direptionibus, & apertis etiam præliis Chriſtianis ſuperiores nonunquam evaſerunt, eosdemque indigne tractarunt: Sæpe tamen etiam à [b] Chriſtianis, Græcis, Hiſpanis, Italis, & Germanis maſcule repreſſi & ad ſuos redire coacti fuerunt.

[a] An. Chr. 910. Saraceni *Apuliam* & *Calabriam* invadunt. An. 922. *Angli* Romam religionis ergò peregrinantes, inter anguſtias alpium à Saracenis intercepti, lapidibus obruti fuerunt, *Baron.* an. Ch. 922. S. 12. A. 935. *Genuam*, Liguriæ urbem Saraceni depopulati ſunt, collectaque ingenti prædâ in Africam redierunt. An. 950. commiſſum eſt prælium *Malacaticum*. Cùm enim *Saifuddaulas* nepos Hamadani bellum inferret Romanis, jamque duos menſes ferro & flamma graſſatus eſſet, ac multos cepiſſet captivos, tandem adiit *Domeſticum*, eique occurrit in Malacata, qui locus eſt ultra Chorſenam, com-

commissoque prælio in fugam vertit Romanos, & triginta circiter millia occidit. Episcoporum (Arabicè: *Patriarcharum*) autem cepit circiter duo millia *Elmacin*.p.222.a.952. Saraceni, ex Gargano monte, in quem se contulerant, incursiones frequentes in finitimos faciũt: *Beneventum* incendunt. Anno. 970. misit Imperator *Azuddaulas*, filius *Muazzuddaula*, filii Bojæ, exercitum magnum, oppugnatum Romanos, qui in fugam ab iis sunt versi, Deo Muslimis contra eos opitulante, ceperuntque Muslimi ex iis plurimos, & inter cæteros Domesticum, qui & in vinculis mansit, donec obiit, *Elmac*.p.218.An.970. Saraceni *Cosentiam* recuperârunt, ex qua paulò antè ab Vngaris ejecti erant. Anno 982. *Otto* secundus, cum Saracenis, quibus cum socia arma ex fœdere Græci conjunxerant, in *Calabria* magna sua clade cõflixit, Idibus Iulii, fortissimis autem suorum interfectis, ipse fuga vix salvus evâsit.

[*b*] Anno Christi 913. ad *Lyriam*, Campaniæ fluvium, Saraceni Romanorum civitates vastantes vincuntur. An. 934. *Fraxineto* irrumpente, ad Aquas usque pervenerunt; ubi *Sagitus* Dux eorum cum toto exercitu deletus est. An. 941. *Hugo* Italiæ Rex, *Fraxineto* capto Saracenam classem exussit. Anno. 944. *Radimirus* (*Baron.*

Ramirus) Rex Gallicæ maximum exercitum S
racenorum fudit in Hispania,videatur *Baron.* a
Ch.938. Anno. 950. commissum est præliu
Masinense. Cùm enim *Saifuddaulas*,nep
Hamadani,abiisset ad montium angustiam, qu
dicitur *Angustia* Mactalatfari, & *Angust*
Ciceronis,adorsus eum est *Domesticus*,& con
misso prælio, fugit *Saifuddaulas*,cum paucis
suis militibus.Facto autem manè,sævijt Domest
cus in plebē, quā illic invenit,quinq;,ex ea vir
rum millia occidens, & circiter tria millia in se
vitutem abducens,reliquis fuga elapsis. *Elmaci*
pag.222.An.951.Saraceni *Calabriam*, *Apulian*
Lucaniam cædibus & incēdiis replentes,virtu
Alberici Hetrusci Marchionis repressi sunt,& i
agro Miaturnensi in Campania ad Lyrim fluv
um superati,cùm accessionem ad urbem Roma
instituissent. An.963. intulit *Saifuddaulas* R
manis bellum,& obsedit Telibatricum, idqu
cepit: in fugam autem se dedit Zimisces cu
copiis suis,& muniverunt præsidio montium a
gustiam,ad quā cùm reversus esset *Saifuddaula*
oppugnârunt eum,donec nox eos obruit, & fu
gâ sibi consuluit *Saifuddaulas*,cum paucis d
suis, maximo militum ejus numero cæ
& capto, opibusque ejus & exercitu direp
tis. Excurrens quoque Leo Domesticus cep
Abu

Abulfariirum fil. *Hafeni*, Vicarium Saifuddaulæ, qui portatus Conftantinopolim, ibidem in vinculis obiit. *Elmac.* p. 229. A. 968. egreffi *Domefticus* & *Zimifces* obfederunt *Sumeifatam*, eamque ceperunt: hinc obfidione quoque cinxerunt *Rabanam*, fed obviam iis proceffit Saifuddaulas; quem tamen Romani vicerunt, & in fugam verterunt: perfequente eum *Zimifce*, qui & de primariis militibus ejus plurimos cepit, ita ut, cùm Conftantinopolin ingrederetur, abduceret captivos 1700. equites, equis fuis infidentes, & armis indutos; *Elmacin.* pag. 230. Anno 969. *Otho I.* Germanorum Imperator, Saracenos Italia expulit, & Garganum montem recepit. Anno. 977. Creta Infula Saracenis erepta. Anno 970. Romani *Nafibinum* & *Diarrebiam* totam ceperunt; atque occiderunt, & captivos abduxerunt mortales plurimos; *Elmacin.* pag. 227.

Addimus Hiftoriæ Muhammedicæ *appendicem* exhibentem, Fuiffe aliquos, qui hoc feculo *Muhammedifmo acceffferint*. Talis erat [*r*] *Presbyter quidam*, de quo *Bar.* a. Ch. 957 S. 2. *Accidit his diebus, ut nimia feveritate Epifcopi presbyter à fide factus Apoftata, innume-*

rabilia adverſus Imperium perpetrârit:
geſtam ſic breviter proſequitur Curopala
Cùm autem Ameras Tarſi, dux Sarraceno
contra Romanos cum exercitu profectus e
atque in Herculis vicum milites prædatum
ſiſſet, quidam presbyter Themel nomine ſac
cium incruentum peragens, ut agnovit
racenorum irruptionem, relicto ſacrific
di munere, ita ut erat indutus, manibus
ſtans Eccleſiæ myſterium, ſic eos, qui invaſer
propulſavit, & multos vulneravit; haud pau
interfecit, reliquis in fugam verſis, & ab Epiſ
po interdicto ei ſacrificandi munere, poſtqu
non impetravit veniam ad Agarenos ſe con
lit, & Chriſtianam fidem ejuravit, atque cum i
egreſſus non modò Cappadociam & finitima
ca vexabat, ſed etiam uſque ad Aſiam; quæ
nor dicitur, pervenit; & quanta detrimenta
tulerit; ne ſcribere quidem nobis fas eſt
Cretenſium etiam plurimi, vel metu, vel bl
ditiis ad Muhammedanum cultum fuerunt
ducti per annos illos 40. quibus Creta Saracc
paruit; *Baron.* anno Chr. 961. S. 4. c. *Nicola*
Publicanus, qui grandi ære alieno Reipub.
ſtrictus, abjurata Religione Chriſtiana ad Iſn
elitas ſe contulerat, & Aſtrologiam tractârat;
uar. t. 3. p. 147.

II. *Dari hoc etiam ſeculo exempla fidei*
conſtantiæ Muhammedica in ſervandis fæ
ri

ribus semel pactis & factis. Cùmque *Zuleman* (qui, suppetias ferente Comite Saucio, Christiano, ad 36000. Sarracenorum prostravit) verbis & muneribus civium animos complacâsset, & in civitate tutiùs resideret, quidam barbarus suasit ei, ut permitteret eos occidere Christianos, ne fortè ut ei adhæserunt, alii regi adhærerent, & ei cederent in periculum, & jacturam: præsertim cùm prædis Arabum locupletes, de cætero similia assuescerent. Cui *Zuleman*: In securitate meæ fidei advenerunt, & ideo nunquam hoc facinus perpetrabo; Verba sunt *Roderic. Tolet.* Hist. Arab. cap. 33.

SECTIO III.

De

Gentilismo.

Quàm late hoc adhuc seculo Gentilismus fuerit grassatus, hinc luculentissime patet, quod, licet plurimarum non tantùm [a] Nationum, & Regionum, sed & certorum [b] Individuorum vel conversione vel confirmatione, magna & deploranda seculi huius [c] infelicitas mitigata fuerit; multis ta-

men [d] Gentilium importunitatib irruptionibus, seditionibus, persec tionibus, Satanas inveteratum sui contra Christum & Christianos odiu strictis mucronibus, structisque rog expleverit.

[d] Primo loco ponimus 1. *Danos*, avitæ re gionis tenacissimos, superstitionique gentili pra fidem addictos, ut videre licet apud *Ola VVorm.* in monum Danicis. Lib. 1. cap. 4. Diis & Idolis veterum Danorum ita loqui *Saxonem nostrū de præcipuis audiamus disse tem, ac quibus artibus ac machinis mortales apud septentrionales divinitatis gloriam assecuti disertis exponentem:* Olim, *inqu* quidam magicæ artis imbuti *Thor* videlicet *Othinus*, aliique complures miranda præstig rum machinatione callentes, obtentis simp cium animis, divinitatis sibi fastigium arrog ceperunt. Quippe Norwegiam, Sueciam, Daniam vanissimæ credulitatis laqueis circu ventas ad cultus sibi pendendi studium con tantes, præcipuo ludificationis suæ contagio sperserunt. Adeò namque fallaciæ eor effectus percrebuit, ut in ipsis cæteri qu dam numinum potentiam venerantes, eosc Deos vel Deorum complices autumantes, nefic

neficiorum solennia vota dependerent & errori sacrilego, respectum sacris debitum exhiberent. *His duobus numinibus, tertium adiecerunt, quod à quibusdam* Fricco, *vel* Frigo; *ab aliis* Frigga, Frea, *vel* Freja *vocatur; qui* Othini *uxorem scortationibus & furtis celebrem fuisse volunt. Ab hac,* scribit idem, *dies Veneris* Fredag *vel* Fridag *nostratibus indigitatur; sicut dies Iovis in locis iisdem Septentrionalibus* Thor-dag *nuncupari consuevit; & dies Martis* Thys-dag / *vel* Dinstag / *à* Disa *vel* Thisa, Toronis *uxore, quæ quòd iustitiæ peculiariter favere credebatur, non minus locum inter Deas promeruisse videbatur, quàm* Frigga Othini *coniunx.* Alii tamen aliter, *Vossius* præsertim, de orig. & progress. Idolol. l. 2. pag. 480. qui ab Heso Romanorum, variata vocali, Hidesdag / & contractè Hyßtag/præmisso verò D. vel T. Thyßdag deducit. Horum verò Idolorum omnium (quorum etiam rudera aliqua in Suecia haberi à Doctissimo Viro, Domino *Erico Odhelio*, Gottho, dum mecum habitaret, audivi) quæ figura fuerit, habes apud *VVorm.* pag. 15. 16. Fuisse etiam Danos τῇ ἀνθρωποθυσίᾳ deditos, habet idem cap. 5. *De Sacrificiis Danorum*, pag. 24. Etsi

verò,ut in prima parte Synopsis nostræ monuimus,Danorum non pauci ad frugem redierint, mentemque meliorem,id est,Christianam; plerique tamen ad hoc usque seculum, patriis legibus innutriti,constantissimè iisdem adhæserunt: usque dum deus *Suenottoni* Regi hanc indidit mentem, ut percepto regenerationis lavacro, regno restitutus, de subditorum regenerationis lavacro,regno restitutus,de subditorum promovenda salute, sedulam caperet cogitationem. *Popponis* ei,viri pietate, facundia,omnibusque Evangelico præcone dignis virtutibus instructi, cœlitus quasi subministrata est opera. Hic namque, cùm diu multumque in eo verbis frustrà desudâsset,ut animis incolarum de Deo vero Religionem suam instillaret, tandem majorem dictis fidem ut conciliaret, in magno procerum conventu,ignito ferro manum inseruit, ac sine læsione,non sine maxima adstantium admiratione,aliquandiu gestavit. Quo non solùm voti compos factus est; sed etiam decretum, ut *abrogato duello,rei igniti ferri gestatione posthac se purgarent*. Hoc factum memoratur à quibusdam circa annum à nato Salvatore *Millesimum*. Sed à *Suenottone* circa an. Chr. 986. abrogatam fuisse causarum difficiliorum, per duellum,decisionem,introductam contrà per ferri igniti gestationem se purgandi modum, memorat Regum Daniæ *Historia*, rhythmis vernaculis con-

concepta; *Worm.* l.1.c.11. de *Ordalio*, id est, controversiarum per ferrum ignitum examine. *Rudimentum Novitiorum* dictus liber, Anno 1475. Lubecæ editus per M. Lucam Brandis de Schass, *Popponem* hunc Papæ Cappellanum vocat, & de toto negotio in hunc modum disserit: *Hoc anno convertitur Dacia à Poppone Cappellano Papa. Qui cum fidem Christi prædicaret, dixit ei Rex Daciæ, nomine Alradus, quòd fidem prædictam probaret testimonio veritatis. At ille iubente Rege portavit ignitissimum ferrum ingentis ponderis, manibus nudis ad placitum omnium ubicunque vellet, sine ulla læsione. Quo viso Rex cum multis Baptisatus est, & Poppo ad Episcopatum est provectus. Iste Alradus factus fuit* Rex *Daciæ in numero Regum* 90. *anno Domini* 950. *hoc est anno Imperii* 15. *Quem hic vocat* Al*radum*, subjicit Wormius; *Haraldus fuit, Klack dictus, Suenonis pater, qui* Reforma*tionis negotium aggressus quidem est; sed ad optatum finem, aliis impeditus, perducere haud potuit.* Vixit autem an. Ch. 827. unde lib. 5. p. 429. Veri Dei cultus stricturas primulum sub Rege Haraldo *Blatand* circa an. Chr. 948. efficaciter sensimus. *Baronius* ex Adamo, vetere Chronographo, ponit annum 949. Alibi ta-

 men,

men,lib.5.pag. 333. antiquissimum Wormius o stendit ἐπιτάφιον,cui inter'alia hæc insculpta le guntur Verba : *Haraldus Imperator recupe ravit Daniam totam, & Norvvegiam & ea rum incolas ad fidem Christianam convertit* Atq; de hoc etiam loquitur *Helmoldus* Ch.Slalv.c 15. *Haroldus primum quidem gentilis, dein de magni Patris Vnni doctrinâ ad fidem Christi conversus, tanta se erga Dominum de votione exercuit, ut non surrexerit similis ei inter omnes Reges Danorum, qui tantam Aquilonis latitudinem ad fidem divinæ cogni tionis traxerit, & omnem terram Ecclesiis & Sacerdotibus fecerit esse insignem.* Vide e tiam *Baron.* anno Ch. 980. S. 11. ubi Haraldi martyrium describitur. Ut ergò hæc ἐναντιο φάνεια tollatur, notandum (ejusdem *VVormii* u timur verbis, pag.526) *quòd licet in primitiva Ecclesia Reges tam vani, quàm Norvvegi sub ditis suis ad Christianam religionem conver tendis operam dederint sedulam, obtinere ta men longo temporis tractu id non potuerunt. Sed Christianis diu permisti fuerunt pertina ciores Ethnici, ut ex Historia S. Olai & Re gum insequentium in Norvvegia patet. In Dania licet felici successu sub Rege* Harald

Klack

Klack circa annū Ch.827. plantata sit Christiana Religio,*permisti tamen Christianis manserunt Ethnici ad Imperium* Haraldi *Blatand,ultra annos ut vult* Alstedius *in Chronologia conversionis populorum.* Quin imò sunt,qui hanc periodum ad Canutum Magnum Daniæ & Angliæ Regem extendant, ut ferè annis 180. confusè hic vixerint Christiani cum Ethnicis. Unde & *author Fascic. temp.* p. 69. b. *Dani Idololatriam postponunt. Vsque ad hæc enim tempora Christum colendo etiam Idolis sacrificabant,* (Dani enim antiquitus erant Christiani, sed nihilo minus Idolis ritu Gentili servientes; *VVittichind.* apud *Baron.* an. Ch.949. S.4.) *dicentes: quod Dii essent antiquiores & potentiores eo.* Et *Sethus Calvis.* anno Ch. 930. *Henricus Imperator in Daniam movet, & VVormium Regem sibi tributarium facit, impetrat etiam commeatum Episcopi Hamburgensis* Hunni,*ut apud Danos, & Normannos, &* Suecos *Christianam religionem, cuius cultus post* Ansgarium *derelictus erat, instaurare t. Inde Obetritos Vandalos etiam religionem Christianam profiteri cogit.* Idem Ottoni Regi tribuit *Baron.* ex Adamo, an. Ch. 949. ubi victoria potito, Haraldus, cum uxore *Gunild*, & filio parvulo, qui etiam ab *Ottone* susceptus

Sue-

Suenotto vocabatur, baptismum spopondit. Subjicit deinde (quod & apud *Genebr.* reperias libr.4.p.559.) ex *VVittichindo* miraculū, quod demum Suenottonis tempore accidisse, modò ex *VVormio* audivimus. De statu Normanorum in Galliis, qui baptizati gentiliter vixerunt, vide *Bar.*an.Ch.905.

2. An.Chr. 924. *Rutheni* fidem Christianam Græcorum ritu susceperunt sub Olha Ducissa, & Volodimiro; filio ejus, Russiæ Monarcha, in qua etiam constanter perseverant; *Buchholz.*

3. *Ioachimus Curæus* in annalib. Silesiæ: *Silesia doctrinam Christi recepit, sub annum Servatoris* 965.

4. *Mieslaus*, Polonorum Princeps primus Christianus Gnesnæ Christianismo per Baptismum una cum sua gente initiatus est: 7. Martii, qui fuit 4. Dominica Quadragesimæ (vulgò appellatur *Lætare Ierusalem*) ex mandato Regis, Idola & simulachra Ethnicorum numinum confracta ubique, & ex templis ejecta sunt: & quot annis deinde memoria hujus emendationis publico ritu celebrata est. Unde hujus moris adhuc manent vestigia, in Silesia & vicinis locis, ubi illa Dominica solent ornari statuæ Ethnico more, quæ deinde cum certis imprecationibus deturbantur in paludem, vel in cœnum. Consule *Mechovium, Cromerū, Fulstinium, Curæum,*

script.Polon.*Geneb*.an.Ch.964.qui etiam annotat, esse supputationem temporum apud Polonos, ante hunc annum, incertissimam, *Baron*.an. Ch.995.S.6.

5. A.Ch.969.*Hungari*, cùm Mieslaus (alibi *Miezulaus*) Poloniæ dux quinto sui regni anno sororem suam *Geisam* Hungarorum Regi uxorem dedisset, Religionem Christianam recipere incipiunt. *Hist Polon*. Aliter *Avent* annal.l.5.p. 501. *Ad D. Pilgrinum* Geizo, *Rex Vgrorum motus sanctitate viri, licet Christianus nondum esset, legatos mittit, atque ut Vgrorum regionem adeat, ibi Philosopiam Christianam interpretetur, orat: se cuivis cultum Christi recipiendi potestatem facere pollicetur. Pilgrinus igitur assumto secum Dn. VVolfgango, viro eiusdem ævi doctissimo, ad Vgros profectus, quinque millia eorum sacro fonte lustravit. Captivi Christiani, quorum maxima pars erat, qui eo undique terrarum abacti fuerant, publicè, nemine prohibente; certatim sobolem ad lustricam aquam deferunt: templa extruunt, id quod antea nequaquam licuerat. Nec animi ferocissimæ gentis; finitimaque Venedorũ nationes à Christana pace iam abhorrebant.* Plenior Evangelii promulgatio refertur ad an. Chr. 984. *Regnum Hungariæ*, scribit *Genebr*. ex Ritio,

Ritio, Ænea Sylvio, & aliis; *initium tunc primum accepit à* Sancto Stephano Geisłæ *filio, qui postquam ab Imperio defecisset, à* S *Martyre* Adelberto Pragensi *Episcopo, factus est Christianus: & studio Gizlæ uxoris, cum tota sua gente*, Hungarica & Transsylvana, *quæ hactenus* Idololatriæ fuerat dedita *baptizatus fuit: statuis* Martis & Herculis *ubique dejectis*. Vide etiam *Plat.* Don.11.*Fascisc.temp.*

6. *Otto* primus Paganos, *Saxoniam* incolentes, ad Christi fidem perduxit. *Martin.* in Chron.

7. In *Zelandia* & *Scandia* Othnicarus Albus, sacerdos, doctrinam Christi propagavit.

8. Denique *Ottonis I.* tempore *Nortvegi, Livones, Escones, Curoni, Luxates* conversi sunt: Ecclesiæ verò *Sclavorum, Vuagrorum, Obotritorum*, sive *Kycinorum* maximopere auctæ sunt *Helmold*.c.12.

[*b*] Cujusmodi sunt *a.* Dux Ungrorum *Bologudes*, & partis cujusdam Princeps *Gylas*, Imperatorem (Constantinum Leonis filium) convenerunt, amboque sacro sancto regenerationis lavacro initiati, & arcanis, nostræ religionis imbuti ac patricia dignitate ornati onustique in suas sedes, redierunt, adducto Pontifice (cui Hierotheo nomen fuit, *Volat.*) per quem multi ad Dei cogni-

cognitionem, pervenerunt. Ac *Gylas* quidem in fide permansit, pacemque servavit. Alter fœdere, quod cum DEO icerat, rupto, arma Romanis intulit, idemque contra Francos facere aggressus, captus est & in crucem actus *Zonar.* t. 3. p. 156.

b. Sigismundus Liberus in Moscovia, Christianam fidem simul cum baptismate suscipit. *Munst.* in Cosmog.

c. Norvvegiæ Reges Christianam Religionem amplectuntur *Volcquardo* ibi verbum Dei propagante, & Henrico Imperatore annitente, *Crantz.* in Metrop.

d. Nuba, Danorum seu Normannorum Rex ab Henrico Imperatore superatus, cogitur cum suis baptismum suscipere, & *Bosbo* ipsis Christum adnunciat. *Luitp.*

e. An. 931. Henricus Imperator Regem *Abroditarum* (al. Abotritorum) Christianum facit, *Sigeb.*

f. Helena, Ragorum (Thuscorum habent Chronica *Trithemij*) regina, legatos ad *Othonem* imperatorem mittit; ut Episcopos & Presbyteros assequatur, ad Christi doctrinam in sua gente prædicandam, an. Ch. 959. & *Adelbertum*, qui postea Magdeburgensis Episcopus factus est, recipit.

g. Vlodomirus sive *Vuladimirus* Russiæ dux, ducta Anna sorore Imperatorum Constantinopolitano-

litanorum: Conſtantini ſcilicet & Baſilii, Chriſti fidem ſuſcepit. *Peruni*, id eſt, fulminis ſimulachrum argenteo capite, auribus aureis, quod Kioviæ colebatur, in Boryſthenem, urbem illam alluentem, projecit, filios 12. procreavit. multa templa extruxit, & ſplendore Græco ornavit, *Elmac.* Hiſt. Sara. p. 251. *Matth. Mech.*

b. *Rollo*, Normanorum Dux, an. Ch. 912. ſacro baptiſmate initiatus ſcribitur: vide *Baron.* ad eum annum, S. 23.

[*c*] Id quod facile largiri poſſumus *Genebrardo*, Chron. l. 4. p. 546; *Mihi*, inquit; *eſt felix converſionibus ſcil. Gentium, præcipuè Septentrionalium; Moſcovitarum; Suecorum; Polonorum, Sclavorum; Hungarorum; &c.* Sunt tamen hæc cum grano ſalis ſumenda: Nam, quòd *Baron.* an. Ch. 997. S. 5. ità nobis inſultat *Huc provoco Novatores, ut diſcant (ſi qua tamen ſcintilla innati omnibus cognoſcendæ veritatis luminis in eis reliqua eſt) quales ſint veri Apoſtolici viri; & à quo Apoſtolatum ad Gentes accipere conſueverint, ut legitimi vocarentur & non adulterini Chriſti Dei Miniſtri: ut veri Apoſtolatus intuentes ſigna; quæ vel ante præceſſerunt: vel quæ comitata ſunt eos, & quæ ſunt poſtea ſubſecuta in ſe ipſos miſeri convertentes oculos; ſtigmata ſibi inuſta arte* Diabo-

Diaboli superbiæ charactere Apostasiam, non Apostolatum significantia, videant & expaveant; quòd inquā, *Bar.* tam iniquè nobis occasione Bonifacii, Ottonis Imp. cognati, Romæ in Archiepiscopum designati, & deinde ad Prussos annutictum Evangelium properantis, insultat, eadem responsione repelli debet, qua supra, Sec. VII. p. 421. *Campiano* Iesuitæ satisfactum est. Cui hoc unum adde, quòd, sine dubio, tot hoc seculo vel ad Gentilismum redierint, vel catervatim deinceps à sede Romana secessorem auditione tenuerant; tyrannnin postea fuerunt experti.

[*d*] Alii enim *A.* Evangelio acriter restiterunt, ut 1. *Pruteni*, qui præconem suum *Adelbertum* Episcopum trucidarunt. *Schaff. Cram. Historia Persec. Eccles. Bohemi*: unde *Hist. Eccles. Bohem. Persecut.* p. 3. *Primus omnium* Borivojus *ab infidelium scelerata factione in exilium actus est, surrogato illi Stoymiro; qui per annos tredecim in Bavaria exulaverat.* At *ubi hunc quoque Christianum esse agnoverunt, remiserunt in exilium.* Borivojus *itaque revocatus Principatum filio* Spitigneo, *Ethnicis faventiori; resignare coactus. A cuius morte* Wratislao, *minori natu* Borivoii *filio*, Brahomira *illustris genere & forma, sed Ethnica puella in uxorem datur: blanda primum*

marito, & Christianis proceribus, spondensque omnino à Catechismo se ad Baptismum venturam. Sed utrosque *tamen, Catechistas & sponsores, mulier impia audacter fefellit: quin imò longè se immaniorem in Christianos, quam Iesabel in Prophetas exhibuit. Vivente quidem pio marito, male conceptum in Christianos odium vaferrime dissimulavit: sed funerato eo, cum filiolus natu maior* Wenceslaus à Ludomilia *avia educandus susciperetur, illa minorem* Boleslaum *sibi instituendum deposcens, regimen ad se rapuit, & mox publicato edicto, templa Christianis occludi, cultuque & sacris abstinere iussit: ac ne sacerdotes populum docere, ne Ludimagistri iuventutem instituere pergerent, prohibuit. Secus facientibus carcer, exilium, mors denuntiata: Pragæ Magistratus immutati, & pro Christianis Idololatræ crudelissimi substituti: quorum instinctu clàm, palàm, ac semper impunè, fidei cultores indignè tractabantur, occidebanturque;* Si *quis autem Christianorum sese defendendo illorum aliquem interfecisset, pro uno in decem capita animadvertebatur, Sed ne hac quidem pœna inexplebilis* Drahomiræ *feritas satiari potuit pellendi delendique, quàm primùm, omnes Christianos.*

stianos. Accito igitur sævissimo cive, quem Pragensibus prætoris nomine præfecerat, Balhoio, *execrabile illi desiderium animi sui indicat, illudque ab ipso expleri, dolo aut vi, impense orat pretium operæ bene navatæ amplum promittens.* R*ecipit ille in se facinus, coniurato rum amplius sexcentos domi suæ armat, cum illis ad designatorum cædi ædes properat, has expugnare aggreditur.* A*t quia res utcunque Christianis innotuerat, convenerant illi quoque ad defendendam suam suorumque vitam, quadringenti circiter: pugnatumque est ita, ut penes Christianos esset victoria, desideratis utrinque (quorum sanguine plateæ vici, forumque fœdata) circiter* 800. Vide etiam seq. præsertim p.12. ubi supplicium est *VVoyticbÿ*, aliâs *Adalberti* secundi Pragensium Episcopi, qui Prussia propè Fischhausium ab infidelibus spiculis confoditur, & capite truncatur. Plura etiam de Sclavorum difficultate, fera & agresti vita recensentur apud *Calvis.* an. Ch. 967. 968. 995. 3. Normanni, sive Dani, quorum Rex *Suen* magnam in Christianos persecutionem excitavit; ut fusè ex *Adamo* scribit *Baron.* an. Chr. 980. S. 12 13. Saxoniam cumprimis vexârunt *Dani*, *Slavi*, *Bohemi*, &c. *Id.* anno Chr. 915. S. 5. Sic *Mistavus* Vandalorum Rex atrocem in Christanos sævitiam exercet: in extrema tamen senecta animum

ad religionem adjecit Vide etiam *Calvis.* an. Ch.934.Huc pertinent invasiones *Hungarorum*, qui anno adhuc 940. totam ferè Europam vastant,ab Otthone tandem maxima clade affecti: vide *Onuph.*Steph.8.*Avent.*annal. 476. 481. 482. 498. *Abb.Ursp.* p.201.

B. Alii ad Gentilismum redire suis suadent. Id quod *Normanni* præ cæteris studio habuerunt: *Termodus* quidem Normanus, cui *Setricus* Rex(qui è Dania à patre pulsus,in Neustriam paulò ante advenerat) opitulabatur,Normannos à Christo ad Paganismum redire; & in Francum Regem res novas moliri suasit.

SECTIO IV.

De

Iudaismo.

Ut perfectiorem habeamus Historiæ Judaicæ Ideam; dicemus I. De misero Judaismi statu in *genere*. Etsi enim iam diu satis impia gens χειστοκτονίας καὶ κυριοκτονίας lueritpœnas, contemta ubique & vexata, hoc tamen seculo cumprimis male secum actum fuisse, ipsa queritur. Unde Judæorũ Historici fatentur, munera

nera Eccleſiaſtica & Scholaſtica [a] vel indignis fuiſſe collata, vel venditioni [b] expoſita; ſimultates inter Doctores [c] periculoſiſſimas exortas: Studia etiam, Soranâ [d] Academiâ eiecta, in alias mundi oras migrâſſe. II. In *ſpecie*, ordinem ſuciiciemus [e] Geonæorum, cæterorumque ſeculi huius Doctorum celeberrimorum. III. Agemus de [f] dignitate, officio, modo docendi, reditibus Rectorum Soranorum & Pumbedithanorum, IV. De [g] Æchmalotarchis, eorum electione, pompa, [h] annuis proventibus, honore, [i] filiis etiam, peregre abeuntibus, deferendo. V. De edibus [k] & collocationibus ſtudioſorum. VI. De Apoſtaſia [l] cuiuſdam ad Muſelmannos. VII. De animo eorum in [m] Chriſtianos, [n] Muhammedanos, &c. & [o] viciſſim. VIII. Unicum tandem adiiciemus exemplum perfidiæ [p] Judaicæ in cuſtodiendo depoſita patratæ.

[a] *Zem Dav*. P.1.p.51.b. Anno 677. mortuus eſt Raf Iakob, fil. Raf Netrunæi *Rectoris Sorani, cuius ſupra meminimus, nec fuit ibi homo*

dignus χειροθεσία: *unde* David, *fil.* Zachai αἰχμαλωτάρχης *elegit Textorem, nomine* Jom-tobh, *eumque Rectorem constituit qui munere functus fuit* 10. *an.* Idem habet *author* lib. *Iuchas.* p. 119. a.

[*b*] R. *Gedal. Schalsch.* pag. 37. an. Raf Aharon *fuit mercator, dives admodum: Adeptus autem est Rectoratum propter divitias suas, etsi fuerit indignus.* Vide etiam *Iuchas.* p. 119. b. *Zemach Dav.* P. 1. p. 52. a.

[*c*] 1. Inter *Raf Mecascher*, Rectorem Pumbedithanum, & *Davidem*, fil *Zachai* Æchmalotarcham, quæ dissimultates post quintum demum annum fuerunt sopitæ, *Zem. Dav.* P. 51. b. qua de re prolixius agi-ur in *Iuchas.* p. 121. a.

2. Inter *Cohen Zedek* & *Davidem*, fil. Zachai. Vide inf. l. [*g*].

3. Inter *Raf Saadiam*, & *Aechmalotarcham*, teste *Zem. Dav.* loc. cit. Raf Saadias *Excellens, constitutus est* Rector *Soranus, tempore* Raf Cohen Zedek an. 687. *cum iam textor memoratus decem præfuisset annos: Posteaquam autem vidisset* David fil. Zachai, *Aechmalotarcha, Soranæ Academiæ interitum & abolitionem, misit in Aegyptum, ut evocaret inde* Raf Saadiam, *qui etiam* Rectoratu *Sorano functus est ab a.* 687. *per biennium. Postea magna & acerba gliscere cœpit contentio inter*

Davidem fil. Zachai, *Aechmalotarcham*, *&* Raf Saadiam. David *autem*, Zachai filius *fuit propinquus regno. A diebus enim imperii Ismaëlitici non tenebant* (idem testatur R. *Gedal.* p. 38. a) *Aechmalotarchæ principatum sicut decebat, & conveniens erat, sed pretio illum acquirebant à* Regibus *instar telonariorum. Adiunxitque* David, *fil.* Zachai, *Principem* Raf Ioseph, *tenerum annis, doctrinaque exiguum, ipsi* Raf Saadiæ, *qui Principatum gessit, per an.* 14. *Et quæsivit* David. *fil.* Zachai R. Saadiam *ad necem* : *ille vero fugâ elapsus abscondit se per an.* 7. *ubi interim libros suos composuit. Postea reconciliati sunt, & mortuus est* R. Saadia *post* Davidem. fil. Zachai. R. *Gedal.* in *Schals.* p. 38. nomina operum ejus exprimit: inter cætera *versionis Arabicæ* meminit in *Pentateuchū*, de qua egimus *Thes. Phil.* p. 269. & *Sepher Aemunoth*, *articulorum fidei*; qui decem absolutus sermonibus, nuper demum per novam editionem, familiarior redditus est. *Primo* sermone certis argumentis probat mundū, & quæ in eo sunt, nova, i. e. *creata* esse: ubi nō tantū multa Scripturæ loca explicat; sed &, quæ de creatione, reb. creatis, & Providentia dici possunt, suo more, adducit. *Secundo* sermone, quo unicū esse omniū rerū creatorem, evincere conatur; virulentū stringit calamum contra S. S. Trinitatem: ubi non tan-

tùm quatuor Christianorum de Messia, diversas proponit sententias; sed etiam omnia propemodum V. T. loca de Deitate Filii aut Spiritus S. agentia, rabidè allatrat. Tandem de attributis Dei, & ἀνθρωποπαθείαις disserit. *Tertia* oratione pertractat materiam de præceptis & monitis; ubi de Prophetis, Prophetia, legis æternitate, specialibus quibusdam Levitarum statuis, de vacca rufa, Azazael, circumcisione, cur illa hominem perficiat, *Schecinah*, seu σκηνώσει Dei cum hominibus &c. *Quarta* agit de cultu & rebellione, ubi multa de fine creationis hominis; providentia & gubernatione eorum, quæ fiunt contra Dei voluntatem; libero arbitrio, de quo ἀνασκευαστικῶς loquitur & κατασκευαστικῶς; Nebucadnezare & Senacheribo; quo sensu gladius Dei dicantur & virga ejus; quo modo Deus cor Pharaonis induraverit, cor populi pingue fecerit &c. *Quintâ* oratione disserit de operibus justitiæ & peccatis: ubi inter alia commemorat, decem inter homines esse gradus, tum bonorum, tum malorum operum respectu: quinam vel pii, vel impiii sint dicendi: uno peccato reliqua bona opera non reddi irrita: quid sentiendum sit de παιδείαις piorum in hoc seculo: Septem genera esse peccatorum, quibus homo, si constrictus fuerit, preces Deo gratas fundere non possit: de turpitudine calumniarum. Quatuor esse peccata, quæ non possint non in hoc seculo puniri: Tria opera justitiæ semper in hoc ævo

ævo tantum manere retributionem: Reſipiſcentiã quinq; habere gradus: Et peccato & pietati multũ accedere ex ipſo ſubjecto, in majori vel minori ὑπεροχῇ conſtituto: an homo absque ulla peccati labe vivere poſſit? Reſipiſcentiam à quatuor rebus dependere: quàm graviter delinquat, qui ad idem peccatum redit, gratiæ & miſericordiæ divinæ innixus. *Septimus* ſermo explicat animæ ſubſtantiam, & mortem; ubi multa de anima, variis de eadem ſententiis, ſede , & proprietatibus ejus: de retributione , animæ non minùs, quàm corpori deſtinata; de termino vitæ fatali; de Angelo mortis, homini vita mox functuro apparente, in forma ignis viridis: cur anima, tempore ſeparationis à corpore, non poſſit videri: de *Gilgul* ſeu revolutione corporum; cujus, præ cæteris meminit R. *Gedal.* in Schals. loc. cit. quod R. *Saadias fidem huius dogmatis valere iuſſerit.* Et ſanè hac fabula nihil confingi poſſet putidius. Tu enim credas, eſſe qui credunt, *eos, qui extra Canaan, in polluta gentium terra* (quo loco Iudæi Chriſtianorum territoria cẽſent) *moriuntur & ſepeliuntur, non reſurrecturos in die iudicii magni, niſi beneficio revolutionis, ut ſcil. per terræ penitiſſimos meatus revolvantur in terram Canaan?* Ibi enim; ajunt; tantùm reſurgent; Unde reperiuntur, qui hoc nomine ante mortem eò proficiſcuntur, ne poſt mortem hanc moleſtiam revolutio-

nis experiantur. Vide *Lex. Tal. Buxt.* p. 439. *Synag Iud.* p. 26. 27. Ipsa Rabbinorum testimonia suo, dante Deo, loco inserentur. *Septimus* fervidè occupatus est in demonstratione resurrectionis mortuorum, ex natura, sensu, Scriptura & Kabbala: respondet etiam ad omnia illa & Scripturæ & Rabbinorum dicta, quæ Resurrectionem impugnare videntur, tandemque ad decem respondet quæstiones materiam præsentem illustrantes. *Octava* oratio copiosè admodum pertractat articulum de ultima redemtione. Atqui hic operosus admodùm est, ut evincat, multas esse rationes, quæ ejusmodi redemtionem demonstrent; posuisse Deum Genti Judaicæ exilii geminum tempus, pœnitentiæ & finis: Tempore instantis futuræ per Messiam redemtionis obventuras esse Iudæis calamitates & afflictiones adeò graves, ut tanto onere pressi eam Deo probaturi sint pietatem, & pœnitentiæ sinceritatem, qua dignos se reddant redemtione. Ibidem fabulam narrat de Messia, *ben Ephraim* & *Armillo*: de bellis Gog & Magog, victore item Messia, *fil. Davidis*. Claudit tandem caput explicatione locorum Scripturæ, Danielis præsertim de LXX. septimanis, quæ de Messiæ adventu agunt, eademque, contra Christianorum explicationem, vindicare studet. *Nono* pergit ad retributionem & pœnam. Hic iterum prolixus est in ἀποδείξει necessitatis futuri seculi.

Excu-

Excutit deinde quæſtionem, *cur retributionis in altero ſeculo tam rara in lege fiat mentio?* Fusè porrò tum ex ſacris literis, tum ex Rabbinorum ſcriptis tradit, retributionem futuri ſeculi firmis utrobique rationibus niti. Accedit deinde ad deſcriptionem pœnæ & mercedis; Paradiſi & Gehennæ; ſeptem autem ponit gradus pœnæ & retributionis; æternitatem item utriuſque. Tandem, cùm decem quæſtiones de hac retributionis materia propoſuiſſet, locumque de cœlo novo & terra nova explicuiſſet, de ſupplicio Excidii quod *Cereth* illi appellant, nonnulla ſubjicit, iis item, qui caſtigationibus divinis, quas παιδείας nuncupant, probantur. *Vltimo* denique *ſermone* leges quaſdam morales præſcribit, quibus homo, quamdiu vivit, operam dare debeat. Probat cumprimis ex *Solomone*, omnia ea, quæ in ſui amorem pellicere nos poſſent, eſſe vana. Pergit deinde ad vitam ſolitariam Monachorum & Eremitarum, quam improbat. Eos etiam refellit, qui ſummum felicitatis ſuæ faſtigium collocant in cibo & potu. Incommoda item, quæ ex inſano amore, immoderato Veneris uſu promanant; perſtringit. Neque verò eos rectè ſentire docet, qui ſummam votorum ſuorum defixam habeant in divitiis. Et quamvis liberi benedictione divina concedantur, eorum tamen educationem ſumma cum mole-

moleſtia eſſe conjunctam. Totam hanc vitam ærumnoſam, adeò ut quo quis filium ejus longius protraxerit, eò etiam pluribus mactetur moleſtiis & difficultatibus, Sed & damna enarrat atque curam, quam qui aliis imperant, inviti ſuſtinere debent, ut vel propterea homini dignitates ejuſmodi ſint vitandæ. Vindictæ inſuper ſtudium, otium, tanquam matrem omnis mali, diſſuadet. Legis tandem & ſapientiæ ſtudium ita commendat, ut tamen corporis, rei familiaris, & debiti conjugalis cura non ſit abjicienda.

[d] R. *Abraham in lib. Iuchas.* pag. 119. b. tradit, quòd poſt Raf Ioſeph, R. Saadiæ, in Rectoratu Sorano, collegam, *ceſſaverit Academia Sorana, & quod deinceps per annos* 100. *Geonæi præfuerint Pumbeditha.* Sed jam *Saadiæ* & *Ioſephi* tempora ad interitum vergere cœpiſſe totam illam pompam & ſplendorē Academiæ *Soranæ*, quæ circiter ducenteſimum poſt Chriſtum natum annum inſtituta fuit, ipſe quoque *Abraham Zacutus* in Juchas. pag 119. an. tradit: R*af Zadoko*, inquit, *Gaonæo ſucceſſit Mar Raf Zamach, fil.* Mar *Chaiim, frater* Mar *Raf Nacſchon* (ὁμογάςειος nempe *Schalſch.* pag. 37. an.) *Geonæus*, R*ector Soranus per annos* 7. *Eum ſecutus eſt* Mar R*af* Malco, *unum tantum menſem: Et ſolutus eſt* (uſitatiſſima hæc apud Rabbi-

Rabbinos phrasis pro *mori* sumitur, cujusmodi etiam occurrit Phil.1.v.23.) *in hortum Eden, aliique cum eò seniores Academiæ Soranæ spatio trium mensium mortui occubuerunt. Surrogatus autem postea fuit* Raf *Aii Geonæus, filius Mar* Raf *Nachschon Rector* 7. *an. Ei successit Mar* Raf *Hilæus, fil. Mar Netrunai, Geonæus* 8. *an. Post eum Raf Schallum, fil.* Raf *Misael* 7. *an. Post hunc verò diminuta est fama bona* (prop. sermo bonus) *Academiæ Soranæ; neque ulli ibi relicti sunt sapientes: Eidem tamen suffecerunt Mar Raf Iacob, filium Raf Netrunai* 13. *an. Eo mortuo nullus planè superfuit* χειροθεσίας *dignus: ordinavit tamen David Princeps* (Æchmalotarcha) Mar Raf *Iomtobh, sacerdotem, filium Mar Raf Iakob, etsi fuerit textor, postquam nulli planè ibi essent* Rabbini; *regnavitque an.* 10. *Dehinc deliberatum fuit inter* Rabbinos, *vellent ne AcademiamSoranam abolere, & si qui superessent sapientes, Pumbeditham transferre, tandem verò convenit inter illos de* χειροθεσίᾳ Mar Raf *Nathan*, &c. atque sic consilium de tollenda & abroganda Academia Sorana ad tempus adhuc breve fuit impeditum. Utque labanti Academiæ succurrerent, cogitârunt de Viro erudito, peregrino licèt, evocando,

qui

qui amissam Soræ authoritatem redderet. Cùmque eruditionis nomine in Ægypto tum R. *Saadias* claruisset, ei etsi, ut loquitur R. *Abraham. non fuerit de filiis* R*abbinorũ urbis Mechasiæ*, sparta hæc fuit demandata. Quàm verò infeliciter, hæc iis electio cesserit, & quàm brevi pòst tempore Sora Geonæorum domicilium esse cessàrit, modò audivimus. Vide etiam *Iuchas*.p. 121.a.

[e] Primus est *Raf Abba*, bar Raf Ammi, Rector Pumbedithanus per biennium. *Zem. II. Raf Zemach*, fil. Raf Paltui, Pumbedithanus Rector; *Soranus* verò *Raf Zemach*, fil. Raf Chajim; *Zemach* D. P. I. pag. 51. b. Iuchas. pag. 119. Ejusdem meminit R. *Gedal.* pag. 37. anno occasione *Eldad Danitæ* (cujus liber de X. tribubus & fluvio Sabbation circumferri solet) quasi difficilimarum quæstionum, earum præsertim, quæ in *exploratione* & *mactatione* moveri solent, solutionem filii Kirvan, Barbari-genæ ab eodem petiissent: subjecit deinde, multa habere X. illas tribus instituta, *modò fidem mereatur* (hanc enim cautelam ipse addit R. *Gedal.*) quæ fabulæ illi de αὐτονομίᾳ Iudæorum ad fluvium Sabbation patrocinantur. Pauca quædam afferemus, in fabulæ opprobrium, & Iudaicæ gentis contemptum. Hinc enim colligimus eos, dum Superos nequeant, flectere conari Acheronta: dum amissi sceptri in locis cognitis nulla ostendere

dere poſſunt rudera, ad Indos nos rejiciant & Garamantas. Fuit Mar Zemach difficilis propoſita quæſtio, *quid ſentiret de Danitis ad fluvium Sabbation* commorantibus? *Eldadum* nugas ſuas apud deſperatos fidei ſocios ſpecioſè ſatis vendidiſſe. Tradi vulgò, Iſraëlitas, tempore primæ migrationis Babylonicæ peritiâ Muſicæ, Inſtrumentalis cumprimis polluiſſe. Cumque reliquis palmam præripuiſſent nepotes Moſis, unicè Chaldæos in votis habuiſſe, ut aures fidium pulſu demulcerentur. Iſraëlitas autem in opprobrium hoc gentis ſuæ & ſacrorum poſtulari videntes, digitos, quibus domi ſuæ, officii ratione, ludere ſolebant, mordicus abſtuliſſe, ne victoribus gratificari cogerentur. Miraculo zelum hunc protinus Deum probâſſe. Nube enim Iſraelitas cum beſtiis & tentoriis ſubductos Chavilamque noctu transportatos eſſe. Et ne fortè deinceps iiſdem hoſtium iannis & ludibriis exponendi eſſent, magna terræ concuſſione, campos prægrandi lapide & ſabulo torrentes evaſiſſe, quorum continua & rapida devolutione, magno cum fremore & mugitu conjuncta, reciprocus prohibeatur aditus. Agi autem torrentis ritu ſaxa iſta diebus tantùm profeſtis, Sabbatho quieſcere. Atq; hinc fluvio nomen *Sabbation* (quā fabulā refutat *Paulus Fag.* Deut. 31. Paraph. Chald. *Galat*: lib. 11. c. 9. Vide etiā 4. *Eſ*. 13, v. 40. & ibi notas *Iunij*, itē *Meor En*, 13) eſſe inditum. Ne polluerent

rent se immundis bestiis, toto illo tractu fingunt nullas reperiri: Eosdem, ait, incolas in lege oral acquiescere. Eo sponte migrâsse addunt Danitas, utpote quibus de primo templi excidio nihil constet cum queis deinde alii, Nephtalitæ, Gaditæ & Ascheritæ, variis à tribu Issachar lacessiti conviciis, quòd ancillarum tantùm essent posteri, coaluerunt. Hæc ex occasione agyrtæ illius, & vagabundi erronis *Eldad Danita*, celebri illi Magistro *Mar Zemach* à Barbaris examinanda fuit proposita quæstio, quam meritò dixeris ad eam deliramentorum classem pertinere, quæ risu potiùs, quàm responso excipi deberent. Sed audi Rabbini judicium. *Scitote*, inquit, *Kabbalâ* (traditione) *nos accepisse à* Magistro *nostro* Isaaco Excellente, *quòd anno quasi* 840. *viderint memoratum* Eldadum, *cujus illi dictis adstupuerint, quorum alia quidem verbis sapientum congrua sint, alia ab eis remota: Tenetote etiam, quod, cum Senacherib in captivitatem abduxisset Zabulon, & Nephthali, anno* 8. *Achazi* Regis *Iehuda, abierint illi in* Aethiopiam, *ibique sedem fixerint. Erat enim regio spatiosa, omni bono abundans, ibique proposuerunt sibi Deum colere. Id quod feliciter ipsis cessit, qui coronâ legis & præceptorum erant redimiti. Dicunt etiam sapientes: De-*

cies

cies exulârunt Israëlitæ, migrationis tamen tribus Dan nuspiam fit mentio, quoniam sua sponte in Aethiopiam concessit, ante devastationem annis 135. Sed fortassis Danitæ nobiscum demum migrare cœperunt. Cùm autem R. Eldad Danita refert, quòd quatuor suppliciorum jus, Domus judicii eorum retineat, & quòd secum habeant filios Mosis, quodque fluvius Sabbation eos circumdet, illi verisimile videtur quod occurrit in Midrasch, ubi habetur: Nebucadnezarem captivos abduxisse filios Mosis. Neque vero miremini varietatem, seu diversitatem, quam audivistis deprehendi in verbis eius (Ecce enim Sapientes Babylonii à Sapientibus Israëlitis in δαπεώτων explicatione dissident:) nam & discipulorum observatur diversitas, imo etiam lectionum Biblicarum, ut apparet ex deficientibus, redundantibus, apertis, clausis, Masora, distinctione versuum, quanto magis in Mischna hoc occurrat, quæ occlusa est & occulta? Hæc ex Schalsch. III. Saf Aji, fil. Davidis, Rector Pumbedithanus, quo munere functus fuit an. 7. cum dimidio. Σύγχρον@ ejus fuit Raf Hilai, Netrunæi filius, Rector Soranus, qui etiam Excellentis axiomate superbiebat, Zem. Dav. P. 1. p. 51. b. IV. Raf Kimui, fil. Raf Achai, Rector Pumbedithanus

 thanus

thanus per annos 9.& dimidium : Soranus verò *Raf Schallum*,fil.Raf Misaël, cui successit *Raf Iaakob*,fil.Raf Netrunæi per annos 13. V.*Raf Iehudah*,fil. Samuelis,avus Raf Scheritæ, Rector Pumbedithanus an. 11. VI.*David* fil. *Zachai* regio sangvine cretus,fuit Æchmalotarcha,*Zem*.Ib. VII.*Raf Mecascher* sacerdos, à Rabbinis Pumbedithanis electus est Rector Academiæ : At *David*, fil.*Zachai*,Princeps, seu Æchmalotarcha constituit *Raf Cohen Zedek*, qua occasione graves per annos 5. obortæ sunt contentiones, adeò ut *Raf Mecascher* Excellens cum collegis (erant autem selectiores & celebriores) suas à reliquis habuerint sedes, *Cohen Zedek* cum suis asseclis, eodem instituto, dissensum suum & dividiam probante, *Zem.Dav.* P.1. pag.51.b. *Iuchas*.119.b. VIII. *Raf Cohen Zedek*, Raf Mecaschero mortuo, solus Academiæ regimen tenuit per annos 10. IX. *Raf Saadia*,qui fuit de semine Rabbi *Chanina*, fil.*Dusa*, è filiis *Schela*, filii Iudæ : *Schalsch*. de quo supra. X. *Mar Raf Zemach*, Gaon, fil. *Mar Raf Caphnai*, Rector Pumbedithanus per annos duos & medium. XI. *Raf Chanina*, filius Iehuda, Gan, patræ R. Scherira, Pumbedithanæ Academiæ præfuit per annos 3. & medium, *Zem*. At in *Iuch*. ei tribuuntur 5. anni,& medius.

[*f*] Qua de re aliquid actum est seculo 8.p.571. Erit tamen,ut spero, operæ pretium, plenius hæc ex Hebræorum monumentis eruere : non

hæc

quòd hujus propriè loci & seculi sint; sed quia ipsi Iudæi, R. *Gedalias*, R. *Abraham* &c. ita præeunt, & de Academiis istis, interitui jam vicinis, agere solent. Sic ergò in *Schalsch.* Kabb. pag. 38. *Hi sunt gradus, quibus Sorana Academia Pumbedithanæ antecedit. Tempore* Raf; *quo finis fuit Tannaorum, & initium Amoræorum; nulla in Babylonia Iudæorum fuit Academia*, sed Nesijm, i.e. *Principes, è semine Davidis orti imperitabant. Post mortem vero* Raf, *Academiam in Babylonia instituerunt, exemplo Israelitarum*, Soranam *videlicet, cui* R. Huna *præfuit* 40. *annos & post illum* Raf Chasdai 10. *annos. Sub finem autem illius temporis excitavit* Rabbah, *bar* Nachmoni *Academiam* Pumbedithanam, *quæ deinceps suum etiam habuit Rectorem. Atque ita prior est Academia* Sorana *Pumbedithanâ. Huc accedit, quod nullum habuerit Academia* Pumbedithana Gaon, *seu* Excellentem, *nisi ad præstitutum Rectoris* Soranæ *Academiæ. Sunt qui dicunt, quod, cum duo illi Rectores Babylonii, Aechmalotarchã cõvenissent*, *Rector* Soranus *cũ discipulis suis legerint & sederint ad dextrã, Aechmalotarcha cũ* Pũbedithano *ad sinistram. Eadẽ ratio obtinuit in accubitu cõviviali. Soranus etiã primo*

 fran-

frangit: Pumbedithanus *vero usitata formula cibum consecrat. Idem valet in introitu & exitu, primas semper tenet* Soranus. *Sic, cum mutuis se compellant literis*; Pumbedithanus *Rector* Soranum *Gaon appellat*; *sed non vicissim. Ita si Aechmalotarcha legit in Pentateucho, id ipsum* Soranus *explicat*; *tacente interim* Pumbedithano. *Quod si mori contingat Aechmalotarcham*; *omnes eius facultates traduntur Rectori* Sorano, *& nihil prorsus cedit* Pumbedithano. *Omnium insuper redituum, qui ad Academias deferuntur, tres aufert partes Soranus, unâ duntaxat relictâ* Pumbedithano. *Postea vero, cum* Pumbedithæ *regnâsset* Cohen Zedek; *& Academicorum numerus crevisset, neque una redituum pars sufficeret, lites inter eos fuerunt exortæ, usque dum* (Principum seculi illius authoritate *Iuch.* pag. 120.b.) *decretum fuit, ut ex æquo illos partirentur. Atque hac consuetudo invaluit in omnibus rebus. Etiamsi* Pumbedithanus *Rector & annis & sapientia fuerit maior* Sorano, *semper tamen hic illi prævaluit. Spontaneæ vero totius anni oblationes deponebantur in manus fidi hominis, ut necessitati sumptuum studiosorum*

hinc

hinc inde ex omnibus locis, *menſe* Callah, Adar (Februario) *& Elul* (Auguſto) *confluentiũ inſervirent*. Menſe *quippe Adar Academiæ* Rector *diſcipulis à ſe diſcedentibus indicat*; *Hanc vel illam ex Talmude* Maſſichtam *legemus menſe Elul*: *Ita, menſe Elul abeuntibus à ſe ſtudioſis ait*: N. Maſſichtam explicabimus menſe Adar,&c. *Studioſi interim ſuo quique loco præſcriptam* Maſſichtam *diligenter inſpiciunt*. R. *Abraham*, in Iuchaſin ait; *Convenire* Studioſos *menſe* Callah,i.e. *Elul, tempore æſtivo*; *& Adar, tempore hyberno*; *unumquemque autem ſtudioſorum ſuo loco quinq; menſes impendere diligenti lectioni & examini Maſſichtæ, quam Rector illis, cum ab eo diſcederent, præſcripſit*. Erant ergò duo tantùm illi menſes publicis exercitiis & lectionibus deſtinati, reliqui privatâ induſtriâ tranſigebantur.

[g] De iis aliquid diximus præcedenti litera, quibus adde quæ habet R. *Abrah.* in Iuchas.p. 124. *Hæc ſunt Dominia* Rectoris Sorani, *Veſat, Parvaria, unde quot annis* 150. *accipit aureos*. *Baſra & Parvara annuatim pendunt* 300. *aureos*. *Eſt & alius Gamus*, *inter quem & Ophir, ſpatium eſt bidui*: *Ita & ipſum quoque Ophir, quod poteſtati ſubeſt* Soranæ, *ex*

omnibus sibi subiectis Dominiis singulis a Soræ suppeditat 1700.*aureos,exceptis & s taneis oblationibus.* Habent *etiam in bylonia sua Dominia versus Aquilo & Meridiem, Orientem & Occi tem, &c. Quoties vero* Academia *exilio, vel injuria temporis fuerit pressa, ras mittunt ad omnes cœtus Israel., iisque flictionem suam & calamitatem indic tunc singuli, pro ratione facultatum suar munera offerunt.Eadem ratio est Acad* pumbedithanæ *in omnibus Dominiis* Majores tamen semper fuisse divitias Sor rum,quàm Pumbedithanorum, modò dixi quando tres ubique redituum partes illi perunt hi unicam tantùm. Id ipsum tame mum ἐρισ͂, occasionem præbuisse Iudæ Superiores,controversiæ hujus decisionem ferendi, ne ipsi quidem inficiantur Magist *Abrah.*in Iuchas. pag. 120. b. ex R. *Nathan,* dore,fil.Isaa.qui Babylonius fuit, refert,*Vk* Æchmalotarcham Davidicum (ex Davidi, posteris fuisse ait) qui Babyloniis Iudæis p 40.præfuit,posteaque in Africam abiit,acri tatione causâ suam obtinere voluisse.*Fuit in diebus eius* Rector *Academiæ,*Mar Raf hen Zedek, Pumbedithanæ *vero* Raf Joseph, *per annos* 40. *usque*

lites inter eos fuerunt excitatæ propter Dominum Choraſanæ : *Initio enim ad* Pumbedithanum *illud ſpectabat Rectorem, cum omnibus pertinentiis & commodis ſuis* : *quæ* Raf Ukba *ad ſe transferre voluit, id quod* Raf Cohen, *Præco iuſtitiæ, impedivit. Iuvabant autem eum* Joſephus, fil. Pinchas, *& ſocer eius* Netira, *cum aliis quibuſdam ſeculi angulis* (proceribus) *uſq; dum expulerunt* Ukbam *Babyloniâ, qui exilii ſedem fixit Karmiſini, loco quinque dierum itinere diſſito, in Babylonia orientali. Quo tempore* Amram, *fil.* Schelomoh *Rector fuit Academiæ* Soranæ. *Sedit autem* Ukba *Karmiſini, uſque dum egreſſus Rex Babel ad deambulandum in Karmiſin (ubi loci, amæni ſunt aquarum decurſus, horti & paradiſi: unde etiam omnis crocus Babylonius prodit:) Extra hunc locum, dimidii milliaris ſpatio, eſt Schaphranum, ſplendido ædificio notum, quo ſi Rex venerit, ſpatiando ſe recreat. Ibidem domus eſt, altitudine duarum ſtaturarum vel contignationum. Duæ etiam ſunt ibi loci imagines, una* Regis, *pellicis eius altera* : *Subtus ſimilitudo habetur equi perforati, in quem aquæ ex monte defluentes, derivantur, quas deinde ore revomit.*

Atque huc Rex *quotidie excurrit deambulatum* : Ukba *igitur horam, quâ Rex ibi comparere solebat, observans, stabat coram facie ejus, eumque verbis delenificis, canticisque pulchris salutabat.* Ita *autem facere solebat singulis totius annui flexus & fluxus diebus* : *Notans interim Scriba regius cantica & verba ejus quotidie, animadvertit, quòd, quæ hodie dixit, cras non repeteret.* Hanc *consuetudinem tenebat sine interruptione per annum integrum, ab initio ad finem.* Anno *verò vertente indicavit* Scriba Regis, *quòd* Ukba *ab anni capite ad calcem nihil prorsus repetiisset eorum, quæ semel dixisset. Petiit* Rex *fidem faceret verbis suis signo aliquo* : *neque enim Scriba credebat.* Attulit *igitur Scriba pugillares, quibus inscripta erant carmina* Ukbæ, *ubi nullum occurrebat verbum vel iteratum vel triplicatum.* Iussit *igitur* Ukbam *ad se ingredi, cumque accessisset, dixit ei Rex*: *Pete aliquid tibi a me dari* : *petiitque restitutionem sui ad pristinos honores.* *Annuit ei* Rex, *datoque diplomate petitionem eius habuit ratam. Ubi verò restitutus fuit, ægrè illud tulerunt* Netira, *&* Josephus, *fil.* Pinchasi, *eorumque asseclæ. Quapropter etiam Regem ita verbis*

verbis expugnârunt, ut eum iterum solum patrium vertere iusserit, hac addita publica proscriptione, ne deinceps unquam rediret, sub pœna confiscationis bonorum omnium. Cum igitur nuspiam in Oriente fuisset receptus, in Occidentem tendit, & caruit Principatus capite per 4, aut 5. annos, quod quidem incommodum valde fuit Israëlitis: Unde cum sermones spargerentur de Davide, *filio* Zachai (*qui filius erat patrui* Ukbæ *Aechmalotarchæ, transfugæ*) *Aechmalotarcha constituendo,* Cohen Zedek *Rectori* Pumbedithano, *hoc valde displicuit: noluit enim* Davidem *fil.* Zachai *gerere magistratum, propterea quod propinquus esset* Ukbæ *Aechmalotarchæ, qui transiit; Rector autem* Soranus *sua eum authoritate ordinavit, omnibusque scripsit Academicis, Studiosis, & Tannais ibi subsistentibus, ut benedicerent illi, sponte sua illi scriberent; eumque Caput suum constituerent. Et obsecuti illis, quæ mandaverat, in occursum ejus processerunt, usque dum locum attigerant, cui nomen* Kazed, *ad meridionalem Babyloniæ plagam, 7. milliaribus* Sora *distantem, qui locus fuit patrius* Davidis, *fil.*

Zachai, *& benedixerunt illi, eumque sibi præfecerunt. Obstabat tamen adhuc semper* Cohen Zedek, Re*ctor* Pumbedithanus, *qui suffragium suum per* 3. *suspendit annos. Erat autem ibidem homo, Lumen oculorum, miraculis clarus,* Roschcallah (de qua voce pòst) *Naharvvanæus, qui viæ pacis inter eos constituendæ tam diu institit (si fortè ad* Academi*am* Pumbedithanam *pertrahere eum posset, ut* ὀρθοδοξίαν *suam ei probaret Cohen Zedek,* Re*ctor Academiæ) usque dum nocte quadam venit, omnesque seras Babyloniæ beneficio Nominis* (τετραγραμμάτου) *aperuit, adeò ut una nocte, antequam ad eum perveniret,* 14. *reseraverit pessulos: Cumque capiti eius iam assisteret, offendit eum legentem media nocte. Videns autem eum* Cohen Zedek, *contremuit, festinanterque in occursum eius se proruens causam rogavit adventus sui? Respondit ei: Vivat anima tua, mi Domine, non pertigi ad te, prius quàm* 14. *obices removissem. Quæ verò, inquit, intentio tua? Dixit ei: Peto, ut benedicas* Aechmalotarchæ, *eumque Præsidem designes: quod se facturum promisit.* Qua verò solennitate, quibusve ritibus *Pumbedithana* quoq; Academia Davidi Æchmalotarchæ fuerit gratulata, sequentia authoris verba docent, p. 121. a.

[*h*] De *Aechmalotarcharum* Babyloniorum electione, pompa & Majeſtate prodigè nimis & profusè, ut ſunt rerum ſuarum thraſonici æſtimatores Iudæi, loquitur R. *Nathan*, ſacerdos in lib. *Iuch*. pag. 122. b. Summa hæc eſt. Ubi ſemel decretum eſt Æchmalotarcham deſignare, conveniunt, præter ſeniores Synagogæ, Academiarum Soranæ & Pumbedithanæ Rectores, in ſplendidis & amplis Iudæi Babylonii opulenti (cujusmodi fuit R. Netira) ædibus. Id ipſum autem hoſpiti ſummo eſt honori. Die ſeptimanæ 5. Synagogam adeunt, ibidemque acclamationibus, χειροθεσία, cantu tubæ plebem de creato Principe monent. Illicò ſua quique pro facultate munera offerunt, ἀρχισυνάγωγοι cumprimis, cæterique qui in re ſunt lautiori, pretioſiſſimam ſupellectilem, veſtes purpureas, coccineas, vaſa aurea & argentea confertim ſuggerunt. Idem dies quintus & ſextus opiparo & dapſili impenditur convivio. Sabbathi verò die in Synagoga bene manè comparent, ſuumque Æchmalotarcham eò deducunt. Turris autem lignea 7. cubitos alta, 3. lata veſtibus ſericis, hyacinthinis, purpureis, coccineis, juvenes, ἀρχισυναγώγων aliorumque inter Iudæos magnorum virorum filios, Muſicæ peritos inferiori ſuo ſinu excipit, & à conſpectu hominum tegit, ipſo etiam Æchmalotarcha, cum Academiarum Rectoribus, contecto. Adoleſcentes interea ſubtus turri

turri latentes, ἀντιφωνοῦσιν præeunte Chazon, i.e. *Præcentore*, qui certos hymnos, psalmos, benedicendi formulas, preces recitat. His peractis litaniis, Æchmalotarcha è latibulo suo prodit, turrimque seu Cathedram occupat, quod dum facit, plebs attenta pedibus insistit: Rector verò Soranus ad idem tendens suggestum, delato priùs γονυκλισίας honore, dextrum ejus latus claudit, Pumbedithanus verò sinistrum; medium tenet Æchmalotarcha. Capiti ejus vestis seu tegumentum imminet, turri variis funiculis byssinis & purpureis alligatum. Præcentor, ipse quoque sindone circum volutus caput, consecrationis formulas, eam in rem contextas, adeò submisse demurmurat, ut nulli, nisi proximè turrim circumstantes vicini, cæterique, qui subtus delitescunt, juvenes, assequi eas possint. Acclamationibus autem plebis, alta voce editis, iterum suum accinunt *Amen* studiosi: unde silentium populi insequitur ad finem usque benedictionis Præcentori demandatæ. Dehinc Æchmalotarcha vel ipse Parascham ejus diei ordinariam explicare incipit, vel Sorano Rectori eam curam commendat, quam hic, honoris causa Pumbedithano offert, mox tamen ad se rediens lectioni ipse initium facit, translationis officio Interpreti ordinario, ne Barbarus esset rudi & Linguæ sanctæ ignaræ plebi, commisso. Translationi succedit explicatio, cui venerabundus Æchmalotarcha publicè vacat, clausis oculis, indutusque

que *Tallis* (velum est certum ex tenui lana sive pilis factum, quo Iudæi caput & collum tempore precum aliorumque sacrorum involvunt) fronte-tenus. Interea verò adeò attentis & avidis auribus imbibit auditorium Explicationem, ut ne mussitantem aut pipientem quidem audire contingat, interstrepentem verò (Tros Rutulusve fuat) oculorum apertione, ex qua magno terrore cœtus corripitur, Æchmalotarcha prodit. Concionem hanc iterum excipiunt varii cantus, preces, antiphonæ, benedictiones, quibus Princeps Academiarum Rectores prosequitur. Protrahit etiam librum legis, in quo primum legit sacerdos, deinde Levita; pòst *Chazon*, seu æditutus Synagogæ, librum illum offert Æchmalotarchæ, quem ubi accepit, legit etiam, Interpretis officio fungente Rectore Sorano. Redditur postea Liber ædituo, quem loco suo restituit. Alius deinde Haphtharam legit, quæ etiam ab Interprete in vulgarem linguam traducitur, quod ipsum quoque in honorem ei cedit. Unde nemini nisi honorato & diviti apellæ aditus ad hoc munus patet. Benedictionibus tandem (quibus Æchmalotarcha legis librum prosequitur) faustis eruditorum acclamationibus, precibusque actus ille finitur. Mox enim libro legis arcæ imposito ad reditum se accingunt, ita ut magno antecedente & consequente populi comitatu stipatus, Æchmalotarcha Synagogam deserat, variisque hymnis, canticis, elogiis domum

mum suam deducatur. Soli Rectores (honoris, sine dubio, vel ambitionis potiùs causa (Academiarum, limina ejus non salutant, sed antè eum dimittunt. Reliquos autem comites domi suæ per septem dies detinet. Atque ab illo tempore foras non exit, populus verò ad eundem congregatus, preces cum eo semper; singulis diebus, concipit, festis, Sabbathis & profestis. Necessaria autem negotia sua expediturus curru vehitur secundo à Rege, more reliquorum principum Regiorum, 25. stipatus viris; præcurrentibus & insequentibus; eum famulus cursor insequitur. Cùm Israëlitas transit mox illi accurrunt, manum ejus arripiunt, sereno que vultu eum excipiunt. Atque hoc modo omnes tractat Israëlitas transeuntes: unde fit, ut antequam ad locum suum perveniat 50. aut 60. confluant. Eadem ratio est redeuntis ad suos. Nunquam autem prodit, quin adjunctam habeat familiam suam, ita ut peregrinantis eadem sit consuetudo, quæ principum regiorum. Ingressurus ad Regem, aliquid ab eo petiturus, aut faciem ejus visurus, veniam loquendi per famulos & satellites Regis implorat; qua impetrata per janitores introducitur. Tunc præcurrunt omnes regii servi, ille verò in suo jam dispositos habet sinu aureos nummos & argenteos, quos præcursoribus illis distribuit, ita ut nunquam ingrediatur, quin tantum dispertiatur, quantum benignitate divina illi est concessum: unde honoribus eum afici-

ficiunt, manuque prehenſum introducunt. Intromiſſus totius corporis incurvatione Regem ſalutat; mox verò à rege ſurgere juſſus, unique inſiſtere pedi, altero tam diu ſuſſulcitur, quoad per famulum nutu Regio in ea ſede collocetur, quæ ei eſt deſtinata. Tum demum Regem alloquitur. Rex autem in ſalutem ejus inquirit, ſtatum & cauſam adventus. Æchmalotarcha verò facultatem rogat loquendi, quâ obtenta, variis eum demulcet ſermonibus encomiaſticis, benedictionibus antea à ſe contextis; narrat item coram illo ſtatuta patrum & Majorum ſuorum, aliiſque blandis verbis prius apud ipſum ſe inſinuat, quàm petitionem ſuam propoſuerit. Atque ſic voti compoti, publico ſcripto, confirmatio decernitur, quâ acceptâ à Rege magno onuſtus gaudio in pace diſcedit.

[b] Iuchas.p.123. b. Hi *vero ſunt proventus annui* (σιτομέτριον ἐνιαύσιον) *Aechmalotarchæ, quos habet ex uno Naharvandicto, tota item Parvarah quæ diſtat Babylonia dimidii diei itinere, Orientem verſus. Præficit illis & ſuo, & Rectorum Academicorum, nomine, judicem: Id quod ipſum etiam ſcribit ad provinciales, monens illos, quòd poteſtatē* (judicandi) *miſſus acceperit: Hic vero ex eo loco Aechmalotarchæ exhibet* 60. *aut* 70. *aureos, cumq; eo perve-*

venerit, eligit sibi duos ex honoratioribus eius loci, ut præsint secum decisioni causarum. Quod si iudex ille electus, vir fuerit probus in viis suis, exploratus in iudiciis suis, scribunt proceres illius loci, & honoratiores Aechmalotarchæ, eumque commendant. Sin autem (quod longum absit) homo fuerit nauci, aut infamis, id ipsum quoque Aechmalotarchæ & Rectoribus Academiarum significant, monentes τὸ δεῖνα *& in factis, & in viis suis esse perversum: eique, sede remoto, alium substituunt.* Hoc *verò demensum est, quod iudex ab uno quoq; loci illius incola, qui 20. ætatis agit annũ, exigit; duos Zuzim* (nummus est argenteus) *alterum in festo paschatis, in festo tabernaculorum alterum, Propter instrumentum vero dotale, literas repudii, Chirographum, literas donationis, literas venditionis pendunt possessores quatuor Zuzim & trientem, iuxta pondus Ismaelitarum.* Scribæ *autem, præter mercedem annuam, à iudice designatam nihil cedit: omnia retinet index. Atque hæc ratio omnia tradendi iudici, sive resideat ibi, sive proficiscatur alio, constanter obtinet.* Habet *etiam iudex Ephoros suos, qui curam gerunt, inquirunt, & observant per totum dominium, ne*

quis

quis quidquam eorum, quæ scripsimus, faciat; nisi ad præstitutum oris sui: Et quicunque instrumentum aliquod scripserit clàm, non modo excommunicatur, sed &, præter mulctam restitutionis mercedis scribendi, flagellatur. Quod si, præ paupertate, solvendo non sit; exigit ab eo Scriba *quantum per facultatem opum licet, idque indulgente judice.* Habet *etiam singulis septimanis judex aureum à laniis. Accedit insuper* Aechmalotarchæ *è dominio provinciæ Persiæ quotannis summa* 500. *aureorum; propter rationem eandem. Est & alius locus* Hilvan, 5. *dierum spatio Babyloniâ dissitus, unde, præter reditus memoratos, annuatim habet* 150. *aureos. Præterea locus est* Kazed *appellatus, qui solum eiusdem est natale, unde etiam singulis annis* 30. *aurei ad eum deferuntur. Babyloniæ etiam, quæ sedes eius est, locum sub potestate sua habet, unde à quolibet Israëlita duos recipit Zuzim in Paschate nempe, & Tabernaculorum festo, à pauperibus tamen nihil omnino postulat, &c.* Totius annui proventus, quo ex istis locis fruitur Æchmalotarcha, summa ascendit ad 700. aureos; ubi tamen reditus illi non sufficiant, aliunde etiam corradit, unde vivere possit:

nec enim, etsi petendo importunus, à quoquam, ne remotissimis Iudæis, re angusta pressus, repulsam fert.

[i] Lib.Iuchas. p. 124. an. *Quod si Aechmalotarchæ filius exierit, quocunque venerit, sereno ipsum excipientes vultu honorant, muneribusque afficiunt. Quod quidem facere singulis maximæ curæ est: quisque enim pro dignitate eum tractat. Nam si fortè minùs honoretur vel vultu sereno, vel muneribus, mittit è vestigio pater eius declarationes & anathemata. Imò narrat* R. Nathan, *quod viderit filium* Davidis, *fil.* Zachai; *quem egressum in Provinciam Persiæ, quæ patri eius parebat, nec honorârint, nec serena fronte exceperint: id quod parenti suo significarit, qui illicò contra eos non tantum declarationes miserit, & anathemata, sed & secũdo à* Rege *illud intimaverit, qui deinde ad ipsum quoque* Regem *detulerit, qui quidem* Rex *Regem Persiæ literis rogârit, ut sua eum manu sustentaret, atque iuvaret.* Rex *autem Persiæ acceptis literis* Regis *Babyloniæ manum suam immisit, & ab incolis Pius, quæ sub dominio parentis eius est, & Parvarah, magnam pecuniæ summam extorsit, posteaque Babyloniam revertit. Quo tamen nomi-*

nomine Rectorum *Academicorum nullus litem ei movere fuit ausus.*

[k] De qua videatur R. *Gedal.* in Schalsch. p. 38. b. & lib. *Iuchas*, p. 124. b. *Hic verò ordo est*, inquit R. *Abraham. sessionis eorum. Rector primo sedet, & è regione ejus decem viri, qui vocantur* Primus Ordo, *suntque vultus eorum conversi in* Rectorem *Ex decem autem illis, qui coram illo sedent, sunt quidam* Rasche-Calloth, & 3. *socii, quorum hæc fuit ratio. Si unus, ex* Rasche-calloth *mortuus, filium reliquit superstitem, qui lacunam ejus possit supplere, succedit is iure hæreditatis, eiusque locum occupat, etsi fuerit minorennis. Eadem ratio est sociorum. Si unus eorum obierit, filius, si locum ejus possit supplere, occupat eum (nullus enim eorum limen alterius socii transilit) sin autem majorum suorū sedem obtinere non potest, dignus tamen, qui aliquem ex septem ordinibus consequatur, occupat eum. Quod si verò indignus illis reperiatur, assidet filiis Ras, cæterisque discipulis, quadringentis.* Synedrii *vero assessores* 7. *distinguuntur ordinibus seu classibus. Prima eo sedet modo; quo diximus: deinde per decurias cæteri sequuntur, quorum facies defixæ sunt in vultum* Rectoris

Academici, pone quos sedent studiosi, quoru tamen nullus designatum habet locum; se quàm 7. memorati ordines, quorum quisq sedem suam novit, ita ut alterius locum ne invadat, Quòd si quis inter ordines istos sapientia reliquis antecelluerit, non colloca eum in sede meritis digna, quia eam hæredit rio iure à patre suo non possidet, sed stipendiu augent ratione sapientiæ eius. Et cùm Ac demiæ Rector *explorare vult studium vel l ctionem eorum, omnes ad ipsum vocantur qu tuor* Sabbathis *mensis Adar, eoque sedente pr mus ordo legit, cæteri verò tacent & atte dunt, cumque ad locum pervenerit; de quo pl nius ad eos dici debet; disputant de eodem i ter se;* Rector *interea auscultat, verbaque e rum attendit: postea ipse quoque legit; cæte verò tacent, facile colligentes, quod controver sias eorum intellexerit. Absoluta lectione explicationem aggreditur illius ipsius* Massich*tæ, quam tempore hyemis quisque domi suæ le git, ubi inter alia ea ventilat, de quibus inte* Studiosos *controvertitur. Accidit quando que, ut explicationem* Hilcos *ab iis petat, tun alii alios honorantes sibi cedunt, tandemque* Rectori *honorem illum deferunt, solutionem dubio.*

dubiorum ab eodem flagitantes. Nullus autem in conſpectu eius quicquam fari audet, niſi veniam illi dederit : tunc demum quiſque pro ſapientia ſua loquitur, ipſe vero latius explicationem Conſtitutionum ſingularum deducit, cumque omnia ſolide ſatis explicata ipſis ſunt, ſurgit quidam ex primo ordine, qui publicè cōcionatur, ut omnes eum audiant à parvo ad magnum, quicunque autem eum ſtantem viderit, ipſe quoque ſtat, ſciens, quod eo fine ſtet, ut Baraietham explicet (inde enim habet ſubſidium auditionis) tunc cæteri quoque ſtudioſi de ea diſputant, inquirunt, diligenterque illuſtrant, atque hoc facere ſolent ſingulis diebus menſis illius. Sabbatho quarto totum legunt Sanhedrin, *ubi Rector ſtudioſos diligenter obſervat, explorat, tentat, uſque dum iis, qui ſapientia cæteris præſtat, explicationem expeditam ſubiecerit. Vbi viderit, eſſe in eorum numero unum, qui lectionem ſuam in promtu non habet, difficilem ſe ei præbet, ſtipendium minuit, eumque increpat & arguit, loca ei monſtrans, qui torpeſcentibus & deſidibus debeatur.* Monet *eum per animam ſuam, & hortatur, quod, ubi ſecunda vice ita inepte ſe geſſerit, neq; animum ad penſum ſuum appulerit,*

lerit,nihil ei plane exhibendum sit. Atque h
causa est,quod se mutuo excitent , assidue
studiis suis occupati , ut ne forte impingant
eius conspectu , in negotio Constitutionu
Nulli autem ordines prius ab ipso recedu
quàm indicarit Masichtam*, in qua singul*
domi suæ privatim debeant exercere : cæte
autem studiosis id ipsum necessario indica
non debet,quin cuique liberum est , quam v
lit legere Massichtam*. Eadem consuetudo o*
tinet in responsionibus & quæstionibus. Si
gulis diebus mensis quidam proponit iis qu
stiones omnes,quæ ad se pervenerunt, tunc v
niam illis impertitur respondendi. Illi ve
honoris causâ tergiversantes dicunt : No
mus equidem in conspectu tuo responde
Sed ubi ulterius institerit , tunc quisq
pro sapientia sua , & scientia sua respond
opponunt , solvunt , conferunt de omnib
rebus,easque diligentissime perpendunt. R
ctor autem Academiæ verba eorum audit ,
quæcunq; alii aliis opponunt , intelligit,surg
verba eorum inspicit , usque dum veritas cla
sibi innotescat , & sic è vestigio Scriba *dat*
mādatis,ut eo modo inserat. Ita *quotidie fa*
re solent,usq; dū ad omnes quæstiones,quæ ad

ex

ex omnibus cœtibus Iſraëlitarum per totum annum fuerunt perlatæ, reſponderint: ſub finem autem menſis leguntur quæſita cum reſponſis in conventu totius Collegii, quæ ſigillo Rectoris obſignata mittunt iis, qui ea moverunt. Tandem pecunias iis diſtribuit. Cuique nempe ratione dignitatis & gradus, ut addit R. *Gedal.* p. 38. b. Meminimus ſuperius *Raſchecalloth* (propriè *capitum ſummarum*, aut *perfectionum*) qui Duces erant, unde & *Alluphim* Hebræis dicuntur, qui præerant decem Synedrii Aſſeſſoribus, eorum quaſi *Capita*, ſeu *Decuriones*, R. *Abrah.* in Iuch. pag. 124. b. R. *Gedal.* in Schalſch. p. 38. b. *Socii* autem ſeu *Chaberim* apud Hebræos vocantur in genere quilibet *Sapientes*, in ſpecie verò *Magiſtri* ſive *Rabbini* recens creati, titulo quidem & dignitate magiſterii acti, ſed nondum ad publicum docendi officium vel apti, vel ordinariè vocati. Hoc poſteriori ſenſu ſuam ſemper habet σχέσιν ad alium Rabbinum, authoritate ſuperiorem, cujus quis *Socius* appellatur. *Barajethá* verò, cujus etiã mentio eſt injecta, appellatur doctrina ſeu inſtitutio Talmudica cõſtans, & extra diſputationis aleã cõſtituta, quę authores habet *Tãnaim*, ſeu primos τῶν Miſchnajoth interpretes. Sed ſatis de Iudæorum Scholis & ſtudiis, quæ non tantum ſeculi hujus X. inſerviunt illuſtrationi, ſed & iis lucem fœnerantur, quæ anteceſſerunt, quæque ſequentur, materiæ huic affinia.

[*l*] Talis erit *Iacobus*,fil. *Iosephi*,filius *Cal*
filiarius *Azizi*,fil.Muazzi,Domini Ægyp
quo *Elmac.*Hist.Sarac.p.253.

[*m*] De quo vel hinc judicare licet,qu
Muslimi templum Ascaloniticum deva
opem iis tulerint *Iudæi*, qui ligna accensa
tectum templi traxerunt, ita ut totum d
verit,*Elmac.* p.209. In religionem ipsa
stianorum quo fuerint animo , ex Indic
Emunah,R.Saadiæ,quem suprà inseruimu
lenter satis patet.

[*n*] Ubi communem contra Christian
sam habuerunt *Iudæi* & *Muhammedani*, b
ter illos convenerat ; at extra hunc casu
dæi libertatem,privilegia jura sua magno
Ismaelitis redimere sunt coacti : Hanc e
sismet Rabbinorum verbis querelam m
supra lit.[*b*]

[*o*] Magnum inter Christianos hostem
habuerunt in *Nicone* eremita, qui Lacedæ
priùs gratificari noluit , quàm Judæos u
cisent. Imò Judæorum gentem ita fu
satus , ut nec lingua nec auribus nomen
usurpare vellet. Adversarium tamen
Aratum,Judæorum patronum,qui fugam
injuria & immeritò factam esse affirmaba
*Bar.*a.Ch p.982.

[*p*] Habet illud *Elmac.* Histor. Saracen.
Uxor *Achsjidi*, cùm jam dignitate omni *A*
privati essent , deposuerat apud Judæum

dam vestem intextam auro, in cujus limbo quam plurimi erant lapides pretiosi. Is autem imposuit eam cistulæ æneæ, cumque post tempus eam repeteret mulier, negavit eam se habere: unde ea, sume, *inquit*, partem aliquam ejus; sed noluit: & dixit mulier, da mihi unam manicam, & habe tibi reliqua (erant autem in ea 29. pretiosissimæ margaritæ) sed cùm & hoc recusaret, adiit mulier aulam regis, & ingressa ad eum petiit veniam loquendi, quam cùm ei dedisset, significavit ei negotium Judæi. Rex statim eum jussit accersi: & confessionem ab eo petiit: at cùm is confiteri nollet, misit Rex aliquem, qui parietes domus ejus dirueret: & apparuit statim cistula in pariete quodam domus. Cùmque vestem videret Muazzus, admiratus est lapides pretiosos, & margaritas quæ in ea erant. Compererunt autem, Judæum de pectore ejus sumsisse duas margaritas, quas ipse confessus est se vendidisse 1600. aureis. Tradidit autem Rex vestem eam, ita ut erat, mulieri. At ea vehementer institit, ut eam ipse acciperet, & daret ei quantum vellet, at is noluit: Dixitque ei mulier, Vestis hæc Domine mi, conveniebat mihi cùm ego uxor essem Regis Ægypti, at nunc ego ea non indigeo. Verùm cùm is eam nollet accipere, accipit eam mulier, & discessit. Observat *Erpenius*, esse hoc exemplum, justitiæ notabilis, Muazzi.

Sectio V.

Συμβίβασις Doctrinæ.

Duo seculi hujus Συμβίβασις præstat, I. [a] Incertitudinem demonstrat Historiæ Pontificæ, quâ fit, ut qui de perpetua & concatenata Paparum successione glorientur, summam hic fateri cogantur ignorantiam, II. Probat, male [b] novitatem Reformatis Ecclesiis exprobrari, cùm ne hoc quidem, etsi corrupto valde & calamitoso seculo, defuerint, qui exẽplo suo, spretâ & conculcatâ doctrinâ Papisticâ meliora nos sequi docuerint. Unde iterum quæstioni, ubi hoc seculo [c] fidei nostræ fuerint socii, commodè satis fit.

[a] Ea gemina est: vel enim in *annorum* diversitate consistit, vel *personarum*. De utraque loquantur ipsimet pro nobis Scriptores Pontificii. Et quidem de priore,

1. *Platina. Stephanus VII. patria* Romanus, *eo tempore Pontificatum iniit* (ut quidam scribunt) *quo Ungari Alemaniam, Saxoniamque populantes ab Henrico Germaniæ Rege*

Rege apud Moresburgam ingenti clade superati sunt.

2. *Genebrardus* ad Leonem VIII. *Hic & sequentes Pontifices varie ab Historicis collocantur, quin & ante hunc* aliqui *nominant Benedictum V.* Et ad a. 684. *Confusæ sunt admodum istorum temporum Historiæ*, ut vix duo Scriptores conveniant, quantum ad annos & numerum Pontificum Romanorum. Quòd verò ad a. 964. adjicit: *Hic incipit historicorum* varietas *in recensendis huius nominis* (JOHANNIS) *Pontificibus* : *Nam aliqui ex hoc Iohanne* 12. *cum bis Pontificatum tenuerit, duos faciunt. Sed perperam è Lamberto, horum temporum vicino. Quod arguit* Iohannem, *sive* Ioannam *Anglicam* (*ut qui nunquam in rerum natura extiterit*) *nunquam agnitam fuisse inter Pontifices, alioquin ab ipso, utpote octavo diversitas debuisset auspicari*; nimis frivolum est commentum, vel potius impudens mendacium. *Platinam* adeat, *Stellam*, cæterosque magni nominis Pontificios, & reperiet ab illis quidem Ioannem Papissam, nominis hujus octavam recenseri : Sed ab *Onuphrio*, ex aliorum relatione, septimum appellari, ut altius longè varietatis origo in enumerandis hujus nominis Pontificibus accersenda sit. Dato verò, à *duodecimo* demum

demum *Iohanne* diversitatem aliquam observari num propterea Iohanna VIII. quæ à plerisqu constanter, suo loco refertur, Scriptoribus Pontificiis, eradenda est, quia, multis demum anni pòst, Historicorum certamina duos Papas sculpserunt ex uno? quod difficilius longè fuerit quàm alios, vel Episcopos cudere, vel Archiepiscopos, quo scommate scurriliter nimis Reformatos pupugit *Forerus* Iesuita. Ejus subinde in veteri Historia ignorantiam non alio fine obiter tantùm & παρέργως ὁδ[illegible] prodimus, quàm ut innocentiam nostram & veritatis studium contra ipsum asseramus in iis, in quibus protervè satis vel mendaciorum nos arguit, vel malæ fidei. Hanc Pontificum incertitudinem *Calvisius* quoque notavit ad annum 99. his verbis: *Papa Iohannes XV. moritur die 7. Maii, cum sedisset annos* 10. ut *Baronius* habet; sed *Onufrius in Catalogo Pontificum dicit, eum præcedenti anno mortuum, & quidem* 10. *Febr.* utri jam credendum sit, alii viderint. Sic *Onuphrius binos Iohannes facit* (neque verò mirum hoc est: cùm enim Iohannæ Papissæ nullum tribuat numerum, ut ne quis in Catalogo Pontificum desideretur Iohannes, unus & idem geminam sustinere debuit personam) *à Crescentio intrusos: Baronius tantum unum*, ut ita nihil certi, *hisce temporibus de Pontificibus inveniatur.*

Abeant

Abeant igitur Pontificii, & ipsi primum Pontificum luxatam seriem in ordinem redigant, quàm vel trasonicè ubique successionis miraculosæ continuationem crepent, vel importunè annum, diem mensem horam invectæ per Pontifices Apostasiæ exigant. Si illis satis fuerit monstrâsse, fuisse subinde, qui sedem Romanam occupârint; etsi de tempore nihil solidi suppetat; cur non & nobis sufficeret probâsse vestigia Apostolica turpiter à Præsulibus Romanis fuisse deserta; etsi vel maximè in exprimendo factæ mutationis momento aqua nobis hæreret?

Sed ad *secundam* properamus diversitatem, quâ ipsæ personæ ita in dubium vocantur, ut ne quidem Pontificii Scriptores de Antistibus suis certi sint. Unde *Plat.* in Laudo I. *Laudo, patria Romanus: Anastasio successit: huius autem vita ita obscura fuit,* ut etiam sint, qui eum inter Pontifices non numerent, *maxime autem Vincentius* Historicus. Vide etiam *Onuph.* Et in *Greg. V. Eius certe nomen* inter Pontifices quidam supprimunt, *ut pote minus legitimè creati: alii vero* 17. *hunc vocant.* Fascic. temporum: *Iste Iohannes X. fuit filius Sergii Papæ, tam carne, quam moribus. Etiam rapuit præsulatum, & tandem miserabiliter occiditur à militibus*

Gui-

Guidonis, posito pulvinari super os ejus, dum carcere teneretur. Post eū quidam alius Iohannes intrusus fuit, sed statim ejectus est. Et t. non ponitur in Catalogo summorum Pontifi Vide etiam Tab. Chronog. *Gault.* ad hoc se lum. Iterum ergò viderit *Forerus*, quàm rectè cō tra me (asserentem, *Nicolaum Horium* in Cata go Archiepiscoporum Rhemensium fortè n reperiri, quia, sedis Romanæ judicio, indigno fuerit eo honore, id ipsum etiam aliis etiam, in lè de Papa Romano meritis, accidisse) exceper Unsere Chronisten pflegen ebenmässig gut v böse Bischöff oder Erzbischöff in die Register, setzen / aber underweilen mit solchem Anhan daß einer oder der ander wegen der Ketzerey/ od anderer schweren Mißhandlung / von seine Sitz seye verstossen worden, *Abbatisc. resp.* p.4. Al ter certè judicare nos cogunt, tot ingenuæ Pap starum modò enarratæ confessiones, quibusac di possunt verba *Baronii* anno Chr. 986. S. Hoc eodem anno *Aligernus* septimus *Abba Cassinensis Monasterii migravit ad Dominum Cui successit Manso longè dispar, homo volup tuosissimus*, quem ut indignum tanto honore, u S. Benedicti diceretur esse successor, expunxe runt posteri ex Abbatum Catalogo, *quem Le Ostiensis ordine temporum texuit, subducto ex Chronicis Cassinatibus libro secundo cap. 12.*

in

in quo de ejus ingressu agebatur, cujus nec nomen quidem sciretur, nisi obiter ab eodem Leone alibi inferius mentio haberetur. Sed quid istis immoramur? Certè nisi solius vindicandæ veritatis studium huc nos invitos quasi raperet, ipsaque veterum monumenta testimonium perhiberent, rectè nos sensisse & scripsisse in iis, quibus publicum mendacii stigma inurere solet Iesuita; ne cogitaremus quidem de ejusmodi transgressionibus, quas adversarius nimiâ suâ impudentiâ, & calumniandi cacoëthe nobis extorsit. Ad ipsam nunc pergemus συμβίβασιν doctrinæ.

[a] Sicut initium faciamus à nobili illo de sancta Scriptura loco; novum fuerit, *Biblia sacra transferre in linguas vernaculas, populoque natas*; cùm seculo hoc *Ethelstanus* Anglorum Rex, teste *Malmesburio*, Scripturas divinas verti fecerit in Anglo Saxonicum Idioma ex purissimis Hebræorum fontibus, per quosdam Hebræos ad Christianismum (ut credere par est) in suo regno conversos; *Bal.* centur. 2. p. 127.

b. Novum ne fuerit asserere; *Non Religiosorum tantummodo esse legere Scripturas, sed cuiuslibet Christiani*; cùm his ipsis verbis *Theophylactus* Bulgarorum Episcopus, à *Photio* Patriarcha, ut nonnulli putant, hoc seculo missus, Scrip-

Scripturæ lectionem commendârit; in *Ephesios.*

c. Novitates ne majores nostri in quando plebi Ecclesiasticæ à lectione & ne sacræ Scripturæ diu nimis prohibitæ, runt, *esse eam lucernam & lumen; qu fur deprehenditur & manifestatur: credendum, & de mortuorum appari non curandum? Sacras Scripturas ost per quas adducimur ad Deum: Illas l permittere intrare: prohibere autem h &c.* cùm *Theophylacti* verbis utantur, in & c.10. *Iohannis.*

d. Novam ne *aperiendi verbi divi* Reformatæ Ecclesiæ tradant, quando *sancti lumen* urgent; *quo ductore quicquid recte in Scripturis sacris quær venitur*: cùm eam ipsam seculo hoc cl stenderit author *Altercationis Synag Ecclesiæ*, quam nonnulli *Giselbero* Mona glo tribuunt. Plura de Scriptura S. te ex *Smaragdo* Abbate S. Michaelis in. Br & *Radulpho* cumprimis Flaviacensis ctino; collegit *Catal. Test. Verit.* l. XI. 255.

II. De Decretis & Traditi Pontificum. Novum ne fuerit, *in lect*

examine Decretorum Pontificum, adeòque ipsorum etiam Patrum illud inculcâsse Paulinum: *Omnia probate, quod bonum est tenete*, cùm hoc ipsum consilium ex *Gelasio Papa*, & *Hincmaro* suppeditet in Concilio Rhemensi *Gerbertus*, contra Epistolas Decretal. apud *Baron.* an. Chr. 992.S.51. Quòd enim *Baronius* verba ista Pauli à *Gelasio* objecta tantùm contendit incertis Martyrum actis, non verò Decretis Pontificum (siquidem tam id esset absurdum, quàm si quis Apostoli cautelam referri vellet ad ipsum Evangelium Christi, cujus ante meminerit, *ut sub arbitrio cuiuscunque recipiendum, vel non recipiendum constituat Evangelium*) nimis apertum specimen est, blasphemæ illius Theologiæ, quæ non majorem tribuit authoritatem Verbo Dei, quàm traditionibus Paparum, quas omnino ἀνυπευθύνους esse vult Baronius. *Sed* (ut regerit *Gerbertus* S. 44.) *poteruntne docere Romani Episcopi judicium Dei iudicio maius esse? Sed primus Romanorum Episcoporum Apostolorum princeps clamat*: Oportet obedire Deo magis, quàm hominibus: *clamat & ipse orbis terrarum Magister Paulus*: Si quis vobis annuntiavit, præter quod accepistis, etiam si Angelus de cœlo, anathema sit. *Num quia Marcellinus Papa Iovi thura incendit, ideo cunctis Episcopis thurificandum sit? Constanter dico;*

quod si ipse Episcopus in fratrem peccaveri sæpiusque admonitus Ecclesiam non audieri hic,inquam , Romanus *Episcopus præcep Dei,est habendus sicut Ethnicus*, *& Publici nus : quanto enim gradus altior , tanto ruir gravior.* Hæc *Gerbertus* , postea ad thronu Pontificium evectus.

III. De Pontifice Romano, A. Novu ne fuerit docere,*in ipsis fidei dogmatibus tu piter & exitialiter non eum modo errare , se errores etiam docere alios?* Vel,ut *Bzovius* hab in suo Romano Pontif.c.14. *non modo falli , s fallere etiam scire?* Cùm præsentis seculi hist ria abundè id ipsum probet ? *Gerbertus* palàm f tetur, *Marcellinum Papã Iovi thura incendis* Nonne exitialis hic fuerit error ? Nec negat *B ronius* : imò largitur.*summum tum Pontifice maximi criminis accusatum* , *legitimo testiu numero convictum,atque propria confessior reum criminis comprobatum* , hac una tame chorda semper oberrans; *Primam sedem no iudicari à quoquam*, *nec proinde à Synodo il sententiam contra* Marcellinum *latam fuiss* Sed hæc alia est quæstio. Aliud enim est Papa ab omni hæreseos labe excipere ; aliud à judici 2. Constat, *Stephanum & Sergium non solu iudicâsse,Formosum non fuisse verum Ponti ce*

tem, sed etiam sacros ordines, quos ille contulerat, non fuisse ratos : qui est error manifestus contra fidem. Nam etsi Formosus non fuisset Papa, & semper mansisset depositus, & degradatus, tamen quia aliquando verus Episcopus fuerat, & erat quo ad Characterem, & ordinis potestatem, quæ non potest ullo modo auferri, error in fide est dicere, ordines sacros ab illo collatos, non fuisse veros ordines sacros. Verba sunt *Bellarm.* l. IV. cap. 12. de Pontif. Rom. Quòd verò Cardi. elabi, & ἀναμαρτησίαν Pontificis præmunire conatur solito κρυσφυγέτῳ, *Stephanum & Sergium non edidisse aliquod decretum, quo decernerent ordinatos ab Episcopo degradato, vel nominatim à Formoso tanquam degradato, esse iterum ordinandos, sed solum de facto iussisse iterum eos ordinari;* ridiculũ est; qui enim, sive à Formoso, sive à quocunq; alio Episcopo ordinatos exauctorat, & de novo deinde initiat, satis is prodit, se priorem ordinationem non habere ratam. Deinde, qui *jubet*, ut Bellarm. loquitur, *mandat*, ut Stella habet, ex ordinationẽ; quomodo negari potest eã docuisse, vel decrevisse? Adeò ne cæco fertur impetu *Papa Romanus*, ut jubeat & mandet, quæ nec intelligit, nec doceri vult? Quis tam profundam contradictionum abyssum assequatur? Horum certè deliramentorum puduit ipsos Pontificiæ Religionis antesignanos, *Adrianum sextum*, *Alphonsum*

de Castro, *Gersonem* etiam & *Almain* Pa
pud *Bellar*.l.4.c.2.qui fatentur, *Ponti*
esse hæreticum, *& docere hæresin*, *si*
nerali Concilio definiat, *& de facto*
accidisse; quam sententiam Bellarmi
am appellat & *hæresi proximam*.

B. Novum fuerit *Pontificem Roman*
sursum deorsumque volventem, sac
miscentem, *vocare Antichristum*? Cùm
menclatura ab ipso *Gerberto* sit indita.
tus Pontificatûs Pontificem, hoc ja
nuncupârit Antichristum, & nobis h
te, quo longè manifestiùs apparet, vitic

C. Novum fuerit, *tyrannicis decret*
Papæ resistere? Cùm suo exemplo præca
ratores Romani, de quibus *Theodoricus Nien*
dam Scriba Pontificius libr. 3. Schism
Sed certe nostri, inquit, *moderni*
Imperatores longe in talibus ab eodem
rico Rege *distare videntur*, *qui m*
privatum patrimonium suum, *quàm*
dem Imperii conservare conantur.
tē Imperialis potestas sit præcipuè supe
& incorrigibilem Pontificem, per quer
lizatur Ecclesia, *ex gestis Imperatorun*
gum Romanorum *satis constat*. *Nam*
Papa XII. fuit unicus & indubitat
qui ante Papatum vocabatur Octavi

nobili & potente genere procreatus; qui postquam assumtus erat ad Papatum, venationibus ferarum Sylvestrium *quandoque interfuit, nec non libidinose ac lubrice vivens cum suspectis mulieribus sortes posuit: ac etiam aliquos ex suis Cardinalibus, cum propterea arguentibus male tractavit & mutilavit. Quod audiens Otho primus magnus Augustus, de hoc ex corde doluit: & ex Germania propterea Romam veniens, eidem Papæ, cur illuc venerat, exposuit. Quod audiens Papa valde timuit, promittens Imperatori, quod vitam subito emendare vellet. Imperator autem credens eum ita facturum, ad Papiam è Roma secessit, ubi hyemando remansit, ut scrutaretur interim, si forsan præfati Papæ dictis facta responderent.* Sed quia difficile est *consueta relinquere, Papa ipse nec Deum, nec* Imperato*rem habens præ oculis mala malis accumulavit. Quod sentiens Augustus irato animo ad urbem rediit, ut diiudicaret de ipso. Papa, qui hoc audiens; ut pote sibi ipsi male conscius; se inde fugæ subsidio è vestigio absentavit ad Campaniam declinando. Sed impiger Imperator Concilium cleri Romani contra eundem Papam in ipsa urbe convocavit, in*

quo, dicto Papa communi voto ejus Concilii deposito, vir laudabilis famæ ac sanctæ conversationis alter Leo hujus nominis VII. extitit subrogatus. Ipse autem Octavianus, ne ad manus Imperatoris deveniret, abdita loca perquirens, in ipsa Campania misere diem clausit extremum. Profectò tunc temporis Papa non habuit tot temporalia, sicut Romana Ecclesia nunc videtur habere: *quia ipse magnus Augustus, & de ipso descendentes secundus & tertius eiusdem nominis* Augusti, *ipsam* Romanam, *& alias Ecclesias in Italia & Germania secularibus dominiis ditârunt: ita manifestè apparet in libris qui super donationibus Ecclesiæ factis per Imperatores & Reges* Romanos *confecti sunt, & in thesauria seu camera Apostolica conservantur. Præterea tunc erat adeo excellens Augustus, quod* nemo contra ejus voluntatem aliquem Papam, præsertim malignum, abjectum, vel schismaticũ ausus fuisset publicè confovere. *Alias certe idẽ Octavianus, ut existimo, reperisset aliquẽ potentem, qui ipsũ in sua malitia & tyrannide cõfovisset. Nec civitas Avinionensis, cũ eius mirando palatio, tenuit* Romanã *Ecclesiã, sed potius magno Othoni obsequebatur. Quid igitur inducit aliud hæc põpa tantorũ tẽporalium dominiorum, de quib. nunc gloriatur*

Ecclesia Romana,*quàm negligentiam in spiritualibus,& erectionem tyrannorum in eisdem dominiis,& divisiones seu schismata in eadem Ecclesia,& alia mala plurima,satis est notũ. Hic etiã Otho magnus duo schismata successivè orta in* Romana *Ecclesia,dum ageret in Gallia&* A*lemania,cum ingenti exercitu ad urbem* R*omanam rediens,manu potenti sustulit,& unum in Capitolio tunc fortissimo, & alium in castro novo sancti Angeli,quod tunc cacer Theoderici vocabatur,loco firmissimo, cõtendentes tũc de Papatu, prima facie cum machinis & aliis rebus bellicis expugnando cœpit, & multorum nobilium ac potentum* R*omanorum eos foventium palatia in urbe destruxit, & multos coniugulavit,seu gladio interemit;sicq; ipsas Ecclesias ad unionem Deo ordinante perduxit. Et post longa tempora, orto alio schismate in ipsa Ecclesia,iterum rediit ad urbem ipsam,& causa cognita utriusque contendentis, & clero per Concilium subito convocato & uno declarato Papa,alterum scil. Benedictum secundum,Saxoniam in exilium deportavit. Ecce quantus & qualis fuit iste Augustus, qui tot laboribus & expensis pro* R*eformatione unionis in ipsa Ecclesia ultro se submisit & feliciter*

 opera-

operatus est. Nam mali, inquietem aliis praeoperantes, cogendi sunt ad pacem & bonum. Regiæ potestatis interest præcipue, ut per eum mali coërceantur à malo, ut boni quiete inter malos vivant: ut sacri Canones docent.

2. *Synodi*, Rhemensis cumprimis, cujus acta habet *Baronius* an. Ch. 992. S. 1. & deinc. & Romana, de qua modo audivimus. Vide *Catal.* Test. Verit. l. 11. p. 263. *Baron.* an. Ch. 963.

D. Novum fuerit, Pontifici Romano *adimere universalem in omnes Ecclesias ἐπισκοπὴν & curam*, cùm (præterquam quòd οἰκουμενικὸς haberi voluerit Patriarcha Constantinopolitanus, *Zonar.* l. III. p. 153.) *Glaber Rodulphus*, hujus temporis Scriptor, velit, *nihil in aliena diœcesi posse præsumere Romanum Pontificem plus quā cæteros Episcopos quibus certis limitibus est definita diœcesis, & extra ipsam nihil penitus agere posse*; *Baron.* an. Chr 999. S. 25. Confer etiam *Sigon.* de Reg. Ital. l. VII. p. 177.

E. Novum fuerit dicere, *Romanam Ecclesiam successu temporis non degenerâsse modò, sed etiam Antistites ejus vestigia antecessorum deseruisse*; cùm in pleno consessu hæc inter alia recitata fuerint verba: *Sed ô infelicia tempora, quibus patrocinio tantæ frustrantur Ecclesiæ! Ad quam deinceps urbium fugiemus, cùm omnium*

mnium gentium dominā humanis & divinis destitutā subsidiis videamus? Vt enim planius, palamque fateamur, post Imperii *occasum hæc urbs Alexandrinam Ecclesiam perdidit, Antiochenam amisit, & ut de Africa taceamus & Asia, ipsa jam Europa discedit. Nam Constantinopolitana Ecclesia se subduxit. Interiora* Hispaniæ *ejus judicia nesciunt. Fit ergò discessio, secundum Apostolum, non solummodo gentium, sed etiam Ecclesiarum. Quoniam ejus ministri Gallias occupârunt, nos quoque totis viribus premunt, Antichristus instare videtur, & ut idem Apostolus ait; jam mysterium operatur tantum, ut qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat, ut ille perditionis filius reveletur, qui adversatur & extollitur supra Dei nomen, Deique culturam*: quod jam in aperto fit, ut Romana potentia conquassata, religione profligata, nomen Dei frequentibus perjuriis impunè humilietur; ipsius divinæ religionis cultus etiam à summis sacerdotibus contemnatur. *Ipsa insuper* Roma *iam penè sola à se ipsa discedit, dum neque sibi neque aliis consulit*. Sic *Gerbert*, apud *Baron*. an. Ch. 992. S. 31. Et *Naucler*. Generat. 31. p. 136. *Sed non est mirum, si* Romani *etiam Pontifices illis temporibus, circa annum Domini nongentesimum, & ali-*

*quando post, quoscunque occurrentes admi-
rint, cum, ut scribit Platina, resque fuer
quòd Pontifices illius temporis à vestig
B. Petri discesserant, horror enim est audir
quàm multa perperam per XXVIII. fermè Pon-
tifices sint admissa.*

F. Novum credideris, *anathematismos*
*fulmina Papæ hodie non contemni modò, s
& revibrari?* Ecce Synodus Romana an. C
963. habita, præstò est quæ Iohannis Papæ min
quanti fecerit, ex Epistola ad Papam scripta co
ligere est proclive. *Si, quod absit, venire, & ob-
jecta vobis capitalia crimina purgare dissim
latis, cum præsertim vos venire nihil impedi
at, tunc excommunicationem vestram par
pendemus: eam potius in vos retorquebimu
quoniam quidem justè facere possumus. Iud
Domini nostri Iesu Christi proditor, imò vend
tor cum cæteris prius ligandi atque solvend
potestatem à* Magistro *in hæc verba accepi*
Amen *dico vobis, quæcunque ligaver
tis super terram, &c. Quamdiu enim b
nus inter discipulos fuit, ligare atque so
vere voluit: postquam verò cupiditat
veneno homicida factus, vitam occidere v
luit: quem postea ligatum solvere, solutum lig
re potuit, nisi seipsum, quē infelicissimo laqu
stra*

strangulavit? Hæc verò omnia irrita putat *Baronius*, quòd *ab excommunicatis ab ipso Pontifice constet esse peracta*; quasi verò, qui omnium ferè consensu *homidica* est, *sacrilegus* est, *Diaboli mancipium* est (quibus encomiis Papa hic Iohannes insignitur: vide *Baron.* a. Ch. 963. S. 23.) facultatem habeat Excommunicationis nexu fideles ita innodandi, ut ne quidẽ vera dicentibus fides contra Papã adhibenda, aut justitia sit exercẽda?

G. Novum fuerit, Pontificibus, malè moratis, titulum *sanctissimi* denegare? Ecce ne hoc quidem veterum exemplo caret, id quod malè habet *Baronium* a. Ch. 963. S. 37.

IV. De Magisratu Politico. Novum ne fuerit, Imperatores cæterosque adeò Magistratus Christianos, curâ etiam tangi Religionis, & Antistitum ejus, cùm ex præsentis seculi historia constet 1. Habuisse Imperatores jus investituræ, imò electionis ipsorum Pontificũ. *Onuph.* Leo VIII. *Leo VIII. suæ sedi restitutus, harum seditionum Romanorum & levitatum pertæsus omnem eligendi Rom. Pont. authoritatem à clero P. Q. R. ad* Imperat. *Synodo habita transtulit, Hadrianum I. imitatus, qui id quoque Carolo Magno Francorum* Regi *concessit*. *Avent.* annal. l. 5. p. 501. *Otto Romam in ditionem rursus cogit, denuo proceres, plebem, sacrificos iurejurandi religione adigit, nullum Pontificem maxi-*

maximum captum, absque consensu Augus[ti] & Ottonis Cæsaris filii sui. Deinde Iohan[nem] nem abdicat: Leonem VIII. Pon[tificem] Max. ex patribus legit. Plenius de h[ac] re scribit *Sigon.* de Reg. Ital. l. VII. pag. 16[.] *Non erat nescius Leo, omnem præsentis hui[us] perturbationis Ecclesiæ fontem à fœda Roma[no]rum ambitione esse deductum: qui Pontif[i]catum, id est,* Romæ, *ac totius prope Italiæ do[minatum] minatum anxiè affectantes intestinis iam pri[dem] dem seditionibus civitatem ac comitia corru[m]pissent, non sine causa* Hadrianum *primu[m] Carolo Magno tribuisse, ut Ecclesiam ordinare[t] & Pontificem legeret. Hadrianum tertiũ, qu[i] libera ex omni parte comitia effecisset, plus di[gnitati] gnitati, quàm quieti Ecclesiasticæ studuisse, nam libertate populo in comitiis reddita* Romano[s] *in dies deteriores effectos. Nimirum hanc li[bidinem] bidinem coërcendam esse, neque aliud frænum acrius iniici posse, quàm si* Hadriani *primi con[stitutio] stitutio renovetur. Itaque relatione facta, & re in disceptationem adducta, præsente, atque assentiente conventu, sic statuit.* Exemplo B[eati] Hadriani, Apostolicæ sedis Antistitis, qui D. Carolo, victoriosissimo Regi Francorum, & Longobardorum patriciatus dignitatem, ac ordinem

Aposto-

Apostolicæ sedis, & investituram Episcoporum concessit, ego Leo quoque servus servorum Dei, Episcopus cum toto clero, ac populo Romano constituimus, ac confirmamus ac corroboramus; & per nostram auctoritatem Apostolicam concedimus atque largimur D. Othoni primo, Regi Teutonicorum ejusque successoribus hujus regni Italiæ, in perpetuum, facultatem eligendi successorem, atque summæ sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc Archiepiscopos, seu Episcopos, ut ipsi ab eo investituram accipiant, & consecrationem, unde debent, exceptis iis, quos Imperator Pontificibus, & Archiepiscopis concessit, ut nemo deinceps, cujuscunque dignitatis, vel religionis eligendi vel patricium, vel Pontificem summæ sedis Apostolicæ, aut quemcunque Episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius Imperatoris: quod tamen fiat absque omni pecunia, & ut ipse sit Patricius & Rex. Quòd si à clero & populo quis eligatur Episcopus, nisi à supra dicto Rege laudetur, & investiatur, non consecretur. Ita habet decretum Pontificis & cleri Romani apud *Sigonium.* Ejusdem meminit *Stella* in Leone: *Omnem*, inquit, *eligendi Pontificis authoritatem à clero populoque Romano abstulit, &, Gratiano referente, in ipsum Othonem transtulit: quod fecit in Synodo congregata* Romæ, *idque cum toto clero populoque Romano constituit,*

ut de

ut de hoc text.est LXIII.dist.c.*In Synodo*, ait *Naucler*.Gener.33.p.142.Idem habet *Platina* in Leone VIII.& *Genebrard.* qui tamen, ut omnipotentiæ Pontificiæ assertor impudentissimus, constitutionem hanc totius Synodi hinc inde ita perstringit, ut ἀνεπαισχύντως omnem fundi Christiani calamitatem conjiciat in translatum à Pontifice jus electionis & investituræ. *Eodem*, scribit a. Ch.964. *tempore, quo Nicephorus Phocas, jus conferendi Episcopatus & sacerdotia in Oriente sibi sumpserat*, Zonar.t.3. *Otto primus an. scil.*969. *hoc jure in Occidente uti cepit. Nam Landouardus* Mudensis *Episcopus primus inter omnes antecessores suos investituram (ut loquebantur) & regalia suscepit de ejus manu*, Crantz.Metrop.l.3.c.33. *Quapropter longa de hoc jure fuit in Ecclesia & miserabilis concertatio. Hoc enim, duo Henrici: Pater & Filius, hoc idem duo Frederici, avus & nepos defendere & tueri tentârunt. Sed vicit Christus ut jus suum Ecclesia Imperatores reliquerint, aut potius propter infortunia relinquere coacti fuerint*, Id l.2.c.29. Hæc *Geneb.* Sed mirũ est, hominẽ præjudiciis ita in transversũ posse rapi, ut ne propriæ religionis principia cõcussisse & convulsisse horrori sit. Decretum, de jure electionis & investituræ Imperatoribus restituendo, cujus erat? Papæ utique, totiusque cleri Romani, συνοδικῶς con-

congregati. Hæc ipsa verò Pontificis constitutio aut legitima fuit, pia, adeoque necessaria, aut impia. Si *prius*, cur tot, homo Gallus, de Germanorum tyrannide, de ablato dignitatis Pontificiæ splendore &c. querulas eructat voces? Cur publicum Synodi indultum Imperatoribus concessum, rectè deinceps extortum, commendat? Si *posterius*, quomodo ab errandi & exorbitandi macula in rebus, fidem concernentibus, eum liberabunt Pontificem, qui quod, suâ sententiâ, Christo debebatur & Ecclesiæ, aliis sacrilegè adjudicat? Nescio, an hodierno die Pontificiorum Scholæ errorem alium indigniùs exagitarent, quàm qui electionis Papalis, totumque adeò investituræ jus Imperatori redderet. Scimus, quo loco habeant electionem nostrorum ministrorum, quòd ab ea Magistratûs authoritas non excludatur. Alii ergò, naris emunctioris Aristarchi, videant, majorem ne gratiam apud Pontifices ipsos *Genebrardus* inierit, quòd sartum iis velit & tectum privilegium investituræ; an graviorem meritus sit pœnã, quòd, quę synodicè sancita sunt & decreta, nõ sine magna ἀναμαρτησίας Papalis labefactione, impietatis ubique nomine & sacrilegii notet. Vidit, dubio procul, nodum hunc *Baronius*. Unde maluit constitutionem hanc appellare *ascititiam* an. Chr. 964. S. 22. (hac verò litura antequam omnia expungat, cum magnis primò fidei suæ sociis transigat, erit necesse) quàm Pontificis authoritatem in discrimen

ad-

adducere. Cæterùm,de authoritate Imper
rum in electione Pontificum diximus *Secul.*
p.675.De investitura verò iisdem concessa,
gaque consuetudine usurpata,videatur *Catal.*
*Verit.*l.XI.p.282.& deinceps. *Avent*,annal.lib
p.486.487.

2. *Pontifices ipsos ab Imperatoribus s*
bus suis justè *fuisse eiectos.* Exemplum
bemus in Iohanne abrogato per Ottonem
Synodo Romana,quod tamen factum *Baron.*
Chr.964.S.25.dignum excusatione judicat
bis Apostoli: *Testimonium illis perhibeo, q*
Zelum habeant,sed non secundum scienti
quasi verò,qui *monstrum, hominem tur*
simum , quem iure detestentur omnes b
ut *Baron.*loquitur an.Ch.963.S.39.ipsa vitæ
râ indignum,universalis Episcopi,vicarii Ch
&c.axiomate spoliat,eo nomine purgari ad
debeat & excusari ? Quòd autem ejusm
ἐνθρονισμὸς *justè* fieri addimus,nec hoc nov
tis prætextu suspectum esse debet. Fatetur e
Baronius,loco modò citato,eorum, qui Iohan
condemnatione approbata, Synodum Ro
nam,etsi non à Pontifice,sed contra Pontific
collectam, ut legitimam acceperint, *numer*
adeo excrevisse,ut vix pauci, quibus inquir
da veritatis amor fuerit , & studium eius p
scrutandæ maius inhæserit , inventi j

qui obrutam veritatem vendicârint in lucem.

III. *Imperatores precibus fuisse solicitatos*; ut, cùm altum stertere nt illi, quibus Ecclesiæ negotia curæ esse deberent, ipsimet tot irrepentibus malis medicam adhiberent manum; *Reformationemque instituerent.* *Sigon.* de Reg. Ital. l. VII. p. 168. *Otto; cùm per totam æstatem Berengarium maximo, sed inani, rerum apparatu premendo opppido fatigâsset; medio autumno exercitus parte in obsidione relicta, cum altera* Romam *contendit, scilicet à* Romanis; *qui in fide manserant, occultè accitus.* Repentino *adventu ejus Iohannes & Adelbertus ita consternati animo sunt, ut urbe statim, thesauro* S. *Petri averso, se proripuerint. Ibi Otho* à clero populoque Romano rogatus; ut Rempublicam & Ecclesiam, *cujus causâ in Italiam trajecisset*, in commodiorem statum redigeret, *se non defuturum respondit; ac statim de re consultare constituit.*

V. De Coniugio Sacerdotum. Novum fuerit, *Ministris verbi coniugii concedere libertatem*, cùm ne hoc quidem seculo defuerint, qui patrocinium ejus susceperunt? *Bal.* Centur. 2. pag 128. An. Ch. 950. *Elferus, Princeps Merciorum pro Sacerdotum coniugio cum* Monachis

bellum habens, Alfritha regina fautrice, i[...] ab Eccleſiis ejecit, & Sacerdotes denno int[...] duxit. Etp. 131. *Inde Satanicus impoſtor, E[...] gari Regis authoritate fretus, anno ſequen[...] adjunctis ſibi in eadem commiſſione Oſvv[...] do Eboracenſe atque Ethelvvoldo VVinto[...] enſe Epiſcopis & ſimilium artium* Monach[...] *ſacerdotes omnes (quos vaſa fornicationi[...] hypocrita vocabat) cum non vellent uxores r[...] linquere, à* Cathedralibus *Eccleſiis una c[...] ipſis uxoribus violenter excluſit. Et Monac[...] ſub caſtitatis fuco, cum omni Sodomia ac pæ[...] raſtia in illas introduxit: quas uſque ad* He[...] *rici octavi tempora tenuerunt,* Sederant tu[...] *multi, præcipue Scotus unus, qui horribilib[...] his monſtris fortiter reſtiterunt.* Etp. 1[...] *Multi in Anglia his diebus adverſus Eth[...] vvoldum, ac magiſtrum eius Dunſtanū diſ[...] tabant, ſuper ſacerdotalis matrimonii negot[...] præcipue Scotorum quidam Pontifex,* ut *Vinc[...] tius* libr. 24. c. 8. & *Antoninus* part. 3. tit. 16. cap[...] teſtantur. *Catal. Teſt.* Verit. lib. XI. pag. 3[...] *Porro, etſi interdictum Pontificium de voto c[...] libatus pleraque loca corruperat, tamen in* A[...] *glia, in Galliis,* Italia *& Germania, ſuperfu[...] runt ſacerdotes coniugati circa annum Chri[...]*

95[...]

950. Et pag. 309. *In Anglia magnum certamen inter clerum & sacerdotes in Cantuarensi Ecclesia exortum est. Occasio fuit hæc. Elfredus Merciorum Princeps, pro conjugatis sacerdotibus cum Monachis bellum gerens, profligatis Monachis sacerdotes conjugatos Ecclesiis restituit: præsertim* Alfritha *regina sacerdotibus favente. Verùm Monachi nihil non moliebantur, ut oppressis sacerdotibus piè in coniugio viventibus, ipsi soli rerum potirentur, ac, sub cœlibatus specie, insidiarentur castis coniugum thalamis. Primum igitur suis vociferationibus ad populum in invidiam pertrahunt vitam coniugalem sacerdotum, tanquam ab omni pietate alienam: quia nimirum Canonibus seu constitutionibus Pontificalibus repugnaret. Deinde aulam irrepunt, nec tantum criminationibus portentosis, verum etiam arte magica hominum voluntates fascinant. Dunstanus factionis* Monastica *patronus, & magus insignis,* Romam *profectus, à Iohanne* 12. *pallium emit, & sævum diploma contra legitima coniugia sacerdotum impetrat. Domum reversus suam* Gorgonem *tum Politicis viris, tum etiam Ecclesiasticis omnibus obiecit. Synodus igitur VVintoniæ in-*

 dicitur

dicitur: hic sacerdotes ex verbo DEI dilucid demonstrant & evincunt, coniugium non m do permissum; verum etiam mandatum ess sacerdotibus. Proferunt insuper exempla pri mitivæ Ecclesiæ plurima. Dunstanus ver cum suis asseclis, omisso Dei verbo, profert tra ditiones humanas & diploma Pontificium Sed *cum videretur sacerdotum causa superio futura, Diabolus à Dunstano mago evocatu vocem edit, non aliter atque ex imagine Chri sti crucifixi, quæ à pariete pendebat, dicentem Dunstani sententiam veram esse, ut refert* Ra nulphus: *seu, ut* Malmesburiensis *habet clericos, eorumque fautores esse confusos.* Po lydorus *ait, hanc fuisse vocem*: Non bene sen tiunt, qui Presbyteris favent. H*is verbis palan auditis, multi quidem expaverunt, atque d fervore certaminis remiserunt. At nonnull technarum istarum non ignari protestati sunt sese propter hanc vocem nequaquam impio de creto assentiri posse. Nôrant enim, Deum ne quaquam ferre sententiam contra suum ex pressum verbum: Satanæ vero proprium illud esse opus, ut contra Dei voluntatem pronun ciet. Monachorum tamen plausibus & clamo ribus Synodus dissolvitur. Hæc facta videntur circa*

circa annum D. 975. Nondum igitur sedatis animis (Ut *Malmesburiensis* & Arnulphus loquuntur) *alia Synodus habetur, ad quam Elfredus evocat è Scotia Episcopum, insigni doctrina, fide, eloquio & authoritate præstantẽ,* qui conjugia sacerdotum ex verbo Dei, non autem hypocrisin & tyrannidem Monachorum asseret. H*unc alii Fathodum, alii vero Ethelredũ* (ut scribit *Balæus*) *nominant. Iterum validis argumentis sacerdotum coniugium adstruitur, ut* Monachi *velut luce divina obcæcati, non haberent, quod opponere possent. Tandem ad extremam ancoram confugiunt. Dunstanus* Magus *& tragœdiæ choragus, dicebat, se senio & Ecclesiasticis laboribus ita confectum, ut studiis incumbere ulterius non posset, nec velle se eiusmodi colloquiis deinceps molestari: ac licèt* (inquit) *videamini victoriam habere, ea tamen non gaudebitis, nec velle vestrum ea in parte sequetur. Magicis igitur artibus effecit, ut subitò cœnaculum, in quo disputantes assidebant, corrueret; & nonnullis occisis, aliis verò miserabiliter læsis, solus Dunstanus in trabe stans incolumis maneret. Alii ferunt Monachos una cum Dunstano à periculo fuisse immunes.* Vide etiam *Balæum* cent. 2.

N 3 pag.

pag. 139. *Polydori* (qui ut rectè loquitur *Bal.* hanc illorum fraudem Diabolicam occultare noluit, quamvis infinitas eorum nequitias amicus celaverit) testimonium ex Lib. 6. Hist. Angl. suprà citavimus.

VI. De usu LINGUÆ VERNACULÆ in obeundis sacris. Novum ne fuerit, *Deum linguâ laudare notâ*, cùm Bohemis vix ad fidem conversis nihil molestius fuerit, quàm vernaculæ linguæ usum sibi eripi? *Anno* 968. *cum* Boleslaus *pius Episcopatum Pragæ fundaret, in que Episcopum electus esset, atque ab* Hattone, *Moguntino Archiepiscopo confirmaretur*, Dethmarus Saxo, *Papa* Romanus *formulam administrandi Ecclesiam submisit, mandans expresse, ne à ritu ceremoniisque & cantu* Romano *ullam in partem deflecteret. Bohemis, quòd sibi vernaculæ usus eriperetur, admodum inique ferentibus. Ideoque, cum Episcopus* Dethmarus *mox eodem anno extinctus fuisset, successorque* Woytich *à persecutionis turbine* Romam *secessisset, missunt* Romam *ad Pontificem, anno* 977. *sacerdotes duo*, Bolehost, *&* Mislibor, *cum quatuor aliis* (Krzivvano, Rosislavvo Wuymiro & Jarek) *cum de reditu Episcopi, tum de reddendo sibi vernaculæ in*

sacri

sacris usu, acturi. *Quos & impetrâsse quod petebant à Pontifice, missamque ab Episcopo vernaculam litanearum formulam (quæ hactenus extat) Annales testantur.* Eccles. Bohem. persec. c. 5. p. 15.

VII. De MONACHATU. Novum fuerit, *Monachos non eo habere loco*, quem fastuosè invadunt veriùs, quàm occupant? cùm constet hoc ipso jam seculo multos vidisse, non respondere eventum votis eorum. Undè *VVitichindus* apud *Baron.* an. Chr. 941. S. 2. & *Vrsperg.* pag. 207. *Igitur cum bella intestina simul & externa cessarent, legesque divinæ & humanæ authorali vigore pollerent, gravis persecutio* Monachis *oritur illis diebus: affirmantibus quibusdam Pontificibus, melius videri paucos vita claros, quam plures negligentes, in monasteriis esse: ideoque oportere conversationes eorum per Monasteria perspicere, & nō bene conversantes abiicere.* Hoc cribro quàm graviter fuerint perculsi, hinc patet, *quòd*, teste eodem, *plures propriæ infirmitatis conscii, deposito habitu, & relictis* Monasteriis, *grave onus sacerdotum devitârint.* Fuit autem hæc contra Monachos persecutio instituta à *Friderico*, Episcopo Moguntino. Ante jam Anno Christ. 933. S. 1. de *Arnoldo*, (quem *Arnulphum* alii appellant)

Baronius ex *Frisingense* fuit conquestus, quòd *Ecclesias & Monasteria Bojariæ destruxerit*. Hoc verò pulvere defricari debuisse abominabiles Monachorum sordes, jam antè variis Scriptorum Pontificiorum querelis planum fecimus. Vide sup. p. 84.

VIII. De EUCHARISTIA. Novum ne fuerit *Transelementationem negare, aut Transsubstantiationem*, cùm circa an. Ch. 950. in clero Cantuariensi, *magna sub Odone lis fuerit circa panem Eucharisticum: quibusdam affirmantibus, priorem in eo manere substantiam, & tantum esse figuram corporis Domini, ac vinum sanguinis. Quod Odo non solidis Scripturis, sed quibusdam præstigiis ac mendacibus Satanæ miraculis, cum respondere non posset, diluere laborabat*; Bal. Centur. 2. p. 128.

IX. De PRÆDESTINATIONE. Nova fuerit Reformatorum de Prædestinationis mysterio doctrina, cùm *Ambrosius Ansbertus*, Theologus Gallus lib. 6. cap. 13. Apocal. ab ea nihil tradiderit diversum. *Liber*, inquit, *prædestinationis sicut fixa æternitate electos tenet adscriptos, ita nequaquam ulla ratione reprobos admittit scribendos. Sed cur hoc? Si à me quæritur, citius respondeo; quia Deus summè bonus*

nus & clemens & justus est. Clemens, quia gratis quosdam salvat peccatores: iustus, quia propter meritũ reprobationis, nõ sine iustitia damnat iniquos. Dignè quæreret homo, cur omnipotẽs Deus alios in libro vitæ scribit, alios vero ne scribantur, repellit: si ex illa massa iniquitatis unus natus, suo merito salvaretur homo. Nemo quippe ut divina illum gratia subsequatur, prius aliquid contulit Deo.

De doctrina *fidei*, quâ sola nos justificari αὐτολεξεὶ asseruerunt; *operum, Legis, justificationis, liberi arbitrii*, ex *Theophylacto* Græco; *Ansberto*, *Giselberto* (quem tamen Genebr. ad a. 880. refert) *Smaragdo, Radulpho*, Latinis seculi hujus Scriptoribus, ea, author Catal. Test. Verit. lib. XI. suppeditat testimonia, quæ Confessiones nostras à novitate satis liberant: Compendio nostro omnia inserere brevitatis studium non sinit.

c. Quòd si verò dixeris 1. *Paucos tantum esse, & cum reliquis collatos nullos, qui Papæ & Papatui hoc seculo renuntiaverunt? Plures enim si haberi potuissent, Catalogo, sine dubio, à nobis modò contexto, additi fuissent?* Resp. *a.* Non numero hic pugnamus, sed pondere & authoritate eorum, quos Pontificii ipsi (iis tantùm exceptis, qui semel animo suo constituerunt defendere, quidquid Papæ Majestatem quo-

cunque modo labefactare posset) ἑκόντι ἀέκοντί γε θυμῷ, calculo suo probant. *b.* Habuisse, modò memoratos Papæ-mastigas, plures per totam Europam asseclas, quàm sedi Pontificiæ expediverit, non obscurè colligimus, ex acerbis Pontificiorum querelis. *Baronii* querimoniam, acrem satis & mœstam jam jam exscripsimus. *Genebrardus* haud multò patientior *Hac*, scribit an. Ch. 964. *Imperatorum Orientalium audacia ingentes in Ecclesia turbas excitavit. Et causa fuit, cur* tam multæ hæreses *in Ecclesiam irrepserint, imo in eam impetum fecerint etiam in Occidente:* quæ quidem phrasis aliud nihil vult, quàm conferto multos agmine, Papatu abjurato, ad Christi castra rediisse. Nec obstat, quòd calumniator *hæreseos* nomine exosum reddere conatum eorum satagit: diu enim satis est ex quo suo nos appellare nomine hæretici consueverunt.

II. Si instes: *Vna hirundo non facit ver. Vnam* Religionis *Pontificiæ excussisse hypothesin, non statim est totũ abjecisse Papismum, Iam verò constat, Imperatores, clerum* Romanum, *&c. etsi Pontificis nimiam licentiam frænârint, in cæteris tamen, à ritibus, ceremoniis dogmatibus Ecclesiæ* Romanæ, *ne hilum quidem discessisse?* Resp. 1. Historicos delectari

locuti-

locutionibus synecdochicis. Unius sæpe meminerunt dogmatis profligati, aliis interim non exclusis. Controversiam *Dunstani*, cum adversariis, absolvunt quidem Scriptores quæstione de *Conjugio Sacerdotum*: plures tamen esse intelligendas alias, opportunè monet *Genebrardus* ipse: *In Anglia Dunstanus Cantuariensis, Principe Edgaro opitulante, resistit cupientibus sacerdotum connubia introducere*, & novis aliis dogmatibus *Ecclesiam obturbare*. Quæ *nova* hæc *alia* fuerint *dogmata*, expressisset *Genebrardus*, nisi facilè subodorari potuisset, tantum hinc ementito suo Catholicismo decedere, quantum rectè sentientium partibus accedit.

2. Sed & unum sæpe fidei Pontificiæ negasse articulum, est totius Papismi concussisse fundamenta. Qui primatum Papæ arietat, satis se μισοπαπῆντα prodit, nec multum sibi de sede Pontificia polliceri potest, etsi vel in reliquis per omnia Ecclesiæ Romanæ placita sequatur. Hinc liquet, Pontificem, ut illibatam ubique servaret potestatem suam in aliis etiam cedere paratissimum fuisse, quæ aliâs nonnisi sangvine redimere licuisset. *Et satis constat*, scribit *Honorius Reggius* de statu Ecclesiarum in Anglia pag. 10. *quòd Carletonus Cicestriæ Episcopus in vita Elizabethæ tradit, Pium IV. Anglis obtulisse*

cœnam

cœnam sub utraque specie & Liturgiæ(qua *bantur) vernaculæ confirmationem*, *n* *Primatum Papæ agnoscerent*. Hæc causa cur Pontifex Concilii Tridentini Paterculis præter alia duo,severè injunxerit,*ut ne pater* *tur authoritatem suam ullo modo in discrin* *adduci*, *aut disputationibus exagitari*; *S* *Polan*.de Conc.Trident.l.2.p.201.Cumque vi ret Papa,nihil minis se proficere,aut brutis fu nibus,altam excutere quercũ, blanditiisq; G manicas Ecclesias ad gregem suum revoc cogitavit.Referam ipsa *authoris* citati verba, extant Hist.lib.3.p.364. Post Fanensem igi Veronensem & Ferentinum EpiscoposNunc in Germaniam amandat, quos de voluntate natus Cardinalium,Bulla pridie Cal. sept. d instruit,ac mandato significandi omnibus,qu rectam veritatis Catholicæ viam redire vole se paratum obviis eos ulnis amplecti, facilemq in gratiam eos recipere, modo leges accipia non præscribant. Legatorum quoque conscie tiis relinquere,ut de veteri pœnitentiæ form relaxent, quantum sine publica offensione ip remittendum videbitur, adeoque potestate ipsis facere absolvendi in utroque foro person quascunque Seculares,etiam Reges ac Princip tum Ecclesiasticas & Regulares Collegia & un versitates, ab omnibus excommunicationibu aliisque censuris & pœnis etiam temporalibu quas in hæresin lapsi incurrerint, immo si relap

sint. Item dispensandi ab omnibus irregularitatibus, quocunque respectu contractis, etiam propter bigamiam, & eosdem famæ, honori, & dignitati restituendi; ac abjurationem quamcunque, & satisfactionem debitam moderandi, sive omnino remittendi: atque tam Universitates, quàm singulas personas ab omnibus pactis, & conventionibus illicitis, quibus seductoribus suis tenentur, liberandi, absoluendique ab jurejurando, fide; & perjurio quocunque, cui sunt obstricti omissionis cujuspiam nomine. Absolvendi præterea Regulares ab apostasia concessa iis facultate induendi habitum regularem Sacerdotis secularis amictu coopertum veniam quoque concedendi quibusvis, etiam Ecclesiasticis, ut vescantur carne, cibisque vetitis, diebus jejunii, & quadragesimæ de Medici corporei & spiritualis consilio aut certe solius spiritualis, imò absque eo si ipsis ita videbitur. Item dierum festorum numerum moderandi, denique illis, qui sub utraque specie communicârint, calicis usum ad vitam, aut ad certum tempus, prout ipsis visum fuerit, cōcedendi, modo demisse id postulent, & fateantur Ecclesiam non errare, dum calicem negat Laicis, & dummodo separatim communicent alio tempore, & loco, quam vulgo sub una specie communicatur. Iisdem etiam fecit potestatem beneficia Ecclesiastica Academiis, & scholis, & locis hospitalibus uniendi, & bonorum Ecclesiasticorum occupatores post bonorum soli restitutionem absoluendi, de fructibus

perceptis, & nobilibus consumptis cum posse floribus transigendi, facta demum potestas facultates has viris aliis per Germaniam illustribus delegandi & communicandi.

Bulla hæc Pontificis, ubi peream, de qua mox erit dicendum, occasionem prælo commissa in manus hominū pervenit, variis sermonibus exagitatur primum, illud quod præfatur Pontifex, in turbis Ecclesiæ id sibi afferre consolationem, quæ prædixit Christus triticum Ecclesiæ, ab Satana cribatum, per fidem Petri conservatum iri, maxime adhibito à se generalis Concilii remedio, ac si Ecclesia non alio fundamento niteretur, nisi Pontifice, & sexaginta Præsulibus Tridenti congregatis. Dein illud insimulabant vanitatis & arrogantiæ, Papam velle Reges & Principes honori, famæ, & dignitati restituere. Etiam contradictionem implicare putabatur, absolvere resipiscentes à juramentis illicitis, nam si illicita sunt, absolutione nihil opus: sin jusjurandum est rite conceptum, nemo quisquam absoluendi habet potestatem. Illud quoque contradicentia complecti videbatur, concedere calicem duntaxat his, qui credunt Ecclesiam non errare, cum ejusdem usu Laicis interdicunt, quomodò enim verisimile sit aliquem ita credere, qui tamen non postulet inter eos censeri, quibus interdicitur? Ridicula verò visa conditio opposita absolutioni Monachorum, qui claustra dereliquissent, operiendi se amictu Sacerdotali, quasi

regnum

egnum Dei situm esset in colore & forma vetimenti,atque quod foris non licet, id intus salem necessario gestandum foret. Hæc author. Hist. Concil. Trident. Vides,unum hunc de auhoritate Pontificis articulum, cæteris omnibus n Papistarum Scholis esse ἰσόῤῥοπον.

His affine prorsus est, quòd egregius ante biennium vir, Nobilis Belga, Româ tum redux, mihi referebat. Dicebat, mentionem aliquando Romæ inter quosdam eruditos, quibus cum familiariter vixerit, injectam fuisse Reformationis, superiori seculo institutæ. Id verò, ajebat, Pontificios unum ussisse, maximoque adeò vitio ver tisse, quòd importunè nimis triplicem Papæ coronam Reformatores contrectâssent, ejusque authoritatem de ponte deturbâssent. Dogmatum confirmationem, aut; speciali privilegio; concessionem facilè obtinuissent, dummodo intactam reliquissent, tectamque Majestatem Papalam, neque tam infami Antichristi nomenclatura eam insigniissent. Ipsa hæc cura sub pectore maximorum in regno Papistico athletarum fixa, nostro etiam tempore eosdem non parum versavit, aut coxit. *Et sanè* (sic scribit *Samuel Maresius* Præf. ad Illust. Belgii fœderati ordines in Concord. discord. & Antich. revel.) *cum Thomas Campanella in astutis & Achitophelicis suis quæ suggessit regi Hispaniæ contra hanc vestram Rempublicam consiliis, nominatim*

natim censuerit, summopere procurandum, ut una de Antichristo quæstio in his oris ventilaretur, ut pote in qua consistat summa rerũ, &c. Habes, quàm sit lubricum, hunc in Papatu errare errorem! Omnia sursum deorsumque ferri citiùs patientur, quàm unum hunc de absoluto in Ecclesiam Papæ dominio moveri lapidem. Cùm ergò, ut redeamus ad institutum, seculo hoc *decimo*, non Laici modò; sed & Clerici, imò, Papalis throni candidati, viderint, nimium quantum sibi Pontifices Romanos rapere, eoque nomine dicam eis masculè impegerint, ipsumque apertè Antichristum definierint, quis non animadvertit, quantum formalis Papismus uno hoc ictu acceperit vulnus?

Quòd si verò quis porrò objecerit: *Vixisse omnes, eos etiam, quibus non pauca Papæ decreta, Primatus præsertim ejus, displicuerint, in externa Ecclesiæ* R*omanæ communione; nec statim propterea secessionem eos ab illa fecisse?* R. 1. Quòd non secesserint statim omnes, aut Papismum deseruerint facilè damus. Habebat *captivitas* (à quo vocabulo nec ipse *Genebrardus* in hac materia an. Chr. 898. abhorret) ista, suos terminos, quibus inclusa tam diu in squalido illo carcere Ecclesia delituit, quoad supremo Numini his quoque malis finem imponere placuit. Iudæorum captivitas Babylonica certis cir-

circumscripta fuit annis: interea temporis redire illis domum non licuit. At absoluta παρεπιδημία nemini diutiùs morari inter infideles concessum fuisset.

Sed si & hoc tandem dixeris: *Non illos tantùm, qui in controversiam vocant Pontificis Primatum sed & cæteros omnes, in quibus Ecclesiæ nostræ ὑπαρξιν ostendamus, natos, baptizatos, educatos fuisse in Papatu?* Resp. Rectiùs ne dicatur Ecclesia admixta Papatui, sicut quisquiliis adjectum videas frumentum, scoriis aurum; an Papatus accrevisse Ecclesiæ, sicut struma corpori; disputare nihil attinet. Utrum libet dixeris, parùm pro causa sua subsidii habent Pontifici. Num veri Israelitæ propterea pii & orthodoxi esse destiterunt, quòd inter crassissimos habitârunt Idololatras, Chaldæos? Num Elias, paucique ejus asseclæ contagionem contraxerunt, ab iis, qui Baali genua flexerunt; propterea quòd ita illis admixti fuerunt, ut vix apparuerint? Ita, quid obsit, eos in Papatu vixisse, quorum tamen frontes Thau erunt signatæ?

Si iterum instes: *Cur ergò, si tutum fuit aliquando in Papatu vivere, salva Religionis orthodoxia & veritate, idem non liceat vel nunc, vel tempore Reformatorum nostrorum?* Responsionē habebit in promtu, qui expendet, magnam esse disparitatem inter hodiernum Pa-

patum,& eum,qui septem,octo, &c. ab hinc seculis grassatus fuit. Certè,quod *Baronius* an Chr. 990.S.13. de Caroli magni asseclis,qui dicere solebant,*omnia licere Carolo etiam in ipsa Ecclesia*,monuit,*eousque à Deo tolerata peccata Regum illius stemmatis, quamdiu ea peccata non sunt defensa ut jure facta; ubi verò cœperunt obstinate defendi, ut error sit reputatus justitia, & inde hæresis oriri cœperit, tunc iram Dei effusam esse super Principes, & præcisum esse regnum ab eo*; id ipsum, suo quoque modo, ad præsentem applicari potest & debet materiam. Quamdiu errores Papistici non habuerunt patronos, qui, agnitam proculcantes veritatem,defendere eos, propugnare, & anathematismis obtrudere cœperunt, quasi *juris essent divini*; tam diu permisit Deus Majoribus nostris cohabitare Papistis. At ubi,Reformationis tempore, horreum Domini semel fuit purgatum,ubi Papismus ita obstinatè & temerariè fuit assertus,ut,damnatâ orthodoxiâ,error sit reputatus justitia,tunc sanè absque lethali conscientiæ vulnere sacra eorum participare amplius non potuissent. Potuit Loth Sodomæ morari usq; dū divinitus fuit jussus egredi; Israelitę Ægyptiorum &Babyloniorum sedes tam diu tutò occupabant, quamdiu expressum Dei mandatum secedendi non habebant. At semel habitacula ista deserere

ferere moniti ; non nisi cum utriusque salutis discrimine ea retinuissent. Eadem ratione piis nostris Majoribus , Angelica tubâ excitatis: ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς ὁ λαός μου, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἵνα μὴ λάβητε ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς, *Apocal.* 18:4. minimè vitio verti debet, si, aliorum malo sapientes, ultimum tandem vale Papisticis erroribus dixerunt.

SECTIO VI.

De

Falsa Ecclesia.

Habuit hoc seculo Ecclesia falsa (ut de Judæis, Gentibus , Muhammedanis; [a] Manichæis , [b] Anthropomorphitis nihil dicamus) augmenta sua & incrementa à curia Romana, quæ ut ipsa, impietate [c] vitæ, superstitione rituum, falsitate dogmatum , & ipso nonnunquam atheismo, aliis prævivit exemplo; ita non paucos habuit vel illecebris pellectos, vel minis adactos, qui, posthabitâ conscientiâ, omnem suam Religionem à solo procerum , Papæ cumprimis, exemplo suspenderunt.

[a] Supererant enim adhuc in Oriente Manichæorum reliquiæ, quas precibus *Theodori* Patriarchæ Antiocheni, Ioannes Zimisces Imperato ex Orientis partibus, Philippopolim in Occidentem transtulit: *Zonar.t.3.p.167.*

[b] *Geneb.* an. Chr. 943. Anthropomorphitarum hæresis repullulat. Eos eruditione sua repressit Racherius seu Catherius, Veronensis Episcopus.

[c] Quæ omnia fuse à nobis, ex ipsis Scriptoribus Pontificiis illustrata sunt suprà, Sect. 1. & 5. Omnia ista fere concedunt illi etiam Papæ ministri, qui conductum, & auro oblitum habuerunt calamum, in uno hoc tergiversantes, quòd nolint in dubium propterea vocari Pontificis infallibilitatem: Quod certè aliud nihil est, quàm concessis præmissis ipsam pueriliter negare conclusionem. Urgent quidem promissionem divinam Petro factum, & miraculosam conservationem; sed nihil eam ad Apostaticos & Apotacticos Sedis, initiò quidem sanctæ, sed multimodè paulatim profanatæ, invasores pertinere, ipse docuit eventus. Si enim eo modo salvam semper & sanctam voluisset Deus sedem Romanam, tot manifestè impios, Vicarios nunquam admisisset. *Monstra* multa in *Platina, Onuph Baronio* hoc seculo video, miracula non video. Si quibusdam sufficiat, hoc crepuisse miraculi, quòd inter tot Schismata & συρράξεις non ipse statim Papatus, & successio Pontificum expirârit, cogitetis; luculentio-


lentiorem longè hinc habituros impietatis suæ prætextum Muhammedanos, quibus, licet Respublica eorum hoc seculo valde concussa fuerit & quassata, nunquam tamen defuerunt vel *Chalifa* in Politia, vel *Mophtai* in Mesghida.

Duo observo, fulcra, quibus cariosam hujus seculi Pontificum sedem sustentare conantur Papistæ. Primum Cardinalis *Baronii* exprimā verbis. *Hic mirari non desino*, scribit. a. Ch. 933. S. 5. *quòd, cum tale monstrum sedem Apostolicam occupâsset, cui non ætas, non natalitia; non legitima suffragaretur electio, & qui nihil nisi nomen Pontificis malis usurpatum artibus retineret: tamen nomen tantum reveriti Pontificis Episcopi, qui procul essent, omnem ei exhibuere reverentiam, ut est in exemplo Artaldus, &c.* Ita alibi. Putat nempe, ex reverentia, quàm exteri Reges & Principes Pontifici Romano habuerunt, rectè colligi certitudinem promissionis dominicæ, in miraculosa sedis Papalis conservatione impletæ. Sed miror, hominem hujus paralogismi non pudere. I. Quis credat, rectè fecisse, qui *incarnatis* ejusmodi *Diabolis, monstris & portentis*, plus quàm divinos detulerunt honores? quis eorum probet zelum, qui salutem iis commiserant pastoribus, qui ne suæ quidem curam gesserunt? qui dogmatum decisionem ab iis expectârunt, qui nec per stupiditatem potuerunt, nec per impietatem voluerunt? II. Quid

mireris, exteros etiam anathematismis Papalib
territos humanitati cessisse, & tantùm non su
cubuisse? Sig. de Reg. Ital. l. 7. *Pontificis vir*
inquit *in sacris detestationibus versabantu*
quas Christiani reges tum (hoc seculo) *m*
ximè exhorruerunt. Non amore Papæ,
formidine pœnæ, adulari multi, & blandiri
dicerunt. III. Provocare hic licuit à malè inf
matis Regibus, Episcopis, ad meliùs informa
dos. Multi de Papa præclarè senserunt, qua
diu communem de infallibilitate ejus cum a
errârunt errorem; at certiora edocti, non mo
palpum Papæ obtrudere destiterunt, sed eid
aperto Marte restiterunt. Digna sunt ve
Sigonii l. cit. p. 169. Cùm Iohannes, cujus ca
Romæ concilium indicebatur, abesset, *unum*
lud sibi mirum videri adjecit Otho Imperat
quòd Iohannes, qui hujus princeps consilii,
ctorque esse deberet, unus abesset, causam
cur non accessisset, rogavit. Tum Episco
An verò tu solus, inquiunt, mores, vitam
Iohannis Imperator ignoras? neque adolesc
tis arrogantiam, nequitiam, libidinemque
mone, aut fama ulla comprehensam tenes! Q
bus Otho miratus: Placetne igitur, qua
his Iohannes præditus moribus est, ut ant
illius vita, quàm de re ulla alia referat
C

Certè si infamis ille homo nequidem Imperatori characteribus suis notus fuit, quid existimes de aliis sentiendum, quibus in arcana Romanæ curiæ tam falicè penetrare non licuit?

Alterum est *Genebrardi*, de conversione Gentium seculo hoc satis illustri, ceu diximus Sect. 3. quam etiam Pontificibus Romanis (qui tamen nihil minus curæ habuerunt quàm prædicare Evangelium, non remotis tantùm, sed ne Romanis suis) acceptam fuerunt. Quam objectionem pleniùs, cum responsione, habes supra pag. 150. & Sec. VII. pag. 421.



SECULUM,

Seu

CAPUT XI.

SECTIONES eius ſunt ſex.

I. De Chriſtianiſmo.
II. De Muhammediſmo.
III. De Gentiliſmo.
IV. De Judaiſmo.
V. Doctrinæ ϛυμϐίϐασις.
VI. Appendix de falſa Eccleſia.

I. Pergimus ad Seculum unc
mum,ſuperiori,ſive *naturæ* ordinem
pendanus ; ſive *Politiæ* regimen ; ſiv
cleſiæ denique conſtitutionem ,
multo melius. Unde & [a] *ferreu*
ci ſolet , *ultimum* [b] à multis eſt h
tum.

[a] *Ferreum hoc ſeculum ob maloru*
creſcentiam,Ditmaro dicebatur ;Baron. a
1001.

[b] Idem init. hujus ſeculi : *Incipit annu*

mus post millesimum, Indictione decima quarta notatus, ideoque nonnullorum vana assertione prænuntiatus mundi postremus, vel ipsi propinquus, *quo nimirum revelandus esset ille homo peccati, filius perditionis, dictus cognomine Antichristus. Fuerant ista in* Galliis *promulgata, ac primum prædicata Parisiis,* jamque vulgata per orbem, credita à compluribus, accepta nimirum à simplicioribus cum timore &c. Et paulò post: *Erant ad hac credenda* de fine mundi, *& adventu proximo Antichristi,* Romana *Ecclesiæ tot sæpe iterata naufragia, ex quibus Gerbertus æquè adventare Antichristi tempora jactitabat. Sed & corruptio morum,* quam magnam valde hoc tempore fuisse in hominibus, præsertim Ecclesiasticis, *Glaber ea videns deplorat, id ipsum poterat suadere.*

II. *Naturæ* prodigia adeò hoc seculo fuerunt crebra, [a] ut instantis vel [b] calamitatis, vel in Imperio mutationis, [c] belli cumprimis contra Saracenos suscipiendi sacri; vel etiam magni illius [d] diei Censori, indicium multi inde acceperint, judiciumque fecerint.

[a] quibus in *genere* primò unum & alterum audire placet loquentem Scriptorem. *Naucler*

Generat.35. *Per hac tempora luna in sangu-* *nem versa.facula ardens instar turris cum fr-* *gore de cælo cecidit, mare litus egressum plur* *urbes submersit, secuta est fames valida to* *fermè orbe terrarum, pauloque post in Ita* *tanta peste laboratum est, ut plures mortui c* *cantur, quàm superstites, quam calamitate* *fons in Lotharingia saluberrima aqua, in sa-* *guinem tum versus, indicâsse credebatu* Videatur etiam Plat. in Ioh.19.& Vict.3.& Vr p.227. Sic *Author Fascic.* tem pag.71.b. *Luna* *sanguinem versa apparuit, & terramotus m-* *gnus, facula ardens, & fulgur instar turris c* *cidit cum maximo splendore. Sequitur fam* *valida. In Lotharingia fonticulus aqua* *sanguinem versus, & multa signa circa h* *tempora contigerunt.* Et p. 47. a. *Solita pe-* *cula contigerunt circa hac tempora: scil. inu-* *datio aquarum nimia cum damno immens* *Aves domestica silvatica fiunt: Pestilentia m-* *xima, & plures sacro igni consumti sunt, ex-* *carnibus, & membris instar carbonum. Terr-* *motus in Anglia, ut adificia eminus reli-* *rent, & furor ventorum, qua 600. dom* *Laudonia confregit. Fames & ictus fulguri* *ultra modum, &c. Et fons sanguinis 15. dieb* *eman*

emanavit. Et Diabolus palàm locutus est omnibus in pago quodam visibiliter apparendo. Et p. 75. a. *Soles duo apparuerunt, terræmotus magnus fuit, stella per diem fulguravit. In Italia pluit sanguis. In Antiochia terra absorpsit plura ædificia. Et porcellus nascitur cum capite humano. Pullus nascitur quadrupes, & mulier quædam enixa fuit monstrum, ante sicut homo, retro facies canis & cætera membra.* Idem ferè habet Bal. Cent. II. pag. 150. & pag. 160. Et *Avent.* lib. 5. pag. 591 *Crebra prodigia superstitiosius atque scrupulosius etiam, quàm Christiano convenit, notata, atque observata terruere mentes hominum: cælum ardere frequenter visum: Sol atque luna crebrò præter solitum, deficere. Complures stellæ de cælo in terram cadere visæ, faces ardentes, jacula ignita, ignis volans sæpius per aëra ferri, conspecta sunt. Nova astra visa, papilionum castra, ignei vermiculi, atque ignoti, per cælum volârunt,* Solis *lumen in nubium morem abstulerunt: fulmine, grandine, ventis, turbine, templa, ædes, casæ, homines, pecora, agri afflicti, frumenta, legumina, poma, fruges attritæ, ignes cælestes multifariam orti. Igneæ acies, turmæ equitum, peditū cohortes, civitates*

enses

enses,gladii, arma cruenta in cœlo visa, invicem conflixere. Diluvie,sterilitate, annonæ caritate,fame , pestilentia sæpius laboratum, ignotis morbis,igne,flamma, ardore invisibili homines excruciati,atque absque nota adustionis extincti,sanguinis rivos extitisse dicunt: sub ipsis flammis, cũ panis clibano esset impositus,ut coqueretur , cum forte panem quidam frangeret , manantis guttas sanguinis invenit. Signum immortale subito vestimentis hominum adhæsit. Fæmina biennio uterum ferens, marem loquentem enixa est. Mon- *strosi partus editi,pecudes , homines bicipites nati: domesticæ aves,pavones,gallinæ,anseres, ex vicis,pagis,urbibus,ædib. in sylvas migrârunt , ibi habitantes efferati sunt. Lupum triginta homines esitasse in annales relatum est.*
Hæc in genere: Nunc de iisdem κ̀ μέρ☉ dicemus,succinctè tamen. Et quidem 1.de *Terramotibus* An. 1020. magnus terræ motus factus est; *Vrsp.* pag.214. An.Ch.1034. Terræ motus Syriam afflixit die 17 Febr. duravit ibi & Constantinopoli diebus 40. Et an.1035. terræ motu hiatum factum esse dicit *Cedrenus*, & quinque absorpta oppida Germania tremore concussa legitur an. Ch.1065. ipso die Paschatis. An.Ch.1089. horribilis terræ motus annotatur die 11. Augusti in

Anglia.

Anglia. An. Chr. 1080. quatefacta est terra cum gravi mugitu prima noctis hora, sext. Cal. Apr. *Matth. Par.* Syracusana civitas magnum terræ motum sustinuit, & major Ecclesia cecidit dominica d e, omnibus oppressis, exceptis quatuor, miraculosè *Fasc. temp.* p. 72. b. *Naucl.* Gener. 16. *Zonar.* t. 3. pag. 217. *Hæc sexto Constantini Ducæ anno Imperii facta sunt, quem magnus terræmotus die 23. mensis Septembris antecessit, quo & templa & ædes multis in locis conciderunt.* Tum *Cyzici gentile fanum, opus pulcherrimum & admirandum corruit & Nicææ sanctorum Patrum maximum & celebre templum dejectum est.* Alium notat p. 237.

2. D fame, & peste. *Zonar.* t. 3. pag. 185. *Fame porro Cappadociam, Armeniam, & Paphlagoniam premente, locustis verò totum Orientem infestantibus, multi sunt coacti patria relicta, novas sedes quæritare.* *Vrsperg.* pag. 218. *Fames multas regiones afflixit, egestas & penuria undique prævaluit, multáque mala tunc temporis facta sunt.* *Baron.* ad an. Ch. 1006. verbis Sigeberti: *Fames & mortalitas tam graviter per totum orbem invaluit, ut sepelientium tædio, vivi adhuc sp ritum trahentes obruerentur cum mortuis: Quo tempore accidisse videntur, quæ de S. Odilone Cluniacensi Abbate*

Petrus

Petrus Damiani in ipsius vita sic narrat : erogandis praeterea eleemosynis ita largus er ut nonnulli,dum eum omnia dispergentem ne cunctatione conspicerent ; non dispensa rem,sed prodigum iudicarent : quodam te pore,dum fames valida Aquitaniae fines hementer affligeret, ac plurimas Galliaru provincias pestilenter arctaret, exhaustis i in pauperum usus arariis & horreis quoru tunque proventuum,non mediocriter profli tis : mox etiam plurima sacra vasa conf git,insignia Ecclesiae ornamenta distraxit ; rona quoque, quam sibi Imperator Henric *ob sui memoriam destinaverat , non peperc* Alia profectò nunc sunt mente ipsius succes tes,qui ut auro omnia coruscent & gemmis,fa le patiuntur inopia suos premi & fame affli Et *Zonar.*t.3.pag.229.*Barbaris autem Oriente vastantibus & obvios quoque ferro trucida tibus Asiani Constantiopolin confugeru Nemine autem bonum publicum curan (nam Imperator studiis vacans, iambos scri re à Psello docebatur) urbanos annona nuria premere cepit, quam calamitatem , evidentius & atrocius declarem , id mal fames fuit,eam pestis comitabatur: Unde*

minu

minum interitus tantus & tam frequens est consecutus, ut viventes morientibus sepeliendis essent impares. Tot enim peribant, ut sæpe multi in uno lectulo efferentur, multi in biviis insepulti iacerent. Vide *Stellam* Serg. 4.

3. De *monstris Zonar.* l. c. Ea tempestate Bizantii puer natus, capiinis pedibus, uno oculo in fronte præditus. *Naucl.* sub fin. Gener. 26. Circa hæc tẽpora mulier quædam in Constantia peperit hominem duo capita habentem, & omnia membra duplicia. *Ursperg.* Chron, p. 232. Quid referam, temporibus ipsis mulierem quandam duobus annis continuis imprægnatam; tandemque dirupto utero filium loquentem fudisse: itemque infantulum per omnia bimembrem: alterum verò capite bino. Agnellos quoque aliquos binis capitibus exortos fuisse: pullos etiam equarum dentes majores, quos equinos vulgò appellamus, quosque non nisi trinis caballis natura concedit, in ipso partu protulisse.

4. De *morbis insolitis* & pane ϑεηλάτοις, *Ursperg.* pag. 231. Postremò plaga illa, quæ circa Nivalensem S. Gertrudis Ecclesiam orta est, usque ad vitæ desperationem terruerat. Erat autem hujusmodi Tactus quisquam igne invisibili quacunque corporis parte tam diu sensibili, imò inconmparabili tormento, etiam irremediabiliter ardebat, quousque vel spiritum cum cruciatu,

vel

vel cruciatum cum ipso tacto membro amitteret. Testantur hoc hactenus non nulli manibus vel pedibus hac pœna truncati.

5. De *pluviarum*, cæterarumque aquarum *inundationibus*. An. Chr. 1086. nimia aquarum inundatio multis in locis periculosa fuit, & damnosa, ita quod rupes multæ liquefactæ plures obruerunt sua ruina villas; *Matth. Par.* pag. 11. Et pag. 16. an. Ch. 1093. tanta erat inundatio pluviarum, quanta post hominum memoriam acciderat. Et *Zonar.* t. 3. pag. 242. Alio tempore imber maximus eo die, quo Principum Christi Apostolorum Petri & Pauli memoria celebratur, erupit, vesperique auspicatus ad idem usq; tempus postridie sine intermissione duravit. Tum impetu aquarum multa ædificia sunt dejecta, & valles aquis redundantes à mari nihil discreparunt; homines non pauci ac animantes perierunt.

6. De nubibus, fontibus & pluviis sanguineis. An. Ch. 1100. apud Berck Syre in quodam pago, in villa Humestede sangvis emanavit de terra, continuis quindecim diebus ut amplum stagnum tingeret & inficeret *Par.* pag. 53. *Baron.* ad an Ch. 1017. ex fragment. Hist Franc. Circa id temporis in regione Aquitaniæ secus maritima tale prodigium accidit ante solemnitatem Ioh. Baptistæ: tribus diebus de cœlo pluit sangvis, qui cadens super carnem hominis, aut super lapidem, non poterat lavari; si verò super lignum

cade-

caderet, lavabatur. *Vrsperg.* p. 231. Nubes quoque sangvineas, tam ab Occidente, quàm Oriente surgentes, sibique invicem in cœli centro concurrentes conspeximus.

7. De *variis* in cœlo *visionibus* & φάσεσι, cujusmodi sunt, *a. Cometa.* Die 6. Octob. a. Ch. 1042. Cometa apparuit toto mense, progrediens ab oriente ad occasum. Sic an. Ch. 1033. stella die 28. Febr. iterum à septentrione versus meridiem trajecit cum sonitu & fragore, & visa fuit usque ad diem 15. Martii. Sic *Vrsperg.* p. 231. Et nos Cometem in plaga meridiana stantem suumque splendorem in obliquum gladii more protendentem, tunc circa Non. Octob. vidimus. Anno verò post hæc tertio stellam aliam in oriente locum suum longo interstitio saltibus mutantem VI. Cal. Martii conspeximus. Et. p. 219. A. 1066. Cometes per totum orbem diu apparuit. De eodem Cometa loqui etiam videtur *Zonar.* t. 3. pag. 217. *b. Stellæ inter se pugnare visæ.* Visæ sunt inter se pugnare in tanta frequentia, ut numerari non possent: *Baldricus. c. Ignei splendores*, & faculæ per aërem volitantes *Vrsperg.* p. 231. *d. Concursus & certamen equitum.* Non multò ante hos annos, inquit *Vrsperg.* p. 232. quidam venerabilis vitæ Presbyter, nomine Suiggerus, cujusdam diei hora ferè nona duos equites conspexit concurrentes in aëre, diuque concertantes. *e.* Conversio Lunæ in sangvinem *Naucl.* Gener. 35. initio.

8. *De incendiis*. Temporibus Alexii Comneni multa extitere incendia, diversis urbis locis igne desolatis. *Zonar*. t. 3. p. 242.

9. *De ventis & procellis. Id. ib.* Sed & aliquando verno tempore vehementis venti procella cùm alia multa corruerunt, tùm statua in rotunda illa maxima columna porphyretica, in foro Placoto dejecta, multos, qui fortè, ibi erant, contrivit. Id simulachrũ & mole ingẽs, & pulchritudine mirabile casu illo in multa fragmenta est comminutũ.

[b] Sic sentit *Plat*. in Ioh. 19. *Illo quinque mestri Pontificio multa prodigia apparuere* futura mala indicantia, &c.

[c] Istis prodigiis bellum sacrum prænuntiatum fuisse multi constanter tradunt, præter cæteros *Vrsperg*. p. 227. *Diversa quoque prodigia mundus parturisse ubique referebatur. Mox ex omnibus pene terræ, sed maximè ab Occidentalium regnorum partibus tam* Regum *& nobilium, quàm etiam vulgi, utriusque sexus innumerabiles turmæ armata manu* Hierosolymam *tendere cœperunt*. Et p. 231. *Multa, quæ tam in aëre, quàm in terris portenta apparuerunt ad hujusmodi exercitia antea torpidos, excitaverunt*; Zonar. t. 3. p. 238. *Deinde Francorum gens ab Occidente versus imperatricem urbem est profecta, ut inde in Orientem trajiceret: quorum motus portentis est denuntiatus. Nam*

locu-

locustarum infinita multitudo ab Occidente orta, & tanta, ut inter volandum nubib. æquipararetur; & Solē obumbraret, urbe maxima & finib. cuius pervolatis, quievit. Locustarū harū, sub ignotorū vermiculorū nomine meminit *Vrsp.* p.227. *per quā prodigiosam visionē,* addit, *illam quæ post quadriennium facta est, Hierosolymam tendentium profectionem quidam interpretati sunt figurari.*

[*d*] Vide sup. ex *Baron.* quibus adde testimoniū *Aventini* l.5. p.591. *Plerique omnes boni, aperti, justi, ingenui, simplices, tum Imperiū Antichristi cœpisse, quod ea quæ Christus Servator noster tot annos ante nobis cantavit, evenisse eo tempore cernebant, memoriæ literarum prodidere. Orbis terrarum tum à cardine bellorū procellis jactatus est. Genus humanū undique turbine armorum est. Orientales atque Occidentales inter se armis concurrerunt. Mortales cuncti mutuis se vulneribus afflixerunt. Nordmanni, Galli, Germani, Saxones, Vgri, Itali, Britanni, Christiani occidentales, domesticis dissidiis, civilib. armis attriti sunt. Græci & Armenii, Turcæ & Arabes, Hispani & Saraceni, Asiatici & Africani inter se infestis concurrere signis.* Hier*osolyma bis capta, bis expugnata est.*

III. *Regiminis* seu *Imperii* administratio alia fuit in *Oriente*; in *Occidente* alia.

IV. *Orienti*, seculo hoc Imperatores præfuerunt tredecim dispares, successu, fortuna, & eventu.

I. Est *Basilius*, de quo sub finem Imperatorum Orientis superioris seculi actum est: pleniorem περιστωπογραφίαν habet *Zonar.t.3.*

II. *Constantinus*, Basilii frater, socors & dissolutus, vitæq; ociosæ & ignavæ assuetus, aliis, hominibus nauci, administrationem demandavit, ipse interim, veneris & abdominis mancipium, voluptatibus indulsit. Prospera tamen contra Saracenos usus fortuna solicitus esse cæpit de successore; Romanum tandem designat Argyrum, & Imperatorem, & generum. Quia verò conjugii vinculum, quo constrictus adhuc erat Argyrus, obstitit, iram gravissimam & præcipitem contra hominem simulat, & satellites mittit, qui eum ad supplicium ducerent, & uxorem ejus, comâ tonsâ, ad aliud vitæ genus transferrent. Illa simulationis ignara, eam mutationem alacri animo admittit, resectoque capillo nigrum vestitum sumit. At illi in regiam traducto, altera filia Imperatoris nubit, &c. Constantinus triduo post nuptias debitum naturæ persolvit, anno Imp.3.

III. *Romanus Agyropolus*, initio Imperii facilis, & cumprimis, ad sublevanda tributa, juvandos Ecclesiæ Magnæ cantores, Episcopos, per ἀναλέγουν

ad

ad paupertatem redactos, refocillandos promtus: Postea verò Halebum, quæ & Betrea dicitur, expugnaturus, à Saracenis, audacib. & expeditis, ad eas rediit, cū toto exercitu, angustias. ut difficulter ipse fugâ se salvare potuerit. Reversus igitur domum, ἵνα τῶν ἀπολωλότων ἰσοστάσια κτήσηται, πράκτωρ ἀντὶ κρατοῦντος ἐγένετο, populumque exactionibus ita expilavit, ut multi paternis ædibus & fundis fuerint expulsi. Quas quidem importunitate sua & insatiabili cupiditate non fisco consuluit, sed Monachis tantùm οὐκ ἀναλόγως μονάζουσιν, ἀλλὰ τρυφῶσι, *Zonar.* t. 3. p. 185. & splendidis ædificiis, quibus iisdem gratificari voluit monstris, Eremiticam vitam impudenter mentientibus. Cùm flectere nequiret superos Acheronta movere voluit: carminibus & incantationibus prolem masculam, Imperii hæredem sollicitans: sed cùm nihil succederet, Zoë Michaelem Cappadocem deperit, qui connivente; ne vagū fieret prostibulū, Augustā: Imperatore, impunè rem cū illa habuit. Obiit oppressus in balneo, postquam diu satis cum asthmate, & tumore, ex maleficiis contracto, fuisset luctatus, anno Imper. 5.

IV. *Michael Paphlangon*, à Zoë in thori & Imperii societatem ascitus, aliquādiu obsequiis mulierē (sperabat enim se, omni imperio ad se trāslato, Michaelem ministri vice habituram) demulsit; sed mox mutatis moribus alius esse, suo succo

 vivere,

vivere, aulamque ad arbitrium reformare cœpit. Fratris etiam Iohannis Spadonis (cui Patriarchalem sedem nonnulli sacerdotes obtulerant, *Zonar.* t. 3. pag. 189.) opera, in administratione Reipublicæ fuit usus, ipse morbo, quem in perjurii pœnam inflictum multi credebant, *Zonar.* t. 3. p. 186. 188. ita impeditus, ut & publico, & consuetudine uxoris (à qua propter adulterium & cædem Imperatoris ab eo, cui crimen erat confessus, prohibitum fuisse, quidam volebant, *Zonar.* pag. 190.) abstinuerit. Tandem, Bulgariam hydropicus recuperat, *Michaelem Calaphatem*, nepotem ex sorore, à Zoë Augusta adoptatum, Cæsarem appellat, Imperio valedicit, vitamque Monasticam in Monasterio suburbano, à se extructo suscipit, postquam regnâsset annos 7.

V. *Michael Calaphatus*, Cæsar primùm avunculi sui Orphanotrophi, deinde & Imperator appellatur, *Zon.* t. 3. pag. 194. non modò obscuris parentibus natus, (pice enim pater ejus naves obducere solebat) sed ipse etiam moribus adeò fuit improbus, & in Orphanotrophum, cæterosque cognatos (quos castravit) ipsam quin imò Zoën, ingratus, ut vel quatuor mensium Imperio judicetur indignus, *Zonar.* pag. 195. Postquam Zoën, regiâ ejectam in Principis insulam relegâsset, tonsamque purpurâ spoliâsset, plebis furorem ita concitavit, ut non modò Augusta revocanda, pristinoque nitori (nisi quòd Theodoram sororem, Imperii sociam ei invitæ adjunxerint) resti-

restituenda, sed ipse Michael vitæ timens, abjecto sceptro, Monachus jam factus, utroque orbatus fuerit oculo, non sine ludibrio & sanis vulgi, *Zonar.*

VI. *Κατήντηκει τοίνυν περὶ, τὴν γυναικωνῖτιν ἡ τῶν ῥωμαίων ἀρχή*, Romanorum Imperium in gynæceum est devolutum, inquit *Zonar.* t. 3. pag. 196. Retinebant enim Imperatoriam Majestatem *Zoe* & *Theodora* tutò satis, & sine insidiis, usque dum Zoe Constantinum Monomachum, ex Insula Lesbo, quò antè jam relegatus erat, accersitum, conjugiique capistro sibi alligatum Imperatorem fecit. Adeò ut hoc duarum Imperium sororum trium mensium spatio determinatum fuerit.

VII. *Constantinus Monomachus*, homo mollis, effœminatus & ita prodigus, ut si fiscum eodem exhauriri die contigisset, nihil referre putârit, *Zonar.* t. 3. pag. 197. & 206. Imò, cùm provinciæ nonnullæ essent immunes, quæ pro omnibus vectigabilibus locorum angustias tuerentur, & Barbaros aditu Romanorum ditionum prohiberent, custodiis abolitis, tributa iis provinciis imperavit: Unde acceptum ei fert *Zonaras*, *quòd Oriens* Marte *Barbarico est subactus.* Præter Zoen, Scherævam etiam uxoris loco aluit, *Ib.* in cujus gratiam Imperatorios profudit sumtus. Insidiatores plurimos habuit, *Georgiũ Maniacem* primò, virum & animo fortissimo, &

manu promtissima, qui tamen Spadonis θαλαμηπολοῦντος exercitu superatus miserè occubuit, infausta hac lampade *Theophilo* Erotico relicta, qui alieno malo sapere nolens, ipse quoque rebellionis pœnas luit. Tertia denique defectio *Leonis Tornicii* fuit, qui tam certam; Macedonum favore elatus; Imperii spem sibi faciebat, ut non dubitârit ipsi quoque sedi Imperatoriæ Constantinopoli expugnandæ applicare animum. Summam tandem vulgi inconstantiam expertus, præter luminum amissionem nihil obtinuit. Multa alia, apud exteros præsertim, Russos, & Turcos qui emergere modò, & Saracenis ipsis imperare cœperunt, Imperante Monomacho acciderunt, de quib. prolixa consuli possunt *Zonaræ* cōmentaria, Morbo articulari, & vellicatione lateris ex anhelitu cōtracta, ita fuit vexatus, ut exiguam diuturnioris vitæ spem conciperent proceres: de successore igitur cogitantes πρωτεύοντα, qui Bulgariam tum regebat, revocant, quem vivo dahuc Imperatore dignum hoc honore æstimant. Sed antevertit Imperatoris consilium *Theodora*, cui hæreditario jure selecti senatores successionem adjudicabant. Ea res Monomacho agonizanti dolorem quidem auxit, quem tamen nonnisi suspirio testari potuit. Mortuus est anno Regni 12.

VIII. *Theodora*, quæ sola felicissimè regnum per annum administravit; Ipsa pro tribunali præsedit, legatis respondit; Magistratus ornavit; jus dixit,

dixit, suffragia tulit, sententiam suam in rebus privatis & communibus interposuit.

IX. Successit *Stratioticus Michael*, vir Byzantius ille quidem; sed ad tractationem rerum, tanti præsertim principatus, tum ob naturalem socordiam & simplicitatem, tum ob ætatem longissimam ineptus. Neque etiam *Senex* erat, ut vulgo vocabatur, sed planè decrepitus. Imperatrici tamen persuaserunt, ut in Imperio eum collocârit. Sed quia in togatos liberalis quidem fuit, in sagatos verò, & qui, aliis suaviter viventibus, in acie semper pro salute Reipublicæ steterunt, nimis asper; *Isaacus Comnenus* & *Ambustus Catacalo* rerum præclarè gestarum conscii, diutiùs tam malè tractari nolentes, de alia excutienda quercu cogitârunt. Et sanè ita feliciter *Comneno* res cessit, ut Imperator à militibus salutatus, victo Michaelis exercitu in successionem Imperii elatus fuerit. Et quamvis Comnenus Michaeli certis conditionibus securitatem promiserit, & Imperii axioma; currentis tamen fortunæ rotam sistere, aut sufflaminare non potuit, sed clero pariter & Senatu in ejus electionem consentienti haud invitus paruit. Cùm primarii sacerdotes, Regiâ Michaelem ex re jussissent, interrogavit eos, quod sibi præmium pro Imperio daturi essent? responderunt: τὴν οὐράνιον βασιλείαν: Unde statim insignibus abjectis Regia decessit. *Zonar.* tom. 3. p. 212.

X. *Isaacus Comnenus*, ejecto post annuum Imperium

 perium

perium Michaele, regno admotus gratum quidem & liberalem se omnibus illis, quorum suffragiis fuit adjutus, exhibuit; adeò interim animo vasto vixit & fastuoso, ut sibi potius quàm Deo, imperatorios fasces acceptos retulerit. Unde & nummis imaginē suam stricto ense insculpi curavit, tantùm non clamitans, eum sibi, nec quicquam aliud, regnum peperisse. Clero multum fuit gratificatus, ita ut in Patriarchę gratiam, Ecclesiasticarum etiam rerum procurationem illis attribuerit: *Zonar.* tom. 3. pag. 213. Mox tamen honores mutârunt mores: Nam ex Imperatore tyrannus factus, exactionibus subditos miserè vexavit, antecessorum multa acta evertit, eo ferè fini, ut bonum publicum & thesauros regios intempestiva liberalitate à superioribus exhaustos augeret. Unde omnium odia, Patriarchæ cumprimis, qui superbia ei cedere noluit, *Zonar.* pag. 213. in se concitavit. Bello Hungarico & Scythico implicatus, multa sustinuit incommoda. Quercus ruinam difficulter subterfugiens domum rediit, Theclæ potius, quâm Deo redemtori gratus. De obitu ejus varia habentur. Vide *Zonar.* t. 3. l. 1. Biennium regnavit & tres menses, homo strenuus, rei bellicæ peritissimus, in literis non quidem versatus, sed literarum studiosus, & Doctorum amans.

XI. *Constantinus Duca*, aliâs Duciza appellatus, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐπίμικτον καὶ κεκιβδηλευμένην ἔχειν

ἔχειν τὴν πρὸς τοὺς Δούκας (quorum familia jam ante funditus fuisset eversa, nullo mare relicto) συγγένειαν, ut ait *Zonar.* t. 3. pag. 126. Vir pius fuit erga Deum, moribus gratis, justitiæ amans, sed ingenio tardo & hebeti, corradendis cumprimis nummis valde addictus. Unde militari disciplinæ, & armorum exercitiis non tantùm multum decessit, sed & hostibus Orientem & Occidentem diripiendi & devastandi fores sunt apertæ. Uzorum, qui Scythia sunt gens, grassationes molestæ valde Græcis fuissent, nisi θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, ingentem illorum exercitum peste ita debilitâsset, ut à Dazinacis & Bulgaris finitimis ad internecionem fuerint deleti. ἦν γὰρ, inquit *Zonar.* τὸ σύμπαν τοῦ στρατηγήματος τῆς θείας δυνάμεως. ἀπογνοὺς γὰρ ὁ βασιλεὺς πανταχόθεν πρὸς τὸ θεῖον κατέφυγε δάκρυσι καὶ συντριβῇ καρδίας τοῦτο δεόμενος, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐκκαλούμενος ἀρωγήν. *Fuit autem tota res divinæ potentiæ opus. Nam Imperator omni humana ope desperata, ad numen confugerat, cum lachrymis & animi submissione illius auxilium efflagitans.* Mortuus est regni anno currente octavo, relicto Imperio Eudociæ Augustæ & 3. filiis.

XII. *Eudocia*, hac lege, ut à secundis nuptiis abstineret, Imperio potita, rerum communium tractationem suscepit, filiorum quasi magistra, atque una cum eis pro tribunali sedit, medium ipsa

ipsa occupante, utrumque hi latus clau
Sed cùm Barbarorum incursionibus Im
nimium vexaretur,rupto,(Patriarchæ in
juramento *Diogenem*, virum illustri gen
tum,& rebus gestis clarum, Imperatoriæ
tatis socium asciscit. Pro quo beneficio
ille rependit gratiam. Muliebri enim do
excusso,ut ingenio fuit arroganti atque in
to,libera potestate uti voluit. In Oriente
peditiones aliquot,dispari tamen successu,
pit. Tandem,cùm nimiùm elatus Sultani
tos de pace constituenda missos inhum
tractâsset,infelici bello intricatur,capitur,
que à suis postea depositus, crudelissimè,
datam fidem,oculis orbatur. Prolixè hist
describit,*Zonar*.t.3.p.226.

XIII. Cùm fama de liberato *Diogene*(A
nici enim perfidia in manus Turcorum per
rat,quibus cum aliquandiu fuit moratus, p
que dimissus,*Zonar*.pag.224.) percrebuisse
hannes Cæsar,ejusque filii,Diogeni semper
sti,arrepta occasione,quibusdam ex Senat
factionis,quorum Psellus, vir honoratiss
erat princeps,& ipse *Diogenes* inimicus, adhi
Imperatrice Eudocia in monasterium,
ipsa circa fretum Propontidis struxerat,rele
Michaelem Ducæ filium Imperatorem app
hominem molli ac socordi ingenio, atque
ad Imperium ineptum. *Psellus* quidem sci
eum & artibus imbui voluit,sed non modò

obtinuit, verùm etiam Respublica, cujus administrationem aliis commisit, maximum hinc damnum accipit, Orientales etiam provinciæ gravius quàm prius fuerant vexatæ. Qua de re *Zonar.* t.3.p.227.& deinc. Vixit tandem, ex Imperatore, Monachus.

XIV. *Nicephorus Botaniates*, hic cæteris (qui, quòd viderent omnia à Turcis sursum deorsumque in Oriente ferri, de Imperio ad se transferendo cogitabant) prælatus, Imperator salutatur; cùm in regiam pervenisset, à Patriarcha magno, tertio die coronatur. Procos Imperii multos habuit, *Bryennium* primò, qui dum fasces quærit, oculos amittit. *Constantinum* deinde, Constantini Ducæ, pridem Imperatoris filium, qui à militibus tandem desertus, traditur & in Insulam relegatur. Solis *Comnenis*; Isaacio & Alexio, quos ipse Imperator successores nominabat, res successit, quorum minor natu, *Alexius*, adhibitis seditionis sociis, vivo adhuc Imperatore, urbem Byzantium proditione Nemizorum occupat, & ita diripit, ut nec vasis, nec virginibus sacris pepercerint milites. Vide *Zonar.* t.3.p.233.234. Amisso sic Imperio, non Imperator tantùm, sed & Augusta, *Maria*, Michaëlis antecessoris vidua, illicito, ut *Zonar.* ait, conjugio copulata, regiâ relicta, vitam Monasticam sequebatur.

XV. Hic ergò *Alexius Comnenus*, cum fratre Isaaco, rebus suis in tuto collocatis, matrem & conjuges ex Canicleo Monasterio in regiam accersi-

cerfiverunt. Abrogatis & rescissis multis *Botania-ta* actis, Comnenia familia dignitatibus variis est aucta. *Alexius* Augustali corona ornatus, secundas dignitatis partes *Isaacio*, quem Σεβαςοκράτορα q. d. *Augustum Imperatorem* nova, & augustiori quàm Cæsaris voce, appellavit, contulit. Alii dignitatis gradus cæteris sunt destinati: Turbârunt ejus Imperium *Robertus Francus*; *Vmbertopolus*, *Ariebes*, *Nicephorus*, Diogenis filius, & *Comarci*, *Michael Anema*, *Bajmundus* aliique; qui regnum Comneno frustra adimere sunt conati. Præfuit enim an. 37. doctorum amans, pauperum, orphanorum religionis curam gerens, erga captivos facilis & benignus, neque ipse tamen criminis expers. Imperio feliciter administrato vitæ exitum non æquè prosperum fuit sortitus, ut apud *Zonar.* t. 3. sub finem (in hoc enim ejus Historia definit) videre est.

V. Hæc de Imperio *Orientali*; sequitur *Occidentale*, de quo tria occurrunt consideranda. I. Hoc demum [a] seculo Pontificum libidine Occidentis Imperatores suppressos fuisse, & anathematismis percussos. II. Ipsam electionem antea hæreditariam, nunc [b] liberam esse cœpisse. III. Variam inter [c] Italos & Germanos de Imperatoria dignitate exorta fuisse dissidia.

[a] *Gene-*

[a] *Genebrard.* an. Ch. 1074 *primus inter omnes Imperatores Occidentis per Papam fuit depositus.* Loquitur de Henrico IV. *Naucler.* Gener. 37. ex Othone Frisingensi: *Hic nimirũ regnũ Romanũ circa finẽ suum, quẽ pedes significat, ferreum propter Martẽ, fictilẽ propter conditionem, in ea parte, quæ infirmior fuit, percussit lapis excisus de monte sine manus, dum regem urbis non tanquam orbis Dominum vereri, sed tanquam de limo per humanam conditionem factum fictilem gladio anathematis ferire decrevit. Ipsa verò quæ antea parva fuit & humilis in quantum montem execreverit, ab omnibus jam videri potest: quanta tum mala, quot bella, bellorumque discrimina inde subsecuta sint, quotiens* Roma *miserè obsessa, capta, vastata, quod Papa super Papam, sicut* Rex *super* Regem *positus fuerit, tædet memorare. Lego,* inquit. *& relego* Romanorum *Regum sive Imperatorum gesta,* & nusquam invenio, quendam eorum ante hunc Henricum à Romano Pontifice execratum, vel regno privatum, nisi fortè quis pro anathemate habendum ducat, *quod Philippus ad breve tempus à Romano Episcopo inter pœnitentes collocatus, & Theodosius à D. Ambrosio propter cruentam cædem à liminibus*

Eccle-

Ecclesiæ sequestratus esset. Idē fatetur *Aventinus* annal.l.5.p.564. Gregorius *VII. qui,& Hildebrandus, fretus armis Nordmannorum, qui tum per Apuliam, Calabriam, Campaniam, quas vi occupârant, debachabantur, cōfisus etiam opibus* Machtyldæ *mulieris impotentis, & discordia Germanorum,* primus contra morem majorum, contemta Imperatoris authoritate Pontificatum Maximum occupavit. *Vtramque personam sibi impositam esse à Christo, se quodcunque ut liberet, ligare, solvere posse, jactitare, utramque personam agitare. Occidentem asserere, omnem potestatem in se transferre, neminem parem, nedum superiorem ferre, justa aliorum diminuere, cæteris ius atque honorem præripere, cuncta in se transferre, Cæsares,* Re*ges, Augustos, ut precariò regnantes floccifacere: Episcopos, Pontifices in ordinem redigere, devovere, capite deminuere, lites, bella concitare, discordias serere, factiones confirmare, iusiurandum, pacta, sacramenta solvere cœpit: etiamsi iniuria vel ipsum Cæsarem affecerit, tamen se metui oportere in quadam gloriatur Epistola, utpote qui errare non possit, & à Christo Domino Servatore nostro, Petroque acceperit potestatem, ut solvat, ligetque utcunque libeat.*

[b] *Gene-*

[b] *Genebrard.* in Henrico II. *Primus imperator creatur à septem Electoribus. Atque ita deinceps non per successionem sangvinis, sed vi electionis cõstituti sunt Imperatores Germani.* Præfuit autem Henricus II. an. 23. mens. 5. mortuus anno æt. 52. sepultus Bambergæ. Successit Conradus Romæ à Papa coronatus: mortuus an. Imp 15. sepultus Spiræ: successore per an. 17. relicto filio Henrico III. Eum excepit Henricus IV. qui anno ætatis 5. ad imper. fuit evectus. Excommunicatus tandem, à filio Henrico V. bello affligitur, in carcerem conjicitur, tandemque mœrore animi Leodii moritur. 7. Aug. æt. 56. Imp. an. 50. Chr. 1006. Sed ut, quibus mutationibus obnoxia fuerit administratio Imperii Romani, meliùs constet, Catalogum Augustorum ordine sibi succedentium subjicere operæ pretium erit. *Integra* Monarchiæ Imperatores seu Cæsares numerantur 47. iique partim *Gentiles*, partim *Christiani*. *Gentiles* ex solis Romanis fuére priores XIII. 1. Cajus Julius Cæsar. 2. Claudius Augustus. 3. Tiberius. 4. Cajus Caligula. 5. Claudius. 6. Nero. 7. Sergius Galba. 8. Sylvius Ottho. 9. Aulus Vitellius. 10. Vespasianus. 11. Titus Vespasianus. 12. Domitianus. 13. Nerva Coccius. Hi Romani fuêre omnes. Gentiles verò ex Romanis & exteris mixti recêsentur 27. 1. Ulpius Trajanus, Hispanus, 2. Adrianus. 3. Antoninus Pius. 4. Aurelius Antoninus, Philoso-

phus.5. Commodus.6. Ælius Pertinax.7. Didi
Iulianus.8. Septimius Severus. 9. Antonin
Bassiarius Caracalla. 10. Macrinus. 11. Marc
Aurelius, Antoninus Heliogabalus.12. Alexand
Severus, 13. Maximinus Thrax. 14. Gordian
15. Philippus Arabs. 16 Messius Quinctus D
cius. 17. Vibius Gallus Hostilianus. 18. Æ
lianus. 19. Licinius Valerianus. 20. Gallienus.
Flavius Claudius. 22. Aurelius Quintilius. 23. A
relianus. 24. Valerius Probus. 25. M. Aureli
Catus. 26. Diocletianus. 27. Constantin
Chlorus. Alii plures numerant, quorum tam
Imperium, quia, brevi admodum absolveba
spatio, ab aliis omittitur.

Imperatores Christiani, qui integram Mon
chiam sive soli, sive cum aliis gubernârunt, 8. n
merantur. 1. Constantinus M. 2. Constan
nus, Constans, Constantius. 3. Julianus Aposta
4. Jovianus sive Jovinianus. 5. Valentinianus
Valens. 6. Gratianus. 7. Valentinianus II. seu ju
or, 8. Theodosius I seu Magnus. Huc usque R
mana Monarchia *integra* fuit; deinceps *dividi*
in duo Imperia, quorum unum *Orientis* est, alt
rum *Occidentis*. *Orientales* seu Græci à Theodo
ad Carolum M. usque, numerantur 31. 1. Arc
dius. 2. Theodosius junior. 3. Marcianus. 4. L
Thrax. 5. Leo infans. 6. Zeno. 7. Basiliscus. 8. A
stasius. 9. Justinus. 10. Justinianus. 11. Justin
Curopalates. 12. Tiberius 13. Mauritius.
Theodosius F. 15. Phocas. 16. Heraclius.

Co

Constantinus. 18. Heracleones. 19. Constans. 20. Constantinus Pogonatus. 21. Justinianus II. 22. Leontius. 23. Absimarus. 24. Philippicus. 25. Artemius 26. Theodosius IV. 27. Leo III. Isaur. 28. Constantinus V. seu Copronymus. 29. Leo IV. 30. Irene. 31. Constantinus VI.

Occidentales verò sunt 1. Honorius. 2. Iohannes. 3. Valentinianus. 4. Amicius Maximus. 5. Avitus. 6. Majoranus. 7. Severus. 8. Anthemius. 9. Olybrius. 10. Glicerius. 11. Julius Nepos. 12. Momyllus Augustulus, cum quo Imperium, quod steterat annos 522. concidit. Tunc enim *Reges* primò *Gothi*, numero 9. 1. Odoacer. 2. Theodoricus. 3. Athalaricus 4. Theodahatus. 5. Vitiges. 6. Theudibaldus. 7. Avaticus. 8. Totilas. 9. Tejas, victus à Justiniani Duce; per annos 77. inde *Longobardi* num. 20. vel, ut alii, 23. Italiam regio titulo gubernârunt. Aliquam tamen Italiæ partem, quam Longobardi primo statim ingressu occupare non poterant, Imperatores Græci retinuerunt, quam *Exarchi*, Ravennæ morati, pro iis administrârunt. Præcedentes igitur Imperatores rebus præfuerunt ante oppressum Imperium Occidentis: Illi nunc sequuntur, qui post ejus divulsionem ad gubernacula sederunt, quorum numero sunt 47. ex quibus alii successerunt *jure hæreditatis*: cæteri *electi* sunt ad Imperium. *Priores* ex duabus potissimum oriundi sunt familiis, *Francica* & *Saxonica*.

Francica familia Imperatores decem numerantur 1. Carolus M. 2. Ludovicus Pius. 3. Lotharius I. 4. Ludovicus II. 5. Carolus II. seu Calvus. 6. Ludovicus III. seu Balbus. 7. Carolus III. Crassus. 8. Arnulphus. 9. Ludovicus IV. 10. Conradus I.

Saxonica familia Imperatores quatuor recensentur, 1. Henricus Auceps. 2. Otto I. seu Magnus, 3. Otto II. 4. Otto. III.

Posteriores Imperatores partim *ante*, partim *post interregnum*, Imperium gesserunt. *Ante interregnum* quidem 14. numero, maximè *Franconici* & *Suevici* sangvinis Principes 1. Henricus II. cognomento Sanctus & Claudus. 2. Conradus II. Salicus dictus. Henricus III. cognomine Niger. Henricus IV. 5. Henricus V. 6. Lotharius II. 7. Conradus III. 8. Fridericus Barbarossa. 9. Henricus VI. Asper dictus 10. Philippus, 11. Otto IV. 12. Fridericus II. 13. Conradus IV. 14. Wilhelmus Hollandus; quos duos ultimos tamen author *Archontol. Cosm.* Edit. Lat. & alii ad interregnum referunt; quod, juxta eundem, ab anno 1250. ad 1273. duravit, seu ab obitu *Friderici II.* ad electionem Rodolfi I: ubi, qui imperatoris usi fuerunt titulo; inter Imperatores non referuntur, cum plerique nec legitimè, nec sufficientibus suffragiis creati fuerint. Sunt autem ex mente ejusdem scriptoris 1. Conradus IV. 2. Wilhelmus Hollandiæ comes. 3. Richardus, Cornubiæ comes. 4. Alphonsus,

Aragoniæ Rex. *Post interregnum* Imperatores, ex familiis variis, fuerunt 9. 1. Rudolphus Habspurgensis. 2. Adolphus, Nassoviæ comes. 3. Albertus Austriacus. 4. Henricus VII. 5. Ludovicus Bavarus. 6. Carolus. IV. 7. Wenceslaus. 8. Robertus, Palatinus Elector. 9. Sigismundus.

Ex *familia* verò *Austriaca* sunt 10. 1. Albertus II. 2. Fridericus III. 3. Maximilianus I. 4. Carolus V. 5. Ferdinandus I. Austriacus. 6. Maximilianus II. 7. Rudolphus II. 8. Matthias. 9. Ferdinandus II. 10. Ferdinandus III.

[c] Nobiles enim & Episcopi Italiæ Adrianum Marchionem, Imperatorem, Mediolani declaraverunt. Hinc bellum Henrici II. in quo (captis & deceptis custodibus) elapsus, de muro se præcipitans, luxato fractoque crure deinceps claudicavit. Unde & *Claudi* nomen obtinuit. Arduinum interea duobus præliis vicit & trucidavit.

VI. Pergimus ad descriptionem Ecclesiæ, eamque geminam, *Generalem* & *Specialem*.

VII. In *Genere* tenendum est, externam Ecclesiæ conditionem seculo hoc servilem planè fuisse & abjectam. *Primò* enim Orientales, spreto concordiæ jam [a] factæ, & denuò [b] oblatæ vinculo, [c] damnantur ab Occidentalibus,

& [d] vicissim. *Secundò* graviter utrinque dimicatur de primatu [e] potiùs, contemptu [f] Magistratuum, & controversiis ad salutem [g] animarum parùm facientibus, quàm de propagatione honoris & nominis Christi. *Tertiò* Ecclesiæ [h] Africanæ à Saracenis adeo fuerunt suppressæ, ut vix pauci remanserint Episcopi. Antiochena [i] vero & Alexandrina [k] sedes, à Jacobitis ferè occupabantur.

[a] Sub Sergio IV. vide *Baron.* a. Ch. 1009.

[b] Sub Leone IX. *Baron.* a. Ch. 1054. initio.

[c] *Leo* enim IX. per legatos, *Humbertum* Cardinalem, *Petrum* Amalphitanorum Archiepiscopum, *Fridericum* Diaconum, Michaelem Patriarcham Constantinopolitanum excommunicavit. Excommunicationis libellum habet *Baron.* an. Chr. 1054. ubi inter alia: *Quia sicut Simoniaci, donum Dei vendunt: Sicut Valesii, hospites suos castrant, & non solum ad clericatum, sed insuper ad Episcopatum promovent. Sicut Ariani rebaptizant in nomine Sanctæ Trinitatis baptizatos, & maximè Latinos. Sicut Donatistæ affirmant, excepta Græcorum Ecclesia, Ecclesiam Christi & verum sacrificium, atque baptismum ex toto mundo periisse. Sicut*

Nico

Nicolaitæ, carnales nuptias concedunt, & defendunt sacri altaris ministris. Sicut Severiani maledictam dicunt legem Moysi. Sicut Pneumatomachi, vel Theomachi absciderunt à Symbolo Spiritus Sancti processionem à filio. Sicut Manichæi inter alia quodlibet fermentatum fatentur animatum esse. Sicut Nazareni, carnalem Iudæorum munditiam adeo servant, ut parvulos morientes ante octavum à nativitate diem baptizari contradicant, & mulieres in menstruo vel partu periclitantes communicare, vel si paganæ fuerint, baptizari prohibeant, & capillos capitis ac barbas nutrientes, eos qui comas tōdent & secundum institutionem Romanæ Ecclesiæ barbas radunt, in communione non recipiant. Idem ferè ex Sigeberto refert *Genebrard.* additâ cautelâ: *penes quem horum fides esto.*

[d] Michael, Patriarcha Constant. Ep. ad Petrum Patriarch. Antiochenum: *Sed certo scito, quod non unica tantum sagitta, azymorum videlicet errore confossi sunt* Romani *(quod omnibus apertè patet) sed multis & aliis diversis. Quapropter illos omnino aversari necesse est; & quæ quidem Iudæorum more peragunt, talia sunt; ut error, qui illis tribuitur*

de azymo, & quod suffocatum comedunt, & barbam radunt, & Sabbatha custodiunt, & comedunt immunda, Monachi *carnibus vescuntur, nidore videlicet suis, & larido omni, quod usque ad carnem pertinet: & quod etiam attinet ad primam hebdomadam Quadragesimæ, & aliam etiam hebdomadam Quinquagesimæ, quâ nos ovis tantùm, & lacte vescimur, & propterea* Casei hebdomadam *illam appellamus. Sed præter hæc talia & hujusmodi se habentia in sacro Symbolo hanc etiam additionem, malè & perniciosè sentientes: ita enim se habet: Et in Spiritum sanctum, Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. In sacra etiam Missa illud,* Unus Sanctus, unus Dominus Iesus Christus in gloria Dei Patris per Spiritum sanctum, *alta dicunt voce. Præter hæc, nuptias sacerdotum prohibent, illos videlicet, qui uxores habent, ut nullo pacto sacerdotii dignitatem consequantur, permittunt, sed innuptos manere volunt eos qui sacerdotes esse cupiunt: duo etiam fratres duas ducunt sorores. Et in sacra* Missa *tempore commmunionis alter ministrorum comedens azyma, alios amplexatur, & panem illis largitur. Episcopi etiam annulos gestant*

stant in manibus, quasi uxores Ecclesias accipientes, & arrhabonem ferre dicunt. Ad bellum etiam exeuntes, manus suas sanguine coinquinant, & in conspectu suo animas occidunt: quemadmodum etiam à nonnullis, qui hoc affirmant, accepimus. Sacrum baptisma ita peragunt, ut eos, qui baptizantur unica mersione baptizent, In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, dicentes. Sale etiam præterea eorum, qui baptizantur, ora implent. Malè *etiam Apostolicum illud accipientes, quod ait*: Modicum fermentum totam massam fermentare: *Ipsi verò ita scriptum habent*: Modicum fermentum totam massam corrumpit: *contendentes hac modica hujus verbi occasione tollere fermentatum, quod panem sublevat & attollit. Quinimò sanctorum reliquias illorum nonnulli non venerantur, nec sanctas etiam imagines. Sanctos etiam illos, & magnos patres nostros, Basilium & Chrysostomum cum reliquis Sanctis non connumerant, nec illorum doctrinam omnino recipiunt. Alia etiam faciunt multa, quæ singula enumerare esset molestum. Atque propter hæc,* ait, *illos omnino aversari necesse est.*

[e] Constantinopolitanus enim *Oecumenicum* se appellabat Episcopum, quod acerbis ei exprobrat verbis Pontifex apud *Baron.* in Leone IX. an.Chr. 1054. *Qualis vero* (sunt verba Leonis ad Michaelem) *& quàm detestabilis atque lamentabilis est illa sacrilega usurpatio, qua te universalem Patriarcham jactas ubique & scripto & verbo, cum omnis Dei amicus* (quo tamen vocabulo ipsum Leonem usum esse, *Baronius* contendit, apud *Riv.*crit.Sac.pag.460.) *hujusmodi hactenus horruerit* (cur ergò pro hac Helena, *tanta contentione*, ut fatetur *Platina*, pugnavit Bonifacius III. vide Secul. VII. p.392.) *honorari vocabulo? Et quis post Christum convenientius posset insigniri hoc vocabulo, quàm cui dicitur divina voce: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam &c. Verumtamen, quia ille non invenitur universalis Apostolus dictus, quamvis Princeps Apostolorum sit constitutus: nullus successorũ ejus tã prodigioso prænomine cõsensit appellari penitus, licet magno Leoni prædecessori nostro & successorib. ipsius hoc sancta decreverit Chalcedonensis Synodus.* Et *Sigebert.* inter errores Græcorum hujus seculi refert; *quod Romanæ Ecclesiæ Constantinopolitanam præponant.*

[f] Quod enim in Oriente tentavit *Michael*, Con-

Constantinopolitanus Patriarcha contra Comnenum Imperatorem, id molitus est Hildebrandus contra Germanos, ut fusiùs deinceps sequetur. Ubi notandum, quòd, quemadmodum eo ipso tempore, quo *Iohannes*, Constantinopolitanus Episcopus, de impetrando axiomate Episcopi Oecumenici fuit solicitus, Romanus, primum, id ipsum obtinendo, aperti Anti-Christianismi characterem suscepit; ita nunc, cùm Græcorum fastus ipsis etiam Imperatoribus insultare satagit, Papæ occasionem eos dedisse, violenter exequendi, quod astutè illi cogitaverunt. Unde iterum adeò luculenta Antichristi nota emicuit, ut, qui ante hac benignius de sede Romana senserunt, nunc post conculcatam Imperii dignitatem, scapham scapham appellârint.

[g] Id quod ex Catalogo, modò exhibito, paret. Pudet profectò meminisse, capitibus istis (paucis exceptis) tam ridiculis & frivolis Theologiam Elenchticam tunc fuisse absolutam! Quantû χάσμα inter Apostolicam illam gravitatem, & inficetias hujus seculi? Vidit aliquid ipse, ad quem *Michael* Constantinopolitanus scripsit, *Patriarcha Antiochenus. Quicunque verò à te* (ita Michaeli respondet) *sunt enumerati Romanorum errores, percurrimus, & alios quidem illorum execrandos duxi, atque vitandos, alios verò incertos, & alios prætermittendo. Quidenim nostrâ interest, quod illorum sacerdotes bar-*

barbam radant? quid etiam quod illi annulos gestent in symbolum contracti cum sancta Dei Ecclesia connubii? Nos etenim etiam coronam in capite gestamus, pro veneratione procul dubio Principis Apostolorum Petri, super quem Dei Ecclesia est superædificata. Quod enim impii illi ad contumeliam illius sancti excogitârunt: hoc nos piè ad gloriam & honorem ipsius facimus. R*omani quidem barbam radentes; nos vero in capite coronam gestantes. Auro etiam exornamur & nos chirothecas & manipulos, & stolas auro contextas habemus. Quod vero immundis rebus vescantur, & Monachi carnes comedant, & nidorem suillum; invenies etiam huiusmodi res, si diligenter inquiras, à nonnullis nostrorum fieri. Bithyni enim & Thraces & Lydi comedunt picas, corniculas & turtures, & terrestres echinos, quorum usum indifferentem patres nobis reliquerunt : nulla enim creatura Dei est reprobanda, si cum gratiarum actione sumatur, &c.* Putat omnino, Petrus ille, quædam à *Michaele*, Romanæ Ecclesiæ esse objecta, quibus honori suo, & sedis tam sublimis authoritati parùm consulat. Ut vel hinc videamus, quàm malè agatur cum Evangelio, ubi φιλαυτία, superstitio, & περισσοεθελοθρησκεία invalescunt.

[h] Id

[*h*] Id quod colligere licet ex Epistola *Leonis X.* ad *Thomam*, Episcopum Carthaginensem: *Cum & venerabilium Canonum auctoritate recolimus, ducentos quinque Episcopos Concilio interfuisse Carthaginensi, & nunc à tua fraternitate audimus, quinque vix Episcopos superesse in tota Africa: utique tertia hujus mundi corruptibilis parte; compatimur tantæ vestræ imminutioni, &c.* *Baron.*a.Ch.1053.

[*i*] *Elmac.* Hist. Sarac.l.3.pag.265. *Iacobitarum Patriarcha Antiochiæ fuit* Sanutius,*homo avarus.* Continet autem Antiochia in se trecentas & quadraginta Ecclesias; cujus Patriarcha centum quinquaginta tres Episcopos habet subjectos; scribit *Matth. Par.* Hist. Angl. pag.41.

[*k*] Sedit hoc seculo *Christodulus*, Iacobitarum Patriarcha annos 30. cui successit *Abuna Cyrillus* per an.14. *Elmac.*p. 279. Hunc verò excepit *Michael*, cujus Patriarchatus fuit 9. annorum, *Elmac.*p.189. *Illius tempore Nilus plurimum decrevit, ita ut* Munstansirus *illum in Aethiopiam mitteret cum muneribus & ornamentis multis; eique obviam venit* Rex *ejus, & cùm reverenter eum excepisset, quæsivit, qua de causa eò venisset, & exposuit illi, qui*

Nilo

Nilo Aegypti aquæ penuria laborant ... *gnum terræ ejus & incolis damnum imp* ... *ret: Itaque diverticulum recludi jussit,* ... *qua inde ad Aegyptios deflueret, prop* ... *quòd eò usque Patriarcha venisset: &* ... *vit Nilus una nocte ad tria brachia, ita* ... *impleto campi Aegypti irrigati atque* ... *fuerint.* Magnoque cum honore redi... *triarcha in Aegyptum;* & *princeps M*... *strus beneficiis illum* & *dignitatibus orn*... Elmac. Ib.

VIII. Hæc in *genere*: *Specialis* ... ctatio tum de Ecclesia *Constantin*... *tana* agit seu *Græca*; tum de *Roman*... *Latina.*

IX. In Ecclesia *Græca* crevit I. Pa... archarum fastus, ita, ut sede Rom... graviter ubique afflicta, & Schism... bus distracta, non tantùm de [a] a... mate œcumenici tituli quidam ce... rint; sed & [b] Imperatorum elec... nem & dejectionem à se dependere ... ctârint. II. Superstitio in [c] cultu. ... Ipse etiam Patriarchatus iis sæpe ... sit, quos nec [d] eruditionis splend... nec morum probitas commendab...

Ur...

Unde cuniculis, & [e] circumventioniqus fenestra fuit aperta. IV. Monasteria in carceres [f] ferè degenerarunt, & [g] pigrorum ventrum receptacula. Aliquos tamen seculo hoc vixisse Constantinopoli, quibus [h] Scholæ, orphanotrophia, virorumque doctrina [i] conspicuorum promotio curæ fuerint, ipsa Græcorum monumenta dubitare nos minime sinunt,

[a] Baron. an. Ch. 1024. *circa annum igitur Domini millesimum vigesimum quartum Constantinopolitanus præsul cum suo Principe Basilio aliiq; nonnulli Græcorũ consilium iniere, quatenus cum consensu Romani Pontificis liceret Ecclesiam Constantinopolitanam in suo orbe, sicut* Romanam *in universo,* universalem *dici & haberi. Græcos autem nihil penitus ab Apostolica sede impetrare potuisse, docent Epistola Leonis Papæ Noni post annos viginti conscripta ad* Michaelem *Constantinopolitanum Patriarcham, quibus expostulat de eiusmodi titulo,* Oecumenicus, *quem suæ sedis Episcopi præter ius fasque, reclamante semper Apostolica sede, nimia arrogantia usurpâssent.* Sed alia via deinceps quàm libellis supplicibus,

plicibus, ad hanc grassari voluisse gloriam Patriarchas Constantinopolitanos, apparet ex Epistola *Cerularii* Patriarchæ, ad Petrum Antiochenum: *Iam vero*, scribit apud *Baron.* anno Ch. 1054. *quoddam ad nostras pervenit aures; quod tua beatitudo prædictum Papam in sacris referat Dypticbis, nec non & idem faciat Alexandriæ, & Hierosolymorum Patriarcha; nec adduci possum ut credam, vos tanta ignorantia retineri, præcipuè tuam incomparabilē virtutem: Nôsti enim, quod à sexta Oecumenica Synodo hucusque à sacris Dyptichis dempta est Papæ commemoratio à nostra sanctissima Ecclesia, cùm Vigilius Papa, qui tunc Romanæ præerat Ecclesiæ, ad Synodum non venisset, neque anathemate damnâsset, ea, quæ à Theodoreto adversus rectam fidem, & duodecim capitula sancti Cyrilli scripta sunt, Epistolam præterea Ibæ. Et ex eo tempore usque ad nostra tempora Papam à sanctissima nostra Ecclesia segregatum esse.* Quo jure, quave veritate Historica de Pontifice Romano hæc spargantur, nostrum hoc loco non est disputare: sufficiat cognovisse, quibus machinis Patriarcha Constantinopolitanus *Oecumenici* affectârit axioma.

[b] Cùm enim *Comnenus* duriùs Imperium fuisset auspicatus, ei se Patriarcha ita opposuit, ut super-

uperbia illi cedere noluerit Verba *Zonaræ* t. 3. p. 213. ita habent: Ἀλλ' οὐδ' ὁ πατριάρχης ἧττον ἐκείνου πεφρονημάτιστο. ἤθελεν οὖν ἐπιτάσσειν αὐτῷ, καὶ εἴ ποτε πρὸς τὰ αἰτούμενα ἀπετύγχανεν, ὁ δὲ ἐδυσχέραινε, καὶ ἠπείλει καὶ ἐπετίμα, εἶτα καὶ ὡς αὐτὸς αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἀπονενεμηκώς, αὐτὸς καὶ ἀφελέσθαι ταύτην εἰσαῦθις ἠπείλησε, id est, *neque verò Patriarcha superbia illi cedebat, sed imperare illi volebat, ac si quando non impetrâsset ea, quæ petierat, ægrè ferebat, increpabat: denique minabatur, quemadmodum Imperium illi contulisset, ita se idem illi erepturum.*

[*c*] Quo enim loco i. *imagines*, *reliquias*, & *defunctos sanctos* habuerint hinc patet, quòd, præter cętera, Michael Patriarcha Romanis exprobrârit, *neglectum cultus imaginum & sanctorum.* Vide suprà. Confer *Zonar.* t. 3. pag. 241. 2. *Satisfactionum* etiam opinio altè satis Græcorum mentibus insedisse videtur. *Zonar.* t. 3. pag. 590. ἔνιοι δὲ φασιν, ὡς ἀνδράσι πνευματικοῖς ἐξομολογησάμενος τὸ τῆς μοιχείας, καὶ τοῦ φόνου τοῦ βασιλέως ἁμάρτημα, παρ' ἐκείνων ἄλλας τε ἐδέξατο ἐντολὰς καὶ τῶν ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι. ἐνθέντοι καὶ διαδόσεις ἐποιεῖτο χρημάτων πολλῶν καὶ σεμνεῖα ᾠκοδόμει, καὶ εἰς θεσσαλονίκην ἀπῆλθε, τοῦ καλλινίκου μάρτυρος, δημητρίου δεόμενος, ἵνα τι τοῦ πάθους εὕρῃ ἀλέξημα, id est. *Quidam verò ajunt, eum* (Michaelem Paphlagonem) *viris spiritualibus & adulte-*

rium & *cædem* Imperat*oris confessum, cum alia ab eis præcepta accepisse, tum ut re venerea abstineret: eademque de causa multum pecuniæ erogabat, & sacras ædes extruebat, & ad inclytum* Martyrem *Demetrium, Thessalonicam peregrinabatur, illius mali depulsionem orans.* 3. ut *Monasteria, Monachi & templa* splendidè satis se haberent, emuncti sunt & spoliati subditi facultatibus pene omnibus & ad paupertatem redacti. *Zonar.* t. 3. pag. 185. in Romano Argyropolo.

[*d*] Talis erat 1. *Cosmas*, Monachus; *Zonar.* t. 3. pag. 230. 2. *Eustratius*, & ipse Monachus, neque eruditus, neque in rebus gerendis versatus, sed homo simplex & otio potius ac angulo aptior; *Zonar.* t. 3. p. 235.

[*e*] Imperatoris frater Spado, *Iohannes*, Pontificatus cupiditate flagrans, quosdam ex primariis sacerdotibus sibi conciliavit, qui ei pollicebantur, se loco moturos *Alexium* Patriarcham, ut qui non communibus suffragiis sed Imperatoris authoritate creatus esset. Ille verò; *Si*, inquit, *contra Canones me Patriarcham esse factum asseritis, ii etiam, qui à me electi sunt, loco moveantur.* Id responsum effecit, ut cæteri sacerdotes à Patriarchæ accusatoribus dissiderent.

[*f*] Sic *Constantinus*, frater *Basilij*, cum illustrem

strem virum, *Romanum Argyrum*, & generum suum libenter haberet, & Imperii successorem, neque tamen commodè illud per superstitem Romani uxorem liceret, quid machinatur? Iram gravissimam & præcipitem contra hominem simulat, & satellites mittit, qui eum ad supplicium ducerent, uxoremque ejus rasam ad aliud vitæ genus transferrent. Illa simulationis ignara, mutationem eam alacri animo admittit, resectoque capillo nigrum vestitum sumit. At illi in regiam traducto altera filia Imperatoris nubit; *Zonar.* t. 3. pag. 183. Eodem ablegavit *Constantinus Monomachus*, agnatum suum Tornicium, quem tamen mox Macedones libertati pristinæ restituerunt; *Zonar.* t. 3. pag. 200. Eo *Michael* Imperator, abjectis Imperii insignibus sponte concessit; *Id.* pag. 195. *Romanus* item V. Diogenes, *Zonar.* t. 3. pag. 226. Et *Michael VII.* Ducæ filius abdicato Imperio in Studii Monasterium impingitur, *Zonar.* p. 231.

[g] Tales erant, de quibus *Zonar.* t. 3. pag. 185. R*omanus Argyropolus sumptus Monachis suppeditavit, non illi vitæ generi, sed hominibus delicatis & voluptatibus aptos, consecratis è publico provinciis totis & urbibus, iisque pinguissimis & fertillissimis.*

[h] De *Alexio Comneno* refert *Zonar.* t. 3. pag. 239. quòd, cùm orphanotropheum & alia plura gerocomia vacarent, omnium possessionibus

orphanotropheo attributis, ac aliis de suo ad
ctis, id renovârit statim, & magnis impensis inst
râit, multis, quorum senectus ibi foveretur;
eo collocatis. Ibidemque Monachorum & M
nacharum diversoria constraxit. Præterea Sch
lam Grammaticorum, in qua pupilli doceren
& pauperum liberi, magistris & pædagogis co
stitutis, victuque tam docentibus quàm d
centibus ordinato: Quæ huc usque observa
tur.

[i] Cujusmodi fuit successor *Nicolai*, ejusden
que ex fratre nepos, qui Chalcedonensi præf
Ecclesiæ, posteàque Patriarcha Constantinop
litanus electus. De eo perhibet testimoniu
Zonar. t. 3. p. 241. quòd fuerit λόγοις ἐντεθρε
μένος τοῖς τε θύραθεν, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς, id e
in literis tum profanis, tum sacris nutritus.

X. *Latinæ* seu *Romanæ* Ecclesiæ f
cies adeo tristis fuit, ut de ea tum a
huius seculi scriptores, tum etiam [
amasii eius & admiratores queri sat
non possint.

I. *Author* Fasc. temp. pag. 72. b. *Tempus eff*
minatum incepit circa annos Domini M.
quo fides Christiana valde cepit deficere & de
clinare à pristina virilitate, ut patet in Prophe
tia sanctæ Hildegardis. *Et in multis regi*
nibus Christianitatis, nec sacramenta, nec E
clesia

clesiastici ritus servabantur, auguriis & maleficiis intendentes, & erat sacerdos sicut populus, &c.

II. *Genebrard* an. Ch 109. *Quàm tunc deploratus fuerit status Ecclesiæ, & fermè monstro simillimus, cernere licet apud Sigebertum, Vincent, & Antoni. Magnæ simultates inter Imperatorem & Pontificem. Sacerdotes erant moribus depravatissimis, & propterea ipsi & res sacræ populo contemptibiles: quilibet ex plebe audebat de sacris mysteriis disputare: Sacramenta etiam ab infantibus turpiter tractabantur: in extremo vitæ viaticum Dominicum contemnebatur: decimæ presbyteris debitæ igni cremabantur. Corpus Domini sæpe pedibus conculcabatur & sanguis effundebatur, multaque alia scelera in Ecclesia patrabantur: qua occasione multi hæretici, prophanis novitatibus plebem ab Ecclesiastica disciplina avertebant*, id est, multi pii, religiosi, crepundiorum atque nugarum Monasticarum & Pontificiarum pertæsii, nucleum tandem veri Christianismi quærere cœperunt.

III. *Religio cleri*, juxta *Bennonem* in vita Hildebrandi, *nihil aliud tunc redolebat, quàm proditionem & avaritiam.*

IV. *Revera* (inquit Berengarius lib.de Corp. & Sang. Domini) *non sanctam Ecclesiam experta est veritas ipsa, sed Ecclesiam malignantium, concilium vanitatis, non Apostolicam, sed sedem* Sathanæ. Vide Baronium anno Chr.1059.

V. Nauclerus, Generat.37 37.p.160.b. *Constat autem ex veridicis Scripturis, quòd tum in Schismate* Romanum *Imperium septennio & amplius laboravit, aliis Apostolico adhærentibus, qui Simoniacos & fornicarios persequebatur, in tantum ut eorum missas audire omnibus vetabat, damnabat etiam, & censuris Ecclesiasticis notabat reges ac principes, qui ad Episcopatus investirent, & clericos, qui investituras ab his reciperent.* A*liis autem Henrico faventibus Imperatori, qui dicebat, sibi competere jus ordinandi sedem Apostolicam, & investiendi Episcopos atq;* A*bbates in Imperio, prout more prædecessorum suorum ac privilegiis Apostolicis ad eum pervenisset, quæ omnia* Romanus *Pontifex sibi interdiceret perinde ac injuriam faceret: ob hoc autem, adnitente utroque, totum* Imperium *præda, ferro, & igni vastabatur, paucissimi etiam Episcopi in Germania cum Apostolico manserunt, qui tum*

tum expulsi de suis sedibus exulârunt. Inter has angustias nonnulli Principes, Comites, Barones, & multitudo nobilium virorum, depositis armis, sed & complures clerici in Monaste*riis latibula quæsiere, &c.* Et paulo post, ex Ottone Frisingensi : *Quanta tum mala, quot bella bellorumque discrimina inde subsecuta sint, quoties* Roma *miserè obsessa, capta, vastata, quod Papa super Papam, sicut* Rex *super* Regem *positus fuerit, tædet memorare, denique tot mala, tot schismata, tot tam animarum, quàm corporum pericula hujus tempestatis turbo involvit , ut solus ex persecutionis immanitate ac temporis diuturnitate ad humanæ miseriæ infelicitatem sufficeret comprobandam: unde bene* densissimis (NB) Ægypti tenebris *comparatur, &c.*

V. *Abbas Vrspergens.* Chronic. pag. 221. *Anno Domini* 1076. *habitum est Concilium apud VVormatiam, ubi præsente rege Henrico universi pene Teutonici Episcopi, præter Saxonicos* Hildebrandum *Papam abdicârunt; mittentes ad illum Epistolam, post multas culpationes in illum injectas ita conclusam : Quia ergo & introitus tuus tantis periuriis est initiatus , & Ecclesia Dei tam gravi tempestate*

per abusionem novitatū tuarum periclitatur, & vitam per conversationem tam multiplici infamina dehonestâsti obedientiam, quam tibi nullam permisimus, nec de cætero ullam servaturos esse renunciamus. Integram Epistolam ex Archivis *Abbatiæ Thuricensis* depromtam habet *Ioh. Stumpfius* annal. Helv. l. 4. c. 42. quæ lectu dignissima est.

VI. *Aventinus* annal. Bojor. lib. 5. pag. 591. *Sigebertus horum temporum scriptor, vir alioquin etiam, ut quisquam illa tempestate esse poterat, omnis divini humaniq; juris consultissimus, perniciosissima, inquit, seditio, & ut pace bonorum dixerim, hæresis omnium pestilentissima, populum Christianum pervellit. Sacrificuli illius, qui se dixit, pueros effœminatos, falsos Prophetas, Tyrannos (qualis Imperator noster, princeps optimus, non est) populo ob scelera imponere, his à Deo datis, non solum non parendum esse, verùm etiam fraude, vi, quovis modo tollendos, populum Christianum docere audent: perjuria, homicidia, civilia bella, cædes, perfidiam pietatem vocant: hujuscemodi Deo placere prædicant, sacramēto rogatos, religione iuris iurandi Cæsari astrictos exauthorāt: fidem frangentes, fœdera dissolventes, patū prævari-*

varicātes, iuramentum violantes, perfidos, atq; periuros nō esse, sibi credi postulant. Quin eos, qui fideles sunt, qui rebellionē, incendia facere, stupra, incestus committere, prædas agitare, proximos opprimere, occidere, compilare, sanguinem Christianum effundere summopere cavent, in numero sceleratorum atque impiorum computant, &c.

VII. *Baron.* a. C. 1033. ex Glabro, tunc superstite: *Insuper*, inquit, *ad cumulum tanti mali cum non essent in populo vel rari, qui cæteros corrigentes talia redarguerent, impletum est Prophetæ vaticinium, quod ait: Et erit sicut populus, sic sacerdos, præsertim cum tum in seculari potestate, tum etiam in Ecclesiastica religione totius regiminis personæ constiterunt in puerili ætate: Propter peccata enim populi contigit tunc illud Salamonicum, quod ait;* Væ tibi terra, cujus Rex est puer. *Nam & ipse universalis Papa Romanus, nepos scilicet duorum, Benedicti atque Iohannis, qui ei præcesserunt, puer fermè decennis, intercedente thesaurorum pecunia, electus extitit à Romanis, à quibus exinde frequenter eiectus ac inhoneste receptus, nulla potestate viguit.* Et a. Ch. 1081. p. 55 & finem illius *Tom.* XI.

VIII. *Sigonij* querelam habes lib. 8. de Reg. Ital p.203.

XI. Atque huius infortunii faber ipse [a] fuit Pontifex Romanus, Hildebrandus præsertim, seu Gregorius VII. cum [b] asseclis; intolerabilis eius [c] fastus, & execrabilis αὐθάδεια, qui non tantum ceremoniarum & rituum Papisticorum observator fuit rigidissimus, & ut ipsi loquuntur scriptores Pontificii, [d] tyrannicus; sed etiam nova quadam dominandi libidine [e] Antichristianismum luculentiorem plenis velis in Ecclesiam invexit. Sunt autē sequentia potissimum, quæ novæ [f] factionis author ad stabiliendam Monarchiam Pontificiam præstitit. I. Impurum [g] cleri cælibatum, multis [h] renitentibus, Ecclesiæ magno & damno, & [i] scandalo, lege sanxit. 2. Scripturas [k] sacras profane tractavit. 3. Utrumque gladium, novo, & ne Theologis Pontificiis probato [l] exemplo, inique rapuit. 4. Magistratus, Imperatores, Reges & Principes privilegio eligendi, aut saltem confirmandi Pontifices; investiendi

endi Episcopos & Abbates, ab ipsis [m] ante hac Pontificibus Synodice concesso, legitimeque diu satis usurpato, & [n] tum ab aliis, tum ab ipso Hildebrando approbato, recenterque confirmato [o] spoliavit, [p] Investituras Laicorum Simoniæ labe aspersit. Imperatores verò superciliose [q] anathemate feriit. Unde acre illud [r] ac diuturnum inter Henricum IV. & Gregorium VII. certamen, & mutui [s] anathematismi 5. [t] Esum carnis diebus Sabbathi; & usum [u] linguæ vernaculæ in obeundis sacris obtentu rationum partim frivolarum, partim etiam impiarum, sustulit. Quo novitatis studio in odium incurrit & contemtum apud plerosque Germaniæ, Galliæ & Italiæ Episcopos, aliosque proceres, qui [x] stylo & pilo ad ultimum usque vitæ halitum eum sunt persecuti; aliis interim pro eo, eiusq; [y] conatibus acriter certantibus, & [z] Henricum tanquam sceleratum damnantibus.

[a] Id quod ipsi fatentur Pontificii. Vide testimonia superiori aphorismo citata, quibus adde

adde Naucl.gener.26. *Sub hoc Pontifice Ecc*
novis & inauditis schismatum erroribu
ritlitari cepit. Et Matth.Paris. Hist. Angl. p
Nullius hæresis tempore sancta Ecclesia gra
ri schismate fuit scissa. Et p. 11. *Anno* 10
Gregorius Papa ; qui & Hildebrandus
tur ; apud Salernum moritur, & moriens
dinalibus advocatis confessus est, se valde
casse in cura pastorali & suadente Diabolo c
tra humanum genus iram Dei & odium c
citasse. Sic Avent.lib.5.pag.563. *Gerochus q*
que (quo nemo acrius scriptis libris Hildebr
dum tutatus est, utpote qui crimina Cæsari
iecta, quæ apud nullum alium legerim , ex
cat) tandem suæ partis pertinaciam , ne
cam tyrannidem *hisce verbis, coactus v*
tate, notat. Romani, inquit, sibi divinum
surpant honorem , rationem actorum reda
nolunt, nec sibi dici æquo animo ferunt ;
ita agis? Illud Satyricum inculcant : sic v
sic jubeo, sit pro ratione voluntas. Quan
felicitas ejus temporis fuerit , vel hinc ext
mari licebit, quod ejus tempestatis illustris,
gravis imprimis ac eloquentissimus scrip
nomen suum prodere non audet. Et adn
dum scitè, acriterque ad factiones, ad frau

ad scelera, inquit, perventum est, vera scribere periculum, falsa crimen. Hactenus Pontifices Romani comitiis curiatis, talatis a sacerdotibus, equitatu, plebe, senatur, per omnium generum suffragia electi fuerant, id tum ratum fuisse reperio, si Romani Imperatores authores fierent, qui illos, sicuti alios Episcopos ad Concilia jure suo evocabant. Cæteros quoque universos Pontifices, & consilii decreto, comitiis centuriatis, per suffragia purpuratorum, more maiorum, Imperatores *per Germanias, Galliam, Teutonicam, Italiam,* Romanum *orbem, sicuti in Carolo* Magno *commemoravi, capiebant. Sanctissimi patres, quemadmodum Christus Dominus & Deus noster, comites & legati ejus fecerunt, & alios docuerunt, Cæsares in terris à Deo secundos, ante omnes mortales primos, à supremo numine datos, divinitus constitutos, ab immortali Deo electos, & (ut illi vocant) coronatos, venerabantur: dominosque suos vocare solebant. Eisdem tributum, censum non denegabant* (jam verò Reges Papæ sunt tributarii; de Pensione Dani, vide Baron. a. 1062. *pro eorum salute quotidie comprecabantur. Imperata detrectantes, tanquam cœlesti provin-*

ciæ

tiæ resistentes; videri contra pietatem Christianam fecisse decernebant. Grande nomen esse Imperatoris, à Deoque tradi prædicabant. Reipublicæ turbellis, nedum armis, ut milites Christi, se non immiscebant: paupertate & modestia cum cæteris Christianis decertabant, quo quisque submissius se gereret, hoc majorem esse sentiebant. Ensem ancipitem, gladium duplicem, Christianæ civitati datum ad servandum, vivificandumque, non occidendum esse putabant: eundemque spiritalem appellabant, qui est sermo Dei, vita & lux hominum: Et mortuos ad vitam revocat, ex hominibus Deos, ex mortalib. æternos facit: tantum abfuit, ut illi vel Regū quempiā, vel impiū vel Arianum regno pellere, eidem sacrificiis interdicere populum sacramento solvere tentarent, atque regna evertere, sanguine humano se polluere, pro principatu cum Christianis decertare, sibi permittant, Vicissim hos, principes, sicut parentes animorum communes amabant. Hæc inquit in usu fuisse, ad Gregorii usque tempora, qui primus omnia sursum deorsumque ferre, ima summis, sacra profanis miscere instituerit, verbis, quibus suprà pag. 244. usi sumus, adhibitis.

[b] Re-

[b] Recruduerunt certamina sub Urbanno II. qui magno conatu Gregorii acta & facta defendit. *Bal*. cent. 11. pag. 161. Quid ? quòd miraculis & apparitionibus de innocentia & sanctimonia vitæ fuerit certatum, teste *Aveht*. cujus verbis totam succinctè tragœdiam describemus: Sicille p. 590. *Clemens III. urbe à Conrado pellitur, Vrbanus restituitur. Mox invicem diras inferiasque dicunt. Vrbanus acta* Hildebrandi *tueri : Clemens rescindere pergit. Imperator quoque summa ope contra Vrbanum nititur.* Moveri *rursus civitas Christiana, & dissensio civilis, quasi permistio terræ erumpere cæpit : sciditurque populus Christianus, pauci reperti, qui veram pietatem injustæ potentiæ anteponerent : partium studia quæ extincta erant, gliscunt. Neque illis modestia, neque ullus est modus contentionis, utrisque cupiditas victoriæ, haud satis moderata, multos mortales ea lues extinxit, remque Christianam pessumdedit. Dum alteri alteros quovis modo vincere volunt, Vrbanus criminando Imperatorem, plebem Christianã exagitat occultè largiendo, indulgendo, pollicitando magis incẽdit, ita ipse clarus, potens factus ex libidine sua victoria utitur, plusq; sibi ac successorib. spinarũ ac potentiæ, quã pietatis atque*

atque amoris comparavit, sub titulo Christi, pro sua magnitudine, amplitudineq; laboravit. Namque, uti paucis verum absolvam, post illa tempora quicunque concionem divinam agitavere, honestis nominibus, quasi iura Ecclesiæ, libertatemque Religionis *defenderent, & quo Romani Episcopi authoritas maxima foret, bonum publicum simulantes pro sua quisque potentia certaverunt. Imperator quidem contra hæc summa ope connisus fuit: utraque pars miraculis se tutata est. Paulus Beirutensis narrat, Episcopum quendam, dum pro concione* Hildebrandum *vituperat, fulmine tactum esse, dumque ageret animam, dixisse, ignea catena constrictus trahor ad inferos: ite, nuntiate Cæsari, ut resipiscat & flagitium in Deum, Divum Petrum, eius vicarium commissum officiis compenset, nisi me antecedentem ad æterna supplicia subsequi malit. Eodem quoque die, nempe Paschalibus quarto Calend.* Martii, *ut idem Paulus recitat, Episcopus* Spirensis, Septimo *iniquus, ab eodem, Cal.* Martii, *devotus, animam efflavit. Gregorio Salernum profugo intrante, civis quidam dixerat, author dissensionis, qui totum orbem terrarum, armis & bellis involvit, huius urbis quoque quie-*

quietem conturbaturus advenit. Mox ille; *his dictis obmutescit : deductus ad Gregorium, errorem suum confitetur : ab eodem sanitati restituitur. Bernried collegium est flaminum Augustalium, superioris Vindeliciæ, propter Verrem lacum suprà Monachium quindecim millia passuum, ibi* Herlucæ *sacratæ fœminæ sepulchrum ostenditur. Eâ illa tempestate vixit, & nocturnis superum ; inferum congressibus ; secretisque colloquiis interesse consueta, narrare solita fuit, execratos flamma omnium ardentissima excruciari. Contrà sacerdos expiranti similis triduo in* Saxonia *decubuit. Is ubi ad se rediit, apud inferos* Hildebrandum, Rudolphum, Hermannum *tyrannos æternis mactari suppliciis revelavit, &c.*

[c] Fuit *Gregorius VII.* arrogantia & ambitione sic turgidus, suique amore excæcatus, ut & de se superbè nimis senserit, & ipsam sedem Romanam novis Canonibus à censura omni & judicio liberârit. De *se* quid haberi voluerit, hinc clarè patet, quòd injuriam quam sibi inferri credebat, redundare in ipsum Apostolum Petrum jactare ausus fuerit. Sesquipedalia profectò sunt ejus ad Henricum Imperatorem verba apud *Bar.* an. Chr. 1076. *Decuerat regiam dignitatem tuam, cùm te filium Ecclesiæ confiteris, honorabilius*

bilius Magistrum Ecclesiæ, hoc est, Beatum Petrum Apostolorum Principem intueri, cui, si de Dominicis ovibus es, Dominica voce & potestate ad pascendum traditus es, dicente sibi Christo: Petre pasce oves meas. Et iterum: Tibi traditæ sunt claves regni cælorum, & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cælis. In cujus sede & Apostolica administratione, dum nos qualescunque peccatores & indigni, divina dispositione vicem suæ potestatis gerimus, profectò quicquid ad nos vel per scripta, aut nudis verbis miseris, ipse recipit: & dum nos aut elementa percurrimus, aut loquentium voces auscultamus, ipse ex quo corde mandata prodierint, subtiliinspectione discernit. Nonne verò hoc est cordis & renum scrutinium, quod sibi soli deberi toties in Scriptura sacra inculcavit Deus ipse, vindicare creaturis? Pro *sede verò Romana*, quæ condiderit decreta, quos Canones cuderit, Dictatus Papæ (sic sententiæ quædam Gregorii breviores, seu Aphorismi vocantur) clarè satis loquitur. Ita autem habet: 1. *Quod Romana Ecclesia à solo Domino sit fundata.* 2. Quòd solus Romanus Pontifex dicatur universalis. 3. *Quod ille solus possit Episcopos depo-*

deponere, vel reconciliare. 4. Quod legatus ejus omnib. Episcopis præsit in Concilio, *etiam inferioris gradus, & adversus eos sententiã depositionis possit dare.* 5. *Quod absentes Papa possit deponere.* 6. *Quod cũ excõmunicatis ab illo, inter cætera, nec in eadẽ domo debemus permanere.* 7. *Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere, novas plebes congregare, de Canonica Abbatiã facere, & è contra, divitẽ Episcopatum dividere, & inopes unire.* 8. *Quod solus uti possit Imperialibus insigniis.* 9. Quòd solius Papę pedes omnes Principes deosculentur. 10. Quòd illius solius nomen in Ecclesiis recitetur. 11. Quòd unicum est nomen in mundo, Papæ videlicet, 12. Quod illi liceat Imperatores deponere. 13. *Quod illi liceat de sede ad sedem necessitate cogente Episcopos transmutare.* 14. *Quod de omni Ecclesia quocunque voluerit, clericum valeat ordinare.* 15. *Quod ab illo ordinatus alii Ecclesiæ præesse potest, sed non militare, & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorem gradum accipere.* 16. *Quod nulla Synodus absque præcepto ejus debet generalis vocari.* 17. Quòd nullum capitulum, nullusque liber (NB.) Canonicus habeatur absque illius auctoritate. 18. Quòd sententia illius à nullo debeat retractari: & ipse omnium solus retractare possit.

19. Quòd à nemine ipse judicari debeat. 20. *Quòd nullus audeat condemnare sedem Apostolicam appellantem.* 21. *Quòd majores causæ cujuscunque Ecclesiæ ad eum referri debeant.* 22. Quòd Romana Ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum ; Scriptura teste ; errabit. 23. *Quòd* Romanus *Pontifex, si canonicè fuerit ordinatus*, meritis D. Petri indubitanter efficitur (NB.) sanctus, *testante Ennodio, Papiensi Episcopo, et multis sanctis Patribus faventibus sicut in Decretis beati Symmachi Papæ continetur.* 24. *Quod illius præcepto & licentia subjectis liceat accusare.* 25. *Quòd absque Synodali conventu possit Episcopos deponere & reconciliare.* 26. Quòd Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Ecclesiæ. 27. Quòd à fidelitate iniquorum subjectos potest absolvere. Habes mysterium iniquitatis, his ipsis verbis à *Baronio* an. Ch. 1076. descriptum ! Compendium monstrosæ Theologiæ Hildebrandinæ ! Analysin adderem, nisi aperti satis essent & κατάφωροι hi Antichristianissimi characteres.

[d] Certum est, ex ipsis Scriptoribus Pontificiis non paucos esse, qui utut sedi Papali optimè cupiant, diffiteri non audent, nimio rigore & tyrannide Gregorium Ecclesiæ, malè consuluisse. Citavimus modò in hanc rem *Aventinum* : cui

asti-

stipulatur *Naucler.* Generat. 37. *Fertur quoque idem Gregorius in extremis dixisse : Dilexi justitiam, & odi iniquitatem, propterea morior, nisi quis fortè eum arguat ob censuræ gravitatem, quam tanta, uti diximus, in Occidentali Ecclesia scandala sunt secuta.* Eo cumprimis tempore, quo in gratiam cum Hildebrando redire voluit Imperator, *tyrannidis* specimen dedisse, ne ipse quidem *Cluniacensis Abbas,* cujus tandem Pontifex precibus cessit, negat. Vide *Avent.* l. 5. p. 575. Et p. 563. *Gregorium* pervicaciorem *extitisse Paulus Bernritensis, qui ejus vitam duobus libris complexus est, & reliqui ejus partium acerrimi propugnatores produnt.*

[*e*] Unde 1. Antichristi tempora jam tum instare vulgò creditum fuit. Vide sup. pag. 221. 2. Antichristus à multis in ipso Papatu est habitus. 3. A Reformatis eam quibusdam κατ' ἐξοχὴν Antichristus appellatur. Cui probando abundè satis facit catalogus doctrinæ Hildebrandinæ modò ex *Bar.* contextus.

[*f*] Vocatur *Hildebrandina secta.* : *Avent.* l. 5. p. 585. *Adsunt legati aliorum Pontificum Galliæ, Italiæ ; Germaniæ, ubi communi omnium consensu* Hildebrandi secta, *pietati Christianæ repugnans, explosa, exibilata est.* Vocantur etiam *Hildebrandini, Gregoriani,* &c. *Aventin.* p. 584.

[g] *Matth*, *Par.* Hist.Angl.p.8. *Gregorius Papa in Synodo generali* Simoniacos *excommunicavit,uxoratos sacerdotes à divino removit officio,& laicis* Missas *eorum audire interdixit*, novo exemplo, & (ut multis visum est inconsiderato judicio, contra sanctorum Patrum sententiam *qui scripserunt, quod Sacramenta, quæ in Ecclesia fiunt, Baptisma, Chrisma, corpus Christi & sanguis, spiritu invisibiliter cooperante, eorundem sacramentorum effectum habeant, seu per bonos seu per malos intra Dei Ecclesiam dispensentur.* Idem ex *Schaf.* habet *Calvis.* ad an. Ch. 1074. Confer *Avent.* lib.5. p.564.579. *Naucler.* Gener.36.p.160. *Baron.* a. Ch. 1075.p.464. *Carol.Sigon.* de Reg. Ital. l. 9. p.217. 218.219.

[h] Prolixam narrationem Historicam de sacerdotum cœlibatu habes in *Cat.Test.Verit.* lib.13. pag.407. & deinc. Unus instar omnium erit *Nauclerus*, Gener.36.pag.160. *Quin observatione digna videntur, quæ de* Hildebrandi *constitutionibus Herfeldensis narrat.* Hildebrandus *cum Episcopis Italiæ conveniens frequentibus Synodis* decreverat, *ut secundum instituta antiquorum Canonum Presbyteri uxores non habeant, habentes autem dimittant, aut deponantur, nec quisquam omnino ad*

sacer-

sacerdotium admittatur; qui non in perpetuum cælibem vitam profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad Episcopos Galliarum transmittebat, præcipiens ut ipsi in suis Ecclesiis contubernio sacerdotum omnes omnino fœminas perpetuo anathemate resecarent. Adversus *hoc decretum protinus infremuit tota factio clericorum, hominem planè hæreticum & vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermonis Domini, qui ait, non omnes capiunt hoc verbum, qui potest capere, capiat, &* Apostolus, *qui se non continet, nubat, melius est enim nubere, quàm uri: quod violenta exactione homines vivere cogeret ritu Angelorum, & dum consuetum cursum naturæ negaret, fornicationi & immunditiæ frena laxaret. Quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium quàm conjugium deserere, & tunc visurum eum cui homines sorderent, unde gubernandis per Ecclesiam Dei plebibus Angelos comparaturus esset nihilominus ille instabat, & assiduis legationibus Episcopos omnes socordiæ & diffidiæ arguebat, Archiepiscopus Moguntinus sentiens non parva constare opera, ut tam tempore inolitam consuetudinem revellere*

atque ad rudimenta nascentis Ecclesiæ senescentem jam mundum reformaret, moderatius agebat cum eis, & primo eis dimidium annum inducias deliberandi dedit, hortans eos, ut quod necessario faciendum sit, sponte faciant, & tam sibi, quàm Romano Pontifici necessitatem adimant aliquid severius agendi. Ad ultimum congregata Synodus in Erdesfurt mense Octob. imminebat, ut relegata omni tergiversatione in præsentiarum aut coniugium abiurarent, aut sacri altaris ministerio se abdicarent. Multas *contrà illi rationes afferebant, quibus instantis perurgentisque improbitatem eludere niterentur. Cumque adversus Ap. Sed. authoritatem, qua se ille ad hanc exactionem præter voluntatem propriam compulsum obtendebat, quod nihil argumenta, nihil supplicationes precesque proficerent, egressi sacerdotes tanquam ad consultandum; consilium ineunt, ut in Synodum non redeant, nonnulli etiam clamitabant, melius sibi videri ut in Synodum regressi ipsum Episcopum, priusquàm execrabilem in eos sententiam promulgaret, Cathedra Episcopali deturbarent, quo merita morte mulctato insigne monimentum ad posteros transmitterent, ne quis successorum eius talem*

talem sacerdotali nomini calumniam struere tentaret. Cùm ad Episcopum relatum esset, hoc eos machinari, commonitus à suis ut tumultum maturè præverteret, misit ad eos foras, rogavit, ut sedato pectore in synodum regrederentur, se cum primum opportunitas arrisisset, Dominum Apostolicum, si qua posset ratione, ab hac sententiæ austeritate deducturum. Acta *sunt hac anno Domini* 1074. *Sequenti vero anno idem Archiepiscopus mense* Octobri Synodum *Moguntiæ congregavit, ubi inter alios Episcopos, qui convenerant, aderat Curiens. Episcopus, Ap. Sed. Legatus, literas & mandata deferens, quibus ei sub interminatione gradus & ordinis sui præcipiebat, sicut antea multis legationibus præceperat, ut Presbyteros omnes, qui intra suam Diocesin essent, cogeret, aut in præsentiarum conjugibus renuntiare, aut se in perpetuum sacri altaris* Ministerio *abdicare. Quod dum facere vellet exurgentes, qui undique assidebant, clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus & totius corporis gestu in eũ debacchabãtur, ut se vita comite Synodo excessurum desperaret, sic tandem rei difficultate superatus statuit sibi deinceps soli quæstione omnino supersedendum, eamque*

R*om. Pontifici relinquendam , ut causam, quam ipse toties inutiliter proposuisset, ille per semetipsum,quando vellet,& quomodo vellet, peroraret*. Idem ferè habet *Sigon*.l.c.p.217.

[*i*] *Matthæus Pariss*, cùm de hoc interdicto locutus esset,infit: Ex *quare* tam grave oritur scandalum,ut nullius hæresis tempore sancta Ecclesia graviori sit schismate discissa : *his pro justitia, illis contra iustitiam agentibus. Porro paucis continentiam observantibus , aliquibus eam, causâ lucri ac iactantiæ , simulantibus, multis incontinentiam periurio multipliciori adulterio cumulantibus: ad hæc, hac opportunitate, laicis insurgentibus contra sacros ordines , & se ab omni Ecclesiastica subiectione excutientibus,laici sacra mysteria temerant, & de his disputant,infantes, baptizant , sordido aurium humore pro sacro Chrismate utentes & oleo, in extremo vitæ viaticum Dominicum, & usitatum Ecclesiæ obsequium sepulturæ à Presbyteris uxoratis accipere parvi pendunt. Decimas etiam Presbyteris debitas igne cremant , corpus Domini à Presbyteris uxoratis consecratum pedibus sæpe conculcant , & sangvinem Domini voluntariè frequenter in terram effundunt.*

[*k*] Exem

[k] Exemplo sit fundamentum anathematis, quo Imperatorem Papa hic percussit. Verba ejus apud *Plat.* pag. 170. quæ & *Sigon.* habet de Reg. Ital. lib. 9. p. 220. hujusmodi sunt: *Agite igitur Apostolorum sanctissimi Principes; & quod dixi, vestra authoritate interposita confirmate, ut omnes nunc demum* (fungi cæteri fuere & cautes) *intelligant, si potestis in cælo ligare,* & *solvere, in terra quoque Imperia, regna, principatus, & quicquid habere mortales possunt, auferre, & dare nos posse. Si enim quæ ad Deum pertinent, judicare potestis, quid de his inferioribus & prophanis censendum est? Et si Angelos dominantes superbis Principibus, vestrum est judicare, quid in servis illorum facere vos decet? Discant nunc reges huius exemplo & omnes seculi Principes, quid in cælo possitis, quantique apud Deum sitis, ac deinceps timeant sancta Ecclesiæ mandata contemnere.* Vide etiam *Avent.* annal. l. 5. pag. 171. & *Baron.* an. Chr. 107. b. m. 472. Mirum ergò fuerit, hanc vel portentosam licentiam, vel detestabilem sacras literas explicandi ignorantiam in pleno Episcoporum Germaniæ consessu á Conrado Episcopo Trajectensi ita fuisse exagitatam? *Idcirco ambitiosi & superbi sunt, qui illud Domi-*

Domini, Deique nostri elogium, quodcunque solveris super terram, erit & solutum in cælis, & quodcunque ligaveris super terram, erit & ligatum in cælis, perfricta fronte interpretando adulterant, suæ libidini servire cogunt, & nobis, ceu pueris, atque omnium rerum imperitis astu illudere student. Quasi verò nesciamus, peculiare esse sacris vatibus divina sapientia consultis pro capacitate auditorum diversis nominibus idem appellare, eandem rem pro diversitate effectuum modo propriis, modo translatitiis verbis, quod idem valet, nunc figuratè, nunc simpliciter dicere, crebris similitudinibus, frequentibus proverbiis atque exemplis, aptis comparationibus & hujuscemodi tanquam luminibus rem illustrare, animum, atque aures tanquam stimulis ferire, &, ut sunt varia ingenia, varia orationis sententiarumque suppellectile homines instruere, docere, recreare, rapere, trahere, movere, oblectare. Et ut D. Aurelius docet, veritas divina ita tradita, ita ornatu tecta, plus movet, plus delectat, plus honoratur, quàm si nuda absque veste prostitueretur. Nempe animus noster, quàm diu mortali carcere clausus detinetur, nolit velit, rebus fluxis, fragilibus, quæ videri, tangi solent,

solent, nimium addictus est, ad æterna & clara, quæ cerni, tactu sentiri nequeunt, cacutit atque hebetatur, nisi igniculus ingenii hisce fomentis motus excitetur. Proinde Pontifex æternus, id quod subobscurè de vinculo dixit; apud Iohannem apertè, apud Matthæum, Marcum, *Lucam apertissimè explicat. Pax vobis, inquit, sicut misit me Pater, & ego vos mitto: Accipite Spiritum Sanctum; quibus remiseritis peccata, remittuntur, & quorum retinueritis, retenta sunt. Et ut concordiam assereret, & unum sese, verum pastorem esse indicaret, uni dixit:* Si *quidem amas me, pasce oves meas, id est, ite in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ: atque, data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: ite ergo, docete omnes gentes, hanc ob causam aperit discipulis mentem cœlestis Doctor, ut intelligerent Scripturas,* Mosen; *Prophetas & Psalmos: iussitque eos in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum prædicare apud omnes gentes, testesque horum esse:* H*as ergo ob causas* Hildebrandus *ambitione in præceps abivit, cum potestatem immortalis Dei, cujus nuncius duntaxat est, sibi usurpavit.* In Moguntino etiam Concilio inter alia, Gregorio VII.

expro-

exprobratum fuit, quòd divinas literas falsò interpretando suæ causæ servire cogeret, eodem teste *Avent.* p. 569. Et *Ursperg.* pag. 223. ex *Bennone*, quem *Brunonem* ille malè appellat *Scripturas sacras violenter intorsit, in adjutorium falsitatis, quod genus Idololatriæ quantum sit, latè patet in Scripturæ campis spatiosis.*

[*l*] *Alii* enim volunt, *summum Pontificem jure divino habere plenissimam potestatem in universum orbem terrarum, tum in rebus Ecclesiasticis, tum in Politicis. Alii* (è quorum numero est *Bellarminus*) illâ sententiâ, quæ quorundam est Canonistarum, refutatâ, statuunt; *Pontificem, ut Pontificem, non habere directè & immediate ullam temporalem potestatem, sed solùm spiritualem*: tamen ratione spiritualis habere saltem indirectè potestatem quandam, eamque summam in temporalibus. *Alii* denique solidissimis rationibus ostendunt, *Papæ nihil iuris in* Regum *& Principum temporalia directe aut indirecte esse.* In hoc tamen consentiunt, unoque ore affirmant, omnes Imperatores, Reges, & Principes Christianos spirituali hujus sui summi Pontificis, Christi vicarii, & Petri successoris Imperio teneri, vide *Barcl.* de potest. Pap. in Princ. Christ. *Roger VVidringt.* Apol. pro jur. Princ. *Irvini, Scoti* Diasc. de jure Reg. c. 16. Quia verò præsens hoc seculum XI. controversiæ hujus

hujus sedes est & origo, prolixius de ea judicium sententiamque rogare lubet Iterum verò hic audire placet *Naucler um* Gener. 37. fol. 162. *Non desunt hic, qui dicant*, Deum, ad hoc regnum Romanum imminui voluisse, ut Ecclesiam exaltaret, *Regni quippe viribus ac beneficentia Regum exaltatam & ditatam nemo ambigit Ecclesiam, constatque non prius eam tantum regnum humiliare potuisse, quàm ipso ob amorem sacerdotii eius creato ac viribus exhausto, non eius tantū, id est, spirituali, sed suo proprio, materiali scilicet percussum destrueretur. Quod iudicare vel discutere supra nostras vires est:* Videntur tamen per omnia culpandi sacerdotes, qui regnum suo gladio, quem ipsi ex regum habent gratia, ferire conantur, *nisi forte David Regem imitari cogitent, qui Philistæum primò virtute Dei percussum, postmodum proprio gladio iugulavit. Verum, quia regno decrescente, Ecclesia bravium æternæ patriæ ac post vitæ præsentis laborem requiem adeptura, in præsenti quoque in magnum montem crescens, in magna authoritate stare cepit. Nemo autem propter hæc verba nos Christianum Imperium ab Ecclesia separare putet, cùm duæ in Ecclesia Dei personæ sacerdotalis & regalis esse*

bilius Magistrum Ecclesiæ, hoc est, Beatum Petrum Apostolorum Principem intueri, cui, si de Dominicis ovibus es, Dominica voce & potestate ad pascendum traditus es, dicente sibi Christo: Petre pasce oves meas. Et iterum: Tibi traditæ sunt claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. In cujus sede & Apostolica administratione, dum nos qualescunque peccatores & indigni, divina dispositione vicem suæ potestatis gerimus, profectò quicquid ad nos vel per scripta, aut nudis verbis miseris, ipse recipit: & dum nos aut elementa percurrimus, aut loquentium voces auscultamus, ipse ex quo corde mandata prodierint, subtili inspectione discernit. Nonne verò hoc est cordis & renum scrutinium, quod sibi soli deberi toties in Scriptura sacra inculcavit Deus ipse, vindicare creaturis? Pro *sede verò Romana*, quæ condiderit decreta, quos Canones cuderit, Dictatus Papæ (sic sententiæ quædam Gregorii breviores, seu Aphorismi vocantur) clarè satis loquitur. Ita autem habet: 1. *Quod* Ro*mana Ecclesia à solo Domino sit fundata.* 2. Quòd solus Romanus Pontifex dicatur universalis. 3. *Quod ille solus possit Episcopos* depo-

deponere, vel reconciliare. 4. Quod legatus ejus omnib. Episcopis præsit in Concilio, *etiam inferioris gradus, & adversus eos sententiã depositionis possit dare.* 5. *Quod absentes Papa possit deponere.* 6. *Quod cũ excõmunicatis ab illo, inter cætera, nec in eadẽ domo debemus permanere.* 7. *Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere, novas plebes congregare, de Canonica Abbatiã facere, & è contra, divitẽ Episcopatum dividere, & inopes unire.* 8. *Quod solus uti possit Imperialibus insigniis.* 9. Quòd solius Papę pedes omnes Principes deosculentur. 10. Quòd illius solius nomen in Ecclesiis recitetur. 11. Quòd unicum est nomen in mundo, Papæ videlicet, 12. Quod illi liceat Imperatores deponere. 13. *Quod illi liceat de sede ad sedem necessitate cogente Episcopos transmutare.* 14. *Quod de omni Ecclesia quocunque voluerit, clericum valeat ordinare.* 15. *Quod ab illo ordinatus alii Ecclesiæ præesse potest, sed non militare, & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorem gradum accipere.* 16. *Quod nulla Synodus absque præcepto ejus debet generalis vocari.* 17. Quòd nullum capitulum, nullusque liber (NB.) Canonicus habeatur absque illius auctoritate. 18. Quòd sententia illius à nullo debeat retractari: & ipse omnium solus retractare possit.

 19. Quòd

19. Quòd à nemine ipse judicari debeat. 20. *Quòd nullus audeat condemnare sedem Apostolicam appellantem.* 21. *Quòd majores causæ cujuscunque Ecclesiæ ad eum referri debeant.* 22. Quòd Romana Ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum, Scriptura teste, errabit. 23. *Quòd* Romanus *Pontifex, si canonicè fuerit ordinatus,* meritis D. Petri indubitanter efficitur (NB.) sanctus, *testante Ennodio, Papiensi Episcopo, ei multis sanctis Patribus faventibus sicut in Decretis beati Symmachi Papæ continetur.* 24. *Quod illius præcepto & licentia subjectis liceat accusare.* 25. *Quòd absque Synodali conventu possit Episcopos deponere & reconciliare.* 26. Quòd Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Ecclesiæ. 27. Quòd à fidelitate iniquorum subjectos potest absolvere. Habes mysterium iniquitatis, his ipsis verbis à *Baronio* an. Ch. 1076. descriptum! Compendium monstrosæ Theologiæ Hildebrandinæ! Analysin adderem, nisi aperti satis essent & κατάφωροι hi Antichristianissimi characteres.

[d] Certum est, ex ipsis Scriptoribus Pontificiis non paucos esse, qui utut sedi Papali optimè cupiant, diffiteri non audent, nimio rigore & tyrannide Gregorium Ecclesiæ, malè consuluisse. Citavimus modò in hanc rem *Aventinum*: cui asti-

astipulatur *Naucler.* Generat. 37. *Fertur quoque idem Gregorius in extremis dixisse : Dilexi justitiam, & odi iniquitatem, propterea morior, nisi quis fortè eum arguat ob censuræ gravitatem, quam tanta, uti diximus, in Occidentali Ecclesia scandala sunt secuta.* Eo cumprimis tempore, quo in gratiam cum Hildebrando redire voluit Imperator, *tyrannidis* specimen dedisse, ne ipse quidem *Cluniacensis Abbas*, cujus tandem Pontifex precibus cessit, negat. Vide *Avent.* l. 5. p. 575. Et p. 563. *Gregorium* pervicaciorem *extitisse Paulus Bernritensis, qui ejus vitam duobus libris complexus est, & reliqui ejus partium acerrimi propugnatores produnt.*

[*e*] Unde 1. **Antichristi** tempora jam tum instare vulgò creditum fuit. Vide sup. pag. 221. 2. Antichristus à multis in ipso Papatu est habitus. 3. A Reformatis eam quibusdam κατ' ἐξοχὴν Antichristus appellatur. Cui probando abundè satis facit catalogus doctrinæ Hildebrandinæ modò ex *Bar.* contextus.

[*f*] Vocatur *Hildebrandina secta.* : *Avent.* l. 5. p. 585. *Adsunt legati aliorum Pontificum Galliæ, Italiæ ; Germaniæ, ubi communi omnium consensu* Hildebrandi secta, *pietati Christianæ repugnans, explosa, exibilata est.* Vocantur etiam *Hildebrandini*, *Gregoriani*, &c. *Aventin.* p. 584.

[g] *Matth, Par.* Hist.Angl.p.8. *Gregorius Papa in Synodo generali Simoniacos excommunicavit, uxoratos sacerdotes à divino removit officio, & laicis* Missas *eorum audire interdixit,* novo exemplo, & (ut multis visum est inconsiderato judicio, contra sanctorum Patrum sententiam *qui scripserunt, quod Sacramenta, quæ in Ecclesia fiunt, Baptisma, Chrisma, corpus Christi & sangvis, spiritu invisibiliter cooperante, eorundem sacramentorum effectum habeant, seu per bonos seu per malos intra Dei Ecclesiam dispensentur.* Idem ex *Schaf.* habet *Calvis.* ad an. Ch. 1074. Confer *Avent.* lib.5. p.564.579. *Naucler.* Gener.36.p.160. *Baron.* a. Ch. 1075.p.464. *Carol.Sigon.* de Reg. Ital. l. 9. p.217. 218.219.

[h] Prolixam narrationem Historicam de sacerdotum cœlibatu habes in *Cat.Test.Verit.* lib.13. pag.407. & deinc. Unus instar omnium erit *Nauclerus,* Gener.36.pag.160. *Quin observatione digna videntur, quæ de* Hildebrandi *constitutionibus Herfeldensis narrat.* Hildebrandus *cum Episcopis Italiæ conveniens frequentibus Synodis* decreverat, *ut secundum instituta antiquorum Canonum Presbyteri uxores non habeant, habentes autem dimittant, aut deponantur, nec quisquam omnino ad*

sacer-

sacerdotium admittatur; qui non in perpetuum cœlibem vitam profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad Episcopos Galliarum transmittebat, præcipiens ut ipsi in suis Ecclesiis contubernio sacerdotum omnes omnino fœminas perpetuo anathemate resecarent. Adversus hoc decretum protinus infremuit tota factio clericorum, hominem planè hæreticum & vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermonis Domini, qui ait, non omnes capiunt hoc verbum, qui potest capere, capiat, & Apostolus, qui se non continet, nubat, melius est enim nubere, quàm uri: quod violenta exactione homines vivere cogeret ritu Angelorum, & dum consuetum cursum naturæ negaret, fornicationi & immunditiæ frena laxaret. Quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium quàm conjugium deserere, & tunc visurum eum cui homines sorderent, unde gubernandis per Ecclesiam Dei plebibus Angelos comparaturus esset: nihilominus ille instabat, & assiduis legationibus Episcopos omnes socordiæ & diffidiæ arguebat, Archiepiscopus Moguntinus sentiens non parva constare opera, ut tanto tempore inolitam consuetudinem revelleret,

 atque

atque ad rudimenta nascentis Ecclesiæ s
scentem jam mundum reformaret, modera
agebat cum eis, & primo eis dimidium ann
inducias deliberandi dedit, hortans eos, ut q
necessario faciendum sit, sponte faciant, & t
sibi, quàm Romano Pontifici necessitatem a
mant aliquid severius agendi. Ad ultim
congregata Synodus in Erdesfurt mense Oct
imminebat, ut relegata omni tergiversatio
in præsentiarum aut conjugium abjurarer
aut sacri altaris ministerio se abdicarent. M
tas contrà illi rationes afferebant, quibus
stantis perurgentisque improbitatem elude
niterentur. Cumque adversus Ap. Sed. a
thoritatem, qua se ille ad hanc exactionem pr
ter voluntatem propriam compulsum o
tendebat, quod nihil argumenta, nihil suppl
cationes precesque proficerent, egressi sacerd
tes tanquam ad consultandum; consilium in
eunt, ut in Synodum non redeant, nonnulli et
iam clamitabant, melius sibi videri ut in Sy
nodum regressi ipsum Episcopum, priusquam
execrabilem in eos sententiam promulgaret
Cathedra Episcopali deturbarent, quo merit
morte mulctato insigne monimentum ad po
steros transmitterent, ne quis successorum eiu

talem

talem sacerdotali nomini calumniam struere tentaret. Cùm ad Episcopum relatum esset, hoc eos machinari, commonitus à suis ut tumultum maturè præverteret, misit ad eos foras, rogavit, ut sedato pectore in synodum regrederentur, se cum primum opportunitas arrisisset, Dominum Apostolicum, si qua posset ratione, ab hac sententiæ austeritate deducturum. Acta *sunt hæc anno Domini* 1074. *Sequenti vero anno idem Archiepiscopus mense* Octobri Synodum *Moguntiæ congregavit, ubi inter alios Episcopos, qui convenerant, aderat Curiens. Episcopus, Ap. Sed. Legatus, literas & mandata deferens, quibus ei sub interminatione gradus & ordinis sui præcipiebat, sicut antea multis legationibus præceperat, ut Presbyteros omnes, qui intra suam Diocesin essent, cogeret, aut in præsentiarum conjugibus renuntiare, aut se in perpetuum sacri altaris* Ministerio *abdicare. Quod dum facere vellet exurgentes, qui undique assidebant, clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus & totius corporis gestu in eũ debacchabãtur, ut se vita comite* Synodo *excessurum desperaret, sic tandem rei difficultate superatus statuit sibi deinceps soli quæstione omnino supersedendum, eamque*

Rom. *Pontifici relinquendam, ut causam, quam ipse toties inutiliter proposuisset, ille per semetipsum, quando vellet, & quomodo vellet, peroraret.* Idem ferè habet *Sigon.*l.c.p.217.

[*i*] *Matthæus Paris*, cùm de hoc interdicto locutus esset, infit: *Ex quare* tam grave oritur scandalum, ut nullius hæresis tempore sancta Ecclesia graviori sit schismate discissa: *his pro justitia, illis contra iustitiam agentibus. Porro paucis continentiam observantibus, aliquibus eam, causâ lucri ac iactantiæ, simulantibus, multis incontinentiam periurio multipliciori adulteriò cumulantibus: ad hæc, hac opportunitate, laicis insurgentibus contra sacros ordines, & se ab omni Ecclesiastica subiectione excutientibus, laici sacra mysteria temerant, & de his disputant, infantes, baptizant, sordido aurium humore pro sacro Chrismate utentes & oleo, in extremo vitæ viaticum Dominicum, & usitatum Ecclesiæ obsequium sepulturæ à Presbyteris uxoratis accipere parvi pendunt. Decimas etiam Presbyteris debitas igne cremant, corpus Domini à Presbyteris uxoratis consecratum pedibus sæpe conculcant, & sangvinem Domini voluntariè frequenter in terram effundunt.*

[*k*] Exem-

[k] Exemplo sit fundamentum anathematis, quo Imperatorem Papa hic percussit. Verba ejus apud *Plat.* pag. 170. quæ & *Sigon.* habet de Reg. Ital. lib. 9. p 220. hujusmodi sunt: *Agite igitur Apostolorum sanctissimi Principes; & quod dixi, vestra authoritate interposita confirmate, ut omnes nunc demum* (fungi cæteri fuere & cautes) *intelligant, si potestis in cælo ligare, & solvere, in terra quoque Imperia, regna, principatus, & quicquid habere mortales possunt, auferre, & dare nos posse. Si enim quæ ad Deum pertinent iudicare potestis, quid de his inferioribus & prophanis censendum est? Et si Angelos dominantes superbis Principibus, vestrum est iudicare, quid in servis illorum facere vos decet? Ediscant nunc reges huius exemplo & omnes seculi Principes, quid in cælo possitis, quantique apud Deum sitis, ac deinceps timeant sancta Ecclesiæ mandata contemnere.* Vide etiam *Avent.* annal. l. 5. pag. 171. & *Baron.* an. Chr. 107. b. m. 472. Mirum ergò fuerit, hanc vel portentosam licentiam, vel detestabilem sacras literas explicandi ignorantiam in pleno Episcoporum Germaniæ consessu á Conrado Episcopo Trajectensi ita fuisse exagitatam? *Idcirco ambitiosi & superbi sunt, qui illud*

Domi-

Domini, Deique nostri elogium, quodcunque solveris super terram, erit & solutum in cœlis, & quodcunque ligaveris super terram, erit & ligatum in cœlis, perfricta fronte interpretando adulterant, suæ libidini servire cogunt, & nobis, ceu pueris, atque omnium rerum imperitis actu illudere student. Quasi verò nesciamus, peculiare esse sacris vatibus divinæ sapientiæ consultis pro capacitate auditorum diversis nominibus idem appellare, eandem rem pro diversitate effectuum modo propriis, modo translatitiis verbis, quod idem valet, nunc figuratè, nunc simpliciter dicere, crebris similitudinibus, frequentibus proverbiis atque exemplis, aptis comparationibus & hujuscemodi tanquam luminibus rem illustrare, animum, atque aures tanquam stimulis ferire, &, ut sunt varia ingenia, varia orationis sententiarumque suppellectile homines instruere, docere, recreare, rapere, trahere, movere, oblectare. Et ut D. Aurelius docet, veritas divina ita tradita, ita ornatu tecta, plus movet, plus delectat, plus honoratur, quàm si nuda absque veste prostitueretur. Nempe animus noster, quàm diu mortali carcere clausus detinetur, nolit velit, rebus fluxis, fragilibus, quæ videri, tangi solent,

solent, nimium addictus est, ad æterna & clara, quæ cerni, tactu sentiri nequeunt; cæcutit atque hebetatur, nisi igniculus ingenii hisce fomentis motus excitetur. *Proinde Pontifex æternus, id quod subobscurè de vinculo dixit, apud Iohannem apertè, apud Matthæum,* Marcum, *Lucam apertissimè explicat. Pax vobis, inquit, sicut misit me Pater, & ego vos mitto. Accipite Spiritum Sanctum; quibus remiseritis peccata, remittuntur, & quorum retinueritis, retenta sunt. Et ut concordiam assereret, & unum sese, verum pastorem esse indicaret, uni dixit:* Si quidem *amas me, pasce oves meas, id est, ite in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ: atque, data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: ite ergo, docete omnes gentes, hanc ob causam aperit discipulis mentem cœlestis Doctor, ut intelligerent Scripturas,* Mosen; *Prophetas & Psalmos: jussitque eos in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum prædicare apud omnes gentes, testesque horum esse:* Has *ergo ob causas* Hildebrandus *ambitione in præceps abivit, cum potestatem immortalis Dei, cujus nuncius duntaxat est, sibi usurpavit.* In Moguntino etiam Concilio inter alia, Gregorio VII. expro-

hujus sedes est & origo, prolixius de ea judicium sententiamque rogare lubet Iterum verò hic audire placet *Nauclerum* Gener. 37. fol. 162. *Non desunt hic, qui dicant*, Deum, ad hoc regnum Romanum imminui voluisse, ut Ecclesiam exaltaret, R*egni quippe viribus ac beneficentia Regum exaltatam & ditatam nemo ambigit Ecclesiam, constatque non prius eam tantum regnum humiliare potuisse, quàm ipso ob amorem sacerdotii eius creato ac viribus exhausto, non eius tantũ, id est, spirituali, sed suo proprio, materiali scilicet percussum destrueretur. Quod iudicare vel discutere supra nostras vires est:* Videntur tamen per omnia culpandi sacerdotes, qui regnum suo gladio, quem ipsi ex regum habent gratia, ferire conantur, *nisi forte David* R*egem imitari cogitent, qui Philistæum primò virtute Dei percussum, postmodum proprio gladio iugulavit. Verum, quia regno decrescente, Ecclesia bravium æternæ patriæ ac post vitæ præsentis laborem requiem adeptura, in præsenti quoque in magnum montem crescens, in magna authoritate stare cepit. Nemo autem propter hæc verba nos Christianum Imperium ab Ecclesia separare putet, cùm duæ in Ecclesia Dei personæ sacerdotalis & regalis esse*

esse dignoscantur. Sed gravis hic oritur quæstio; *quam idem Otho in præcedentibus tangit, magnaque de* Regni *& sacerdotii justitia dissensio.* Quidam enim religionis obtentu,alii verò secularis dignitatis, quâ regni authoritas imminuta cernitur,intuitu, hanc gloriam, honoremque temporalem sacerdotibus cœlestis regni gloria promittitur, non licere autumant. Duæ,inquiunt; personæ, à Deo in Ecclesia sunt constitutæ; sacerdotalis & regalis, quarum una Christi tractare debet Sacramenta, ac Ecclesiastica spiritali gladio exercere judicia, altera gladium materialem contrà hostes Ecclesiæ pauperes; Ecclesiasque Dei ab incursione malorum defendendo, sceleratos puniendo, ad secularia judicia exercenda portat gladium. *Hi sunt duo gladii, qui in passione Domini leguntur, sed uno tantum Petrus usus invenitur. Sicut ergo ad spiritalem gladium spiritales quoque possessiones, id est, decimæ, primitiæ, oblationes, & alia huiusmodi pertinent: sic materiali omnes terrenæ dignitates, ducatus, ac ejusmodi subiacent.* Hoc *enim Deus non in una persona, sed separatim in duabus in Ecclesia esse voluit. Proinde sicut illæ personæ, quæ gladium materialem portat, non licet contingere ea quæ spiritualia sunt; sic & isti ea usur-*

usurpare, quæ huius sunt, non convenit. Unde & in Evangelio scribitur, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Idque Dominus sicut prædicavit verbis, sic factis declaravit, quando tributum pro se & Petro jussit dari. Paulus etiam omnem potestatem à Deo esse considerans in causa positus non Petrum, qui tunc Romanæ Cathedræ præfuit, sed hominem flagitiosissimum ex Dei voluntate super terram Regem constitutum, Neronem, appellavit, & quòd omnis possessio Regũ gratia sit, ex Augustino probant, qui ait; Quo jure possides villas? divino an humano? divino, Domini est terra & plenitudo ejus: humano? hæc à regibus, hinc dicimus: hæc terra mea, hic fundus meus est. Item si dicis, quid mihi & regi? dic, quid tibi & possessionibus? Quibus tamen hoc modo respondetur, quòd mundiali dignitate Deus Ecclesiam suam honorare voluit, ex Dei enim ordinatione hoc factum fieri potuit: nec credendum est, Ecclesiam suam sponsam spiritu erroris decipi permisisse, cui veritatis spiritum dederat. Præterea probatæ sanctitatis viri reperiuntur, qui & hæc habuisse, qui cum his regnum Dei acquisivisse, creduntur. His ergò aliisque modis, quos longum

est exequi, probatur, & Constantinum Ecclesiæ iustè regalia contulisse, & Ecclesiam licitè suscepisse: dum enim quærimus quo iure reges id habeant, respondere solemus, ex ordinatione Dei, & electione populi. Si ergo Deus ordinando, quod regibus prædictus honor impenderetur, iniustè non fecit, quanto magis & id ordinando, ut ab illa persona ad Ecclesiasticam traduceretur, iniustus dicendus non est. Denique si ad hoc quod ipse ordinaverat, tam hic, quàm ibi voluntati suæ electionem populi, & insuper hic traditionem principis concordare voluit, nec ipsum iniuste disposuisse, non principem male tradidisse, nec Ecclesiam illicite suscepisse credendum est. Sed dicis: priori personæ licuisse, quod istam ex sanctitate officii habere nec decet, nec expedit. Ad hoc fateor, aliud refugium nescio, nisi quod sanctos Apostolicæ fidei ac meriti viros, Sylvestrum, Gregoriũ, aliosq; complures, ea cognoscimus habuisse: *Ego enim, inquit, ut de meo sensu loquar, utrum Deo magis placeat* hæc Ecclesiæ suæ, quæ nunc cernitur, exaltatio, quàm prior humiliatio, prorsus ignorare me profiteor. Videtur quidem status ille fuisse melior, iste felicior. *Assentior tamen sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam supra firmam*

firmam petram ædificatam non dubito, credendaq; quæ credit, licite possidenda quæ possit. Credo enim, quod nullo errore decipi possit. Plura in seq. ex Gersone affert, quæ ex ipso peti possunt *Naucler.*

Vides Ariadnæ filum, quo ex omnium difficultatum & contradictionum labyrintho eluctari conantur nutantes & titubantes Papistarum animi! Errores vident, sed quia Romæ committuntur, pro talibus non habent. Immunitatis & impeccantiæ falsissimo prætextu palliant notoria & manifestissima Sedis Romanæ peccata. Non alio argumento *Nauclero* probari potest Pontificis ἀλλότριο ἐπισκοπία, quàm quòd credit, *nullo* R*omam errore decipi posse.* Tale quid in electione Hildebrandi obtigisse, *Baronii* narrant annales anno Chr. 1080. p. 533. Cùm Henricus Imperator, par pari relaturus, Gregorium VII. sede Pontificia excutere vellet, *causas & occasiones qualiter eum eiiceret quæsivisse dicitur.* I*nventumque est*, refert ex alio Baronius, *eum* R*omanam sedem olim abiuratam insedisse, quam idcirco abiuraverit, quia eam, dum* Ar*chidiaconus esset, adhuc vivente Domino suo, per ambitionem aspirare voluerit. Vtrum hæc vera sint an falsa, parum comperi. Alii asserebant; alii figmentum esse dicebant. Vtrisque* R*oma fuit in*

argumentum. *His*, quòd Roma mundi domina nunquam pateretur tale nefas: *illis*; quòd ea cupiditatis ancilla facile permitteret ob pretium omne nefas. Axioma enim est *Ivonis*, Carnotensis Episcopi, ad Archiepiscop. Senon. *Judiciis Ecclesiæ Romanæ & constitutionibus ejus obviare, planè est hæreticæ pravitatis notam incurrere, cùm Scriptura* (id est decretum Pontificium) *dicat: Hæreticum esse constat, qui Romanæ Ecclesiæ non concordat*, *Baron.* an. Ch. 1092.

[*m*] Qua de re scripsimus Seculo VIII. p. 472. & Sec. IX. pag. 675. 676. Certum est, Pontificis vel electionem, vel confirmationem longo jam tempore ab Imperatoris arbitrio dependisse: id quod ab ipsis Pontificibus publicè decretum fuit & strictè observatum. Unde etiam hoc privilegium salvum sibi relinqui voluêre Germaniæ Imperatores. Exemplum luculentum vide apud *Avent.* l. 5. p. 548. Confer *Onuph.* & *Sigon.* in Alex. II.

[*n*] Cùm Greg. VI. pecunia Sedem inconsulto Imp. emisset, mox ab Henrico III. deponitur, cui *Suidgerum Bambergensem Episcopum, Clementem II. appellatum, omnium consensu, substituit, omnesque tam clericos quàm Romanos in verba sua jurare coëgit*, (imò tradunt alii; ipsum Clementem Romanos, ne in errores simi-

les

les inciderent, jurejurando adactos, Pontificum electionibus prohibuisse, vide *Naucl.* Gen. 35. p. 152. b.) *se Pontificem nunquam electuros, nisi quem ipse dedisset. Videbat enim Imperator eò licentiæ factiosum quemque & potentem, quamvis ignobilem devenisse, ut omnium suffragiis corruptis tantam dignitatem consequi auderet, quæ nonnisi sanctissimis demandari deberet*; *Onuph.* in Gregor. VI. post *Plat.* in Clem. II. Eadem repetit *On.* in Clem. II. quibus subjungit: *Simul quoque hoc* Romanorum *sacramento Imperator jura, quæ in electione* Romani *Pontificis ac dispositione sedis Apostolicæ habebat concessa ab Adriano I. Carolo* Magno, *& à Leone VIII. Othoni I. recuperavit.* Idem confirmat *Avent.* annal. Bojor. l. 5. pag. 533. Confer *Baron.* ipsum an. Ch. 1014. pag. 50. & an. Ch. 1059. pag. 260. *Fascic. temp* pag. 72. an. Quid? quòd ipse etiam Hildebrandus ad Imperatorem legationem succepit pro imperranda successione Victoris II. *Onuph.*. Imò, (sunt verba Epistolæ ex *Stumpfio* & *Ursperg.* supra citatæ) *tu ipse* (Hildebrande) *tempore bonæ memoriæ Heinrychi* I*mperatoris corporali sacramento constrinxisti, quod nunquam vivente ipso Imperatore aut filio ejus, Domino nostro glorioso, rege, qui nunc summæ rerum praeest, Papatum aut ipse*

 suscipe-

ſuſciperes, aut alium, quantum in te eſſet, ſuſcipere patereris abſque aſſenſu & laudamento vel patris dum viveret, vel filii, dum & ipſe viveret. Atque hujus ſacramenti ſunt hodie teſtes plerique Epiſcopi, qui hæc tunc & oculis ſuis viderunt, & auribus audierunt. Sed in ipſius Hildebrandi confirmatione Imperatoris aſſenſum obſervari, notat *Naucl.* Gen. 26. pag. 57. Uno verbo, *mos jam inoleverat*, ut Pontifices eligerentur ab Imperatoribus: *Onuph.* in Steph. IX. & Nicol. II. *Fecerunt enim vitia* (verba ſunt *Plat.* in Leone IX.) *quorundam Pontificum, quemadmodum ſcripſimus, ut meritò ipſi clero ſublata poteſtas videretur Dei judicio, quo in melius, eorum mentes flagitiis contaminatæ aliquando verterentur, ne Chriſtiana Reſpublica malis Rectoribus commiſſa peſſundaretur.* Concinit *Naucl.* Gen. 35. pag. 153. Addam querelam *Carol. Sigon.* Hiſt. Reg. Ital. lib. 8, p. 201. *Libet hoc loco in memoriam revocare, quod ſupra in hiſtoria anni 776. referenda prædiximus, Romanos proceres privatæ quærendæ potentiæ causâ corruptis comitiis Pontificis Eccleſiam gravibus, in ducentos prope annos ſeditionibus, ac fœdis offenſionibust implevisſe. Hi fuere, ut ſcripſi Alberus* Marchio, *& Albericus filius Conſul,*

sul, Thusculani Comites , & qui ab eis aut genus traxerunt, aut potentiam acceperunt, qui populo cleroque aut mercede corrupto , aut quacunque alia ratione vetere comitiorum libertate dispoliato amicos, aut propinquos suos pro arbitrio provexerunt, homines fermè longè à recta superiorum Pontificum disciplina & sanctitate remotos, ad quorum libidinem coërcendam Leo VIII. Pontifex legem retulit ab Hadriano I. latam, deinde à tertio abrogatā: Ne Pontifex designatus sine regis auctoritate iniret.

[o] Quæ quidem consilia diu agitavit. Nam cùm adhuc inter Monachos gregarius esset, Imperatoris privilegium aperto Marte oppugnavit. Audi de hac re loquentem *Platinam*, in Leone IX. *Cùm Romani legatos misissent ad Imperatorem oratum, ut optimum Pontificem sibi daret. Is statim Baunonem Episcopum Tublensem virum bonum & simplicis ingenii legatis & Ecclesiæ Romanæ obtulit : cui quidem Romani Pontificio habitu petenti Abbas Cluniacensis & Hildebrandus Monachus Soanâ oriundus, obviam facti persuasere, ut deposito Pōtificali ornatu Romam privatus ingrederetur, quod dicerent, Henricū nullā creandi Pontificis*

potestatem habere: sed ad Clerum Populumque Romanum id pertinere. Motus his verbis Leo, cùm etiam vocem è cœlo inter eundum audivisset; Ego cogito pacis cogitationes non afflictionis; deposito Pontificio apparatu privatus urbem ingreditur, se ipsum accusans, quòd Imperatori maluerit, quàm Deo obtemperare. At vero Romanus Clerus suadente Hildebrando *eundem Baunonem* (*Brunonem* alii scribunt *Naucl.Bal.*) *in Pontificem eligunt, eo libentius, quod omnem authoritatem eligendorum Pontificum ab* Imperatore (*ut par erat*) *ad clerum transtulisset.* Vide & *Bal.* pag. 148, *Naucl.* Gener.35 & ipsum *Baron.* init. an. Ch. 1049. *Stell.* an. Ch. 1040. *Genebr.* an. Chr. 1048. Sic, cùm Otto, Coloniensis Archiepiscopus, Alexandrum II. gravissimis verbis increpuisset, *quod sedem Romanam injussu Cæsaris, & contra atque consuetudo & lex ipsa jubebat occupâsset*, Hildebrandus Archidiaconus, qui fortè tum aderat, partes Pontificis acerrimè fuit tutatus, quod diceret, *electionem ad clerum pertinere, si jus, si antiquam consuetudinem vellet inspicere*; *Plat.* pag.164. an. Confer *Baron.* an. Chr. 1049. *Avent.* lib.5. pag.546. *Bal.* Cent.11. pag.156. *Onuphrius* perspicuè satis de electione *Alexandri* II. differens, ait; *Quod Roma à Cardinalibus & Clero,*

& Clero, Romano *authore Hiltprando* Archi-*diacono, inconsulto Imperatore & sine ejus au theritate* Rom. *Pontific. in locum PP. Nicolai II. suffectus sit. Cum vero non paucis ex Clero & Pop.* Rom. *conatus iste cum sanctissimi iuramenti profana violatione coniunctus, displiceret, legatos illi miserunt ad* Henricum *IV. qui iam adolescebat, ut* juxta juramentum, *patri suo in electione Clementis II. à Cardinalibus, Clero, populoque Romano præstitum, & secundum privilegia sibi à prædecessoribus & successoribus suis Rom. Imp. à sede Apostolica, de eiusdem Pontificiæ sedis dispositione concessa, Rom. Pontif.* à Cardinalibus *consecrandum eligeret, atque* Romam *mitteret, ut olim pater suus facere consueverat. Quod intelligens* Hiltprandus *Archidiaconus, cui jam inde à* Gregorii *V*I. *(cuius discipulus & alumnus fuerat) depositione & Clem. II. per* Imp. *subrogatione, mirum in modum illud iuramentum* Cardinalium, *Cleri & Pop. Rom. Imp. præstitum, & hæc privilegia Imp. concessa de sanctæ sedis* A*postolicæ in creandis Pontificibus dispositione, displicuerunt, tanquam contra Canones, sanctorum Patrũ instituta, & libertatẽ Ecclesiasticam facta, hanc Imp.* Hen-

 rici

rici IV. dispositionem prævenit, & Cardinalibus quàm primum Pont. Rom. eligere persuasit, ne si adhuc discordes invenirentur, electum ab Imper. (quod contra Canones esse asserebat) suscipere cogerentur, quod & factum est. Quam verò ægrè tulerit Imperator, quòd puer jura sua in tribus jam electionibus, videlicet Stephani IX. Nicolai II. & Alexandri II. amisisset, eventus postea docuit, cujus deinceps meminit Onuphrius, & *Carol. Sigon.* de Reg. Ital. l. 9. p. 213. Abrogato enim Alexandro Cadalous est substitutus. Imo, quàm malè ipsos habuerit Episcopos Germaniæ enormis hæc Hiltprandi protervia, haud obscurè colligere licet ex citata Otthonis Coloniensis Archiepiscopi oratione, quam prolixius recitat Naucl. Gener. 36. p. 156. an. *Quo factum est*, inquit, *modo, mi frater Alexander, ut præter servatos hactenus mores, præter legem olim* Romanis *Pontificibus præscriptam, Pontificatum* Romanum *à* Rege *& Domino meo* Henrico *iniussus acceperis, & incipiens à Carolo multos nominavit. à quibus Pontifices, vel electi fuere vel confirmati, aut eorum ab his electio affirmata; parantem plura dicere* Hildebrandus *Archidiaconus, cœtu Cardinalium annuente, respondit: Nullum unquam jus, nullum* Imperium, *Otho Archiepiscope,*

piscope, regibus & Imperatoribus Romanis in Pontificis Romani electione fuit, & si quid per vim, si quid perperam actum sit, censura postea patrum correctum est. Vide etiã *Sigon.l.9.* Eheu! bone vir, tollutim badiza! Non vi raptum, sed singulari omnium applausu collatum hoc fuit Imperatoribus Romanis in electione Pontificũ privilegium. Vide *Bal.* cent.2.p.132. & sup. p.191. Si, quos densato agmine citavimus testes, nõ satis faciãt, audi *Baronium* ipsum sectæ tuæ & factionis hyperaspistem acerrimum. Sic ille a. Ch. 1059. p. 260. *Constat etiam in eodem* Romano *Concilio editam esse constitutionem de electione Romani Pontificis, de qua Petrus Damiani in disputatione Advocati regii:* Verùm tamen tu hoc negare nõ potes, quod pater Domini mei, Regis, piæ memoriæ, Henricus Imperator factus est Patricius Romanorum, à quibus etiam accepit in electione super ordinatione Pontificis principatum. Huc accedit (quod præstantius est) quia Nicolaus Papa hoc domino meo Regi privilegium, quod ex paterno jam jure susceperat, præbuit, & per synodalis insuper decreti paginam confirmavit, *Et inferius*: Synodalis etiam decreti pagina, quam cum Concilii totius assensu beatus Papa constituit, cui propriæ manus articulum indidit, quam tot Episcoporum venerandus, celebrisque conventus subscriptione firmavit, anathematis

matis vinculo juxta morem carere non potuit. *De hoc concesso* Henrico Regi, *de Pontificis* Romani *electione, Privilegio nec Ecclesiæ* Romanæ *defensor Petrus ipse negavit; sed quomodo Principes Regni abusi essent illo* (id verò hoc loco non quæritur; Ante enim quàm privilegio hoc abuti potuissent Imperatores, spoliari eo debuerunt) *respondit, dum libera iura* Romanæ *Ecclesiæ defendit. Quod enim eiusdem Regis ope proximò præcedenti schismati finis impositus esset, legitimusque Pontifex* Romanæ *Ecclesiæ pace reddita, constitutus: gratitudinis ergo, quod datum fuerat, eadem ex causa patri privilegium, hoc Nicolaus una cum sancta Synodo propagandum putavit in filium.* Idem Damiani Epistola contra Cadaloum (quem *Cadalum* aut *Cadaleum* alii scribunt) annalib.inserta a. Ch.1061.ait: *Nimirum, cum electio illa per Episcoporum Cardinalium fieri debeat principale iudicium: secundo loco iure præbeat clerus assensum; tertio popularis favor attollat applausum; sicque suspendenda est causa, usque dum regiæ celsitudinis consulatur authoritas, nisi (sicut nuper contigit) periculum fortassis immineat, quod rem quantocyus accelerare compellat.* Vide ipsum defens. apud *Baron.*a.Chr.1062. pag. 307. *Sigon.*de Reg.Ital. pag.

pag. 202. 203. 210. Ergò raptum sit, quod Pontifex synodicè Imperatori indulsit, eique successionis jure debebatur? *Sed perperam actum est!* Ergò περπερεύεσι Papæ Romani, & quidem in negotio tam momentoso? Demus aliâs: Hoc tamen loco *meritò* Romanis sublatam esse ordinandi Pontifices potestatem, non quam per vetustissimas leges & avitam consuetudinem habere debebant, sed quam, crescente in Pontificibus fastu, sibi paulatim vendicabant; *Platinæ* & *Naucleri* verbis asserimus. Pronunciamus (teste eodem ex Krantzio) *in Concilio Sutrino propter Schismata & simultates, quæ ex Pontificum electionibus oriebantur, ablatam esse Romanis electionem Pontificis, & concessam Imperatori.* Sed quid de his multum laboramus? Figunt; refigunt Papæ decreta dummodò commodo fiat Ecclesiæ Romanæ, & privilegia ei aliqua inde accedant. *Neque enim ullius Pontificis decreto labefactari posse privilegia Apostolicæ Sedis*, ipso hoc casu ex Leone Ostiensi probare conatur *Baron.* an. Chr. 1083. pag. 566. Addam *Leonis* verba, ut videas ne juramentis quidem & sanctissimis obtestationibus Papam Romanum teneri, nisi Ecclesiæ ferat dignitas, id est, Majestatis Pontificiæ culmen. *Post hac*, inquit, *Imperator, accepta à Principe Capuæ magna pecunia per præceptum aurea bulla roboratum,* con-

eſt exequi, probatur, & Conſtantinum E
iuſtè regalia contuliſſe, & Eccleſiam
tè ſuſcepiſſe: dum enim quærimus quo iu
ges id habeant, reſpondere ſolemus, ex or
tione Dei, & electione populi. Si ergo De
dinando, quod regibus prædictus hon
penderetur, iniuſtè non fecit, quanto ma
id ordinando, ut ab illa perſona ad Eccle
cam traduceretur, iniuſtus dicendus no
Denique ſi ad hoc quod ipſe ordinaverat
hic, quàm ibi voluntati ſuæ electionem p
& inſuper hic traditionem principis conc
re voluit, nec ipſum iniuſte diſpoſuiſſe
principem malè tradidiſſe, nec Eccleſiam
te ſuſcepiſſe credendum eſt. Sed dicis :
perſonæ licuiſſe, quod iſtam ex ſanctitate
habere nec decet, nec expedit. Ad hoc f.
aliud refugium neſcio, niſi quod ſanctos Ap
licæ fidei ac meriti viros, Sylveſtrum, G
riũ, alioſq; complures, ea cognoſcimus hab
Ego enim, inquit, ut de meo ſenſu loqu
trum Deo magis placeat hæc Eccleſiæ ſuæ
nunc cernitur, exaltatio, quàm prior humil
prorſus ignorare me profiteor. Videtur qu
ſtatus ille fuiſſe melior, iſte felicior. *Aſſe*
tamen ſancta Romana Eccleſia, quam
fir

firmam petram ædificatam non dubito, credendaq; quæ credit, licite possidenda quæ possit. Credo enim, quod nullo errore decipi possit. Plura in seq. ex Gersone affert, quæ ex ipso peti possunt *Naucler.*

Vides Ariadnæ filum, quo ex omnium difficultatum & contradictionum labyrintho eluctari conantur nutantes & titubantes Papistarum animi! Errores vident, sed quia Romæ committuntur, pro talibus non habent. Immunitatis & impeccantiæ falsissimo prætextu palliant notoria & manifestissima Sedis Romanæ peccata. Non alio argumento *Nauclero* probari potest Pontificis ἀλλοτρίο ἐπισκοπία, quàm quòd credit, *nullo Romam errore decipi posse.* Tale quid in electione Hildebrandi obtigisse, *Baronii* narrant annales anno Chr. 1080. p. 533. Cùm Henricus Imperator, par pari relaturus, Gregorium VII. sede Pontificia excutere vellet, *causas & occasiones qualiter eum eiiceret quæsivisse dicitur. Inventumque est,* refert ex alio Baronius, *eum Romanam sedem olim abiuratam insedisse, quam idcirco abiuraverit, quia eam, dum Archidiaconus esset, adhuc vivente Domino suo, per ambitionem aspirare voluerit. Vtrum hæc vera sint an falsa, parum comperi. Alii asserebant; alii figmentum esse dicebant. Vtrisque Roma fuit in*

argumentum. His, quòd Roma mundi do
nunquam pateretur tale nefas: *illis*; quòd c
piditatis ancilla facile permitteret ob pretiu
mne nefas. Axioma enim est *Ivonis*; Carnot
Episcopi, ad Archiepiscop. Senon. *Iudiciu*
clesiæ Romanæ & constitutionibus ejus ob
re, planè est hæreticæ pravitatis notam in
rere, cùm Scriptura (id est decretum P
tificium) *dicat*: Hæreticum *esse constat*
R*omanæ Ecclesiæ non concordat*, Baron. an
1092.

[*m*] Qua de re scripsimus Seculo VIII. p
& Sec. IX. pag. 675. 676. Certum est, Pon
vel electionem, vel confirmationem long
tempore ab Imperatoris arbitrio dependiss
quòd ab ipsis Pontificibus publicè decretum
& strictè observatum. Unde etiam hoc pr
gium salvum sibi relinqui voluêre Germ
Imperatores. Exemplum luculentum vi
pud *Avent.* l. 5. p. 548. Confer *Onuph.* & *Sig*
Alex. II.

[*n*] Cùm Greg. VI. pecunia Sedem inco
to Imp. emisset, mox ab Henrico III. depo
cui *Suidgerum Bambergensem Episco*
Clementem II. appellatum, omnium cons
substituit, omnesque tam clericos quàm R
nos in verba sua iurare coëgit, (imò tradun
ipsum Clementem Romanos, ne in errores

les inciderent, jurejurando adactos, Pontificum electionibus prohibuisse, vide *Naucl.* Gen. 35. p. 152. b.) *se Pontificem nunquam electuros, nisi quem ipse dedisset. Videbat enim Imperator eò licentiæ factiosum quemque & potentem, quamvis ignobilem devenisse, ut omnium suffragiis corruptis tantam dignitatem consequi auderet, quæ nonnisi sanctissimis demandari deberet*; *Onuph.* in Gregor. VI. post *Plat.* in Clem. II. Eadem repetit *On.* in Clem. II. quibus subjungit: *Simul quoque hoc* Romanorum *sacramento Imperator jura, quæ in electione* Romani *Pontificis ac dispositione sedis Apostolicæ habebat concessa ab Adriano I. Carolo* Magno, *& à Leone VIII. Othoni I. recuperavit.* Idem confirmat *Avent.* annal. Bojor. l. 5. pag. 533. Confer *Baron.* ipsum an. Ch. 1014. pag. 50. & an. Ch. 1059. pag. 260. *Fascic. temp* pag. 72. an. Quid? quòd ipse etiam Hildebrandus ad Imperatorem legationem succepit pro imperranda successione Victoris II. *Onuph.*. Imò, (sunt verba Epistolæ ex *Stumpfio* & *Ursperg.* supra citatæ) *tu ipse* (Hildebrande) *tempore bonæ memoriæ Heinrychi* Imperatoris *corporali sacramento constrinxisti, quod nunquam vivente ipso Imperatore aut filio ejus, Domino nostro glorioso, rege, qui nunc summæ rerum præest, Papatum aut ipse*

ul, Thusculani Comites, & qui ab eis aut enus traxerunt, aut potentiam acceperunt, ui populo cleroque aut mercede corrupto, aut uacunque alia ratione vetere comitiorum liertate dispoliato amicos, aut propinquos suos ro arbitrio provexerunt, homines fermè lonè à recta superiorum Pontificum disciplina & anctitate remotos, ad quorum libidinem coërendam Leo VIII. Pontifex legem retulit b Hadriano I. latam, deinde à tertio abrogatã: Ne Pontifex designatus sine regis auctoritate niret.

[o] Quæ quidem consilia diu agitavit. Nam ùm adhuc inter Monachos gregarius esset, Imeratoris privilegium aperto Marte oppugnavit. Audi de hac re loquentem *Platinam*, in Leone IX. *Cùm Romani legatos misissent ad Imperatorem oratum, ut optimum Pontificem sibi daret. Is statim Baunonem Episcopum Tublensem virum bonum & simplicis ingenii legatis & Ecclesiæ* Romanæ *obtulit: cui quidem Romani Pontificio habitu petenti Abbas Cluniacensis &* Hildebrandus *Monachus* Soanâ *oriundus, obviam facti persuasere, ut deposito Põtificali ornatu* Romam *privatus ingrederetur, quòd dicerent, Henricũ nullã creandi Pontificis*

potestatem habere: sed ad Clerum Populumque Romanum *id pertinere. Motus his verbis Leo, cùm etiam vocem è cœlo inter eundum audivisset; Ego cogito pacis cogitationes non afflictionis; deposito Pontificio apparatu privatus urbem ingreditur, se ipsum accusans, quòd Imperatori maluerit, quàm Deo obtemperare. At vero* Romanus *Clerus suadente* Hildebrando *eundem Baunonem* (*Brunonem* alii scribunt *Naucl. Bal.*) *in Pontificem eligunt, eo libentius, quod omnem authoritatem eligendorum Pontificum ab* Imperatore (*ut par erat*) *ad clerum transtulisset.* Vide & *Bal.* pag. 148, *Naucl* Gener. 35 & ipsum *Baron.* init. an. Ch. 1049. *Stell.* an. Ch. 1040. *Genebr.* an. Chr. 1048. Sic, cùm Otto, Coloniensis Archiepiscopus, Alexandrum II. gravissimis verbis increpuisset, *quod sedem Romanam injussu Cæsaris, & contra atque consuetudo & lex ipsa jubebat occupâsset,* Hildebrandus Archidiaconus, qui fortè tum aderat, partes Pontificis acerrimè fuit tutatus, quod diceret, *electionem ad clerum pertinere, si jus, si antiquam consuetudinem vellet inspicere*; *Plat.* pag. 164. an. Confer *Baron.* an. Chr. 1049. *Avent.* lib. 5. pag. 546. *Bal.* Cent. 11. pag. 156. *Onuphrius* perspicuè satis de electione *Alexandri* II. differens, ait; *Quod Roma à Cardinalibus & Clero,*

& Clero, Romano authore Hiltprando Archidiacono, inconsulto Imperatore & sine ejus autoritate Rom. *Pontific. in locum PP. Nicolai II. suffectus sit. Cum vero non paucis ex Clero & Pop.* Rom. *conatus iste cum sanctissimi iuramenti profana violatione coniunctus, displiceret, legatos illi miserunt ad* Henricum *IV. qui iam adolescebat, ut* juxta juramentum, *patri suo in electione Clementis II. à Cardinalibus, Clero, populoque Romano praestitum, & secundum privilegia sibi à praedecessoribus & successoribus suis Rom. Imp. à sede Apostolica, de eiusdem Pontificiae sedis dispositione concessa, Rom. Pontif. à Cardinalibus consecrandum eligeret, atque* Romam *mitteret, ut olim pater suus facere consueverat. Quod intelligens* Hiltprandus *Archidiaconus, cui jam inde à* Gregorii *V*I. *(cuius discipulus & alumnus fuerat) depositione & Clem. II. per* Imp. *subrogatione, mirum in modum illud iuramentum Cardinalium, Cleri & Pop. Rom. Imp. praestitum, & haec privilegia Imp. concessa de sanctae sedis* A*postolicae in creandis Pontificibus dispositione, displicuerunt, tanquam contra Canones, sanctorum Patrũ instituta, & libertatẽ Ecclesiasticam facta, hanc Imp.* Hen-

rici IV. dispositionem prævenit, & Cardinalibus quàm primum Pont. Rom. eligere persuasit, ne si adhuc discordes invenirentur, electum ab Imper. (quod contra Canones esse asserebat) suscipere cogerentur, quod & factum est. Quam verò ægrè tulerit Imperator, quòd puer jura sua in tribus jam electionibus, videlicet Stephani IX. Nicolai II. & Alexandri II. amisisset, eventus postea docuit, cujus deinceps meminit Onuphrius, & Carol. Sigon. de Reg. Ital. l. 9. p. 213. Abrogato enim Alexandro Cadalous est substitutus. Imo, quàm malè ipsos habuerit Episcopos Germaniæ enormis hæc Hiltprandi protervia, haud obscurè colligere licet ex citata Otthonis Coloniensis Archiepiscopi oratione, quam prolixius recitat Naucl. Gener. 36. p. 156. an. *Quo factum est,* inquit, *modo, mi frater Alexander, ut præter servatos hactenus mores, præter legem olim* Romanis *Pontificibus præscriptam, Pontificatum* Romanum *à* Rege *& Domino meo* Henrico *injussus acceperis, & incipiens à Carolo multos nominavit. à quibus Pontifices, vel electi fuere vel confirmati, aut eorum ab his electio affirmata; parantem plura dicere* Hildebrandus *Archidiaconus, cœtu Cardinalium annuente, respondit: Nullum unquam jus, nullum* Imperium, *Otho* Archiepiscope,

piscope, regibus & Imperatoribus Romanis in Pontificis Romani electione fuit, & si quid per vim, si quid perperam actum sit, censura postea patrum correctum est. Vide etiã *Sigon.* l. 9. Eheu! bone vir, tollutim badiza! Non vi raptum, sed singulari omnium applausu collatum hoc fuit Imperatoribus Romanis in electione Pontificũ privilegium. Vide *Bal.* cent. 2. p. 132. & sup. p. 191. Si, quos densato agmine citavimus testes, nõ satis faciãt, audi *Baronium* ipsum sectæ tuæ & factionis hyperaspistem acerrimum. Sic ille a. Ch. 1059. p. 260. *Constat etiam in eodem* Romano *Concilio editam esse constitutionem de electione* Romani *Pontificis, de qua Petrus Damiani in disputatione* Advocati *regii:* Verùm tamen tu hoc negare nõ potes, quod pater Domini mei, Regis, piæ memoriæ, Henricus Imperator factus est Patricius Romanorum, à quibus etiam accepit in electione super ordinatione Pontificis principatum. Huc accedit (quod præstantius est) quia Nicolaus Papa hoc domino meo Regi privilegium, quod ex paterno jam jure susceperat, præbuit, & per synodalis insuper decreti paginam confirmavit, *Et inferius:* Synodalis etiam decreti pagina, quam cum Concilii totius assensu beatus Papa constituit, cui propriæ manus articulum indidit, quam tot Episcoporum venerandus, celebrisque conventus subscriptione firmavit, anathe-

matis

matis vinculo juxta morem carere non potuit. *De hoc concesso* Henrico *Regi, de Pontificis* Romani *electione, Privilegio nec Ecclesiæ* Ro*manæ defensor Petrus ipse negavit; sed quomodo Principes Regni abusi essent illo* (id verò hoc loco non quæritur; Ante enim quàm privilegio hoc abuti potuissent Imperatores, spoliari eo debuerunt) *respondit, dum libera iura* R*omanæ Ecclesiæ defendit. Quod enim eiusdem Regis ope proximò præcedenti schismati finis impositus esset, legitimusque Pontifex* R*omanæ Ecclesiæ pace reddita, constitutus: gratitudinis ergo, quod datum fuerat, eadem ex causa patri privilegium, hoc Nicolaus una cum sancta* Synodo *propagandum putavit in filium.* Idem *Damiani* Epistola contra Cadaloum (quem *Cadalum* aut *Cadaleum* alii scribunt) annalib. inserta a. Ch. 1061. ait: *Nimirum, cum electio illa per Episcoporum Cardinalium fieri debeat principale iudicium: secundo loco iure prabeat clerus assensum; tertio popularis favor attollat applausum: sicque suspendenda est causa, usque dum regiæ celsitudinis consulatur authoritas, nisi (sicut nuper contigit) periculum fortassis immineat, quod rem quantocyus accelerare compellat.* Vide ipsum defens. apud *Baron.* a. Chr. 1062. pag. 307. *Sigon.* de Reg. Ital. pag.

pag. 202. 203. 210. Ergò raptum sit, quod Pontifex synodicè Imperatori indulsit, eique successionis jure debebatur? *Sed perperam actum est!* Ergò περπερεύεσθαι Papæ Romani, & quidem in negotio tam momentoso? Demus aliàs: Hoc tamen loco *meritò* Romanis sublatam esse ordinandi Pontifices potestatem, non quam per vetustissimas leges & avitam consuetudinem habere debebant, sed quam, crescente in Pontificibus fastu, sibi paulatim vendicabant; *Platinæ* & *Naucleri* verbis asserimus. Pronunciamus (teste eodem ex Krantzio) *in Concilio Sutfrino propter Schismata & simultates, quæ ex Pontificum electionibus oriebantur, ablatam esse* Ro*manis electionem Pontificis, & concessam Imperatori.* Sed quid de his multum laboramus? Figunt; refigunt Papæ decreta dummodò commodo fiat Ecclesiæ Romanæ, & privilegia ei aliqua inde accedant. *Neque enim ullius Pontificis decreto labefactari posse privilegia Apostolicæ Sedis*, ipso hoc casu ex Leone Ostiensi probare conatur *Baron.* an. Chr. 1083. pag. 566. Addam *Leonis* verba, ut videas ne juramentis quidem & sanctissimis obtestationibus Papam Romanum teneri, nisi Ecclesiæ ferat dignitas, id est, Majestatis Pontificiæ culmen. *Post hæc*, inquit, *Imperator, accepta à Principe Capuæ magna pecunia per præceptum aurea bulla roboratum, con-*

confirmavit et Capuani Principatus omnes pertinentias, reservato sibi & Imperio Monasterio Cassinensi cum rebus omnibus ac pertinentiis suis. Interim quàm diu illic permansit Desiderius, sæpe diebus singulis cum Episcopis, qui cum Imperatore aderant, de sedis Apostolicæ dignitate contendit, præcipueque cum Ostiensi Episcopo, qui etiam Gregorio Papæ favere videbatur. Cumque ille privilegium Nicolai Papæ, quod cum Hildebrando *Archidiacono & Episcopis centum viginti quinque fecerat, proferret, quo statutum fuerat, ut nunquam in Romana Ecclesia sine* Imperatoris *nutu Pont. fieret; quod si contingeret fieri, sciret, se hujusmodi non pro Papa habendum, sed anathematizandum: Desiderius hujusmodi rationibus occurrit, dicens: Neque Papam (NB.) neque Archidiaconum, neque Episcopum aliquem seu Cardinalem, vel quemlibet omnino hominem licitò facere id potuisse: sedes enim, inquit, Apostolica* (quid verò tandem est sedes illa, sic nec Papa, nec Concilium, nec utrumque? sunt hæc mihi folia Sibyllina:) *domina est nostra, non ancilla, nec alicui subdita, sed omnibus prælata, & ideo nulla omnino ratione sub jugum à quoquam mitti potest: quod*

quod à Nicolao Papa factum esse injuste pro fecto ac temere præsumtum est. Habes cynosuram ad quam omnium decretorum explicationes exigunt Pontificii Exemplum addderem domesticum, ex Actis Clementis VII. cum Tigurinis, collectum; nisi plus satis de his Hildebrandi, Monachi adhuc & privati, conatibus verborum fecisse mihi viderer. Quæ omnia tamen præludia tantùm fuerunt futuræ in Pontificia sede tyrannidis *Adeptus enim Pontificatum* (verba sunt Plat. in Greg. VII.) *Gregorius statim* Henricum *Imperatorem admonet, ne deinceps largitione corruptus Episcopatus & beneficia alicui per Simoniacam cupiditatem committat, aliter se usurum in se & delinquentes censuris Ecclesiasticis.* Et Onuphrius in Greg. VII. *Mortuo verò Alexandro II. die ejus obitus, hora vesperorum X. Cal. Maii, Hiltprandus ipse* Archidiaconus, *tanquam omnium potens; & unicus Ecclesiasticæ libertatis assertor; Cardinalium omnium, cleri P. Q. R. consensu, nulla Imp.* Henrici *interposita aut expectata authoritate, Pont. Max. pronunciatus est.* Et paulo post: *Quamobrem ante Pontificatum dum potuit huic consuetudini maximè adversatus est, & præsertim mortuo Henrico III. in ele-* ctioni-

ctionibus Stephani IX. Nicolai II. & A
dri II. Rom. *Pontificum, quos omnes si*
perat. authoritate electos & consecrat
stat; contra illorum temporum morem a
re tantum Hiltprando. *Ipse vero iar*
tif. factus nullo modo Imp. *authoritatem*
ctare voluit, sed consecrationem & cor
nem nulla eiusdem Imp. *habita ration*
pit. Quin imo cum privatus multo t
ad recuperandam Ecclesia Romanæ *aut*
tem laborâsset, iam Pontif. factus ab
desistere indignum duxit. Diximus de
jure *eligendi* Pontifices : Nunc de *investit*
quid agendum : de quibus *Onuph* l. cap
propter (Hildebrandus) *primis Ponti*
sui annis, Concilio multorum Episcopor
Abbatum *Romæ congregato legem tulit*
sub anathematis pœna omnibus laicis, ci
dignitatis essent, omnino interdicit E
stici sacerdotii (ut tunc dicebatur) invo
ram ; *seu (ut nunc dicitur)* collatio
haud dubiè Imperatorem Henricum
reliquos Reges putans ; *qui omneis*
tates Ecclesiasticas ad libitum eorum c
bant. Et in Clemente III. *Ind*
quadam in omni Ecclesia Latina & pra

in provinciis Imp. subjectis consuetudo, quæ in Romana etiam aliquando fuit, ut decedentibus Ecclesiarum prælatis tam Episcopis quàm Abbatibus, annulus & virga pastoralis ad Imp. à Clericis ejus civitatis mittebantur; is statim in demortui Episcopi vel Abbatis locum, unum ex familiaribus vel Capellanis suis substituens, eum ad Ecclesiam pastore orbatam, nulla Cleri vel populi electione expectata, mittebat. Hæc autem *privilegia de Episcoporum & Abbatum (ut vocant) investitura Imperio & Impp. (temporum necessitate ita exigente) à* Rom. *Pontificibus* Hadriano I. *Leone* III. *& VIII. concessa fuerant, Carolo nimirum* Magno, *& Othoni* I. *Imperatoribus, hominibus sanctissimis, qui iisdem privilegiis* sanctissimè *utebantur, pastores idoneos Ecclesiis vacantibus vel eligentes, aut eligi procurantes. Verum processu temporis omnibus (ut accidit) recte institutis in malum labentibus, & Imperatorum perversitate & avaritia corruptis, cum plerosque pecunia, favore, Principis seu ejusdem familiarium studio, & indignos quidem eligi contigerit; solo ut puta Principis arbitrio intercedente, non ferenda hæc esse* Rom. *Pontif. Gregorius* VII. *existimavit.*

Quamobrem qui in hisce privilegiis
abrogandis privatus multoties laborâ
ob Impp. potentiam, & Rom. Pontific
decessorum suorum segnitiem multum
cisset, iam Pontif. Max. factus, quæ
mo menteque conceperat executioni n
omnino disposuit. Primo enim has el
contra honestatem fieri sæpe clamitans,
que per eas iura Ecclesiastica & libe
subversa iri demonstrans, ac per literas
ratorem admones, ut ab hisce desisteret
nibus, eas libere clericis & populis civ
more maiorum relinqui debere asseren
iterum & tertio admonitum, & pare
santem, diris & anathemate gravissim
quutus est; lege prius in maxima Epist
Synodo lata; Nemini laicorum, cuiusv
nis esset licere in negotiis electionum
rum se intromittere, neminem clericum
manu huiusmodi prælaturas acciper
Vide plura apud *Baron.* an. Ch. 1077. p. 5
1078. pag. 517. anno 1080. pag. 529. & ann
Sigon. de Regno Ital. l. 8. anno Ch. 1078.
1079. *Calvis.* anno Ch. 1080. & 1087. ub
tum Gregorii à Victore confirmatur. H
Matth. Paris. p. 8. Urbanus in Concilio Ro
dem contra Politicorum investituras

reciprocat. Idem edictum repetiit a. Ch. 1095, in Concilio Claremontano. Summa multorum, post Gregorium, Pontificum fuit cura, ut investiturae jus diris, minis, anathematismis, Politicorum manibus extorquerent.

[p] Nempe ut ne quid conflandae invidiae deesset! Unde *Genebr.* de Alexandro II. *quod statuerit, ne quis Ecclesiastica beneficia ab ullo Laico accipiat, quae tunc Simonia dicebatur.*

[q] Actum excommunicationis Gregorii contra Henricum, *Platina* in Greg. VII. his exprimit verbis: *Beate Petre, Apostolorum Princeps, & tu Paule gentium Doctor, vestras quaeso aures mihi paululum praebete, meque clementer exaudite: nam veritatis discipuli estis & amatores, quae dicam vera sunt.* Hanc *causam suscipio veritatis gratia, ut fratres mei, quorum salutem exopto, mihi obsequentius acquiescant; sciant, intelligant, quod vestro auxilio fretus post Christum & matrem ejus, semper virginem, flagitiosis & iniquis resisto. Fidelibus autem praesto adsum & auxilium fero. Non enim volens & libens hanc sedem conscendi; sed invitus & lachrymans, quod me indignum iudicabam, qui in tam excelso sederem. Haec autem dico quia non ego vos, sed vos me elegistis, & gravissimum pondus humeris no-*

ris nostris imposuistis. In *me autem, ve*
su, montem ipsum conscendentem, clam
& annunciantem populis eorum scelera
lius Ecclesiæ peccata, membra Diaboli
rexere, & ad sanguinem usque manu
me coniecere. Astiterunt enim Rege
& Principes seculi, cum his coniurâru
clesiastici quidam & vulgares in Dom
& vos Christo eius; dicentes: Dirum
vincula eorum, & proiiciamus à nobis
ipsorum: hoc autem fecere, ut me vel m
exilio mulctarent. Quorum de num
Henricus, *quem Regem vocant: Henr*
quam, Henrici Imperatoris *filius, qui co*
calcem contra Ecclesiam Dei superbè ni
xit, facta coniuratione cum multis E
Italici, Gallici, *Germanicique nomini*
superbiæ vestra adhuc restitit authorita
fractus potius, quàm ad sanitatem re
ad me in Cisalpinam perveniens, abs
nem anathematis suppliciter quæsivit.
ego, quem ad pœnitentiam venisse cred.
in gratiam recepi, huicque tantummodò
munionem reddidi; non tamen in regn
quo eum in Romana *Synodo meritò*
ram, restitui; nec vectigalibus regni, u

dem rediret, concessi. Hoc ideo feci, ut si rediret in gratiam cum finitimis suis, quos semper vexaverat, differret, reddereque res tum Ecclesiasticas, tum profanas ex fœdere, abnueret, cogi ad officium execrationibus & armis posset. Hac opportunitate adjuti quidem Germaniæ Episcopi & Principes, ab hac fera bestia diu vexati, in locum Henrici suis flagitiis è regno cadentis, ducem suum & Regem Rodulphum deligunt. Qui regia modestia & integritate usus statim nuncios ad me misit, à quibus intelligerem, se coactum regni gubernacula suscipere; non esse tamen adeò regnandi cupidum, ut non malit nobis, quàm regnum pollicentibus obtemperare. Futurum se in Dei potestate semper & nostra, idque ut arbitraremur, nos facturos filios obsides pollicitus est. Stomachari tum Henricus cœpit, & nos primò quidem precari, ut Rodulphum ab occupatione regni execrationibus propelleremus. Dixi me velle videre, cujus competeret, & eo missurum nuncios, qui rem omnem rescirent, meque deinceps judicaturum uter ipsorum in causa potior habendus esset. Vetuit Henricus quò minus res à legatis nostris decerneretur, multosque tum seculares, tum Ecclesiasticos interfecit, Ecclesias

clesias diripuit & profanavit, atque hoc modo sese anathematis vinculis illigavit. Hanc *ob rem fidens in* Dei judicio, & misericordia, *inquam patrocinio B. Virginis, fultus etiam authoritate vestra, ipsum* Henricum, *ejusque fautores vinculo anathematis colligo, atque iterum regiam ei potestatem adimo, interdicoque Christianis omnibus illo juramento absolutis: quo fides regibus dari consuevit, ne Henrico ulla in re obtemperent: Rodulphum in Regem suscipiant, quem multi Provinciæ Principes, abrogato* Henrico *in* Regem *optimum sibi delegere. Et enim par est, ut sicuti hæreticus ob superbiam* & *contumaciam facultatibus suis privatur, ita* Rodulphus *omnibus gratus pro sua pietate, & religione regia dignitate & potestate, & religione regia dignitate & potestate donetur.* Agite igitur *Apostolorum sanctissimi*, & quæ sequuntur, quæ supra p. 289. ὡν πολλῷ inseruimus. Confer Epist. *Gregorii* V II. ad Episcopos per principatus, & Apuliam, & Calabriam. Leviter Gregorius attingit historiam reconciliationis cum Imperatore; prolixiùs alii commemorant, quàm indignè Henricum anxiè veniam petentem Papa tractârit. Non satis erat *Romam venisse, nudis pedibus, & corpore solis laneis tecto in terramque prostrato* abso-

absolutionem sollicitâsse, ut habet *Genebrardus*, *difficultas quoque Papæ accessit*, quâ tam diu restitit, usque dum u gentium importunitate, sententiarumq; gravitate permotus, aditum ei his legibus, teste *Baronio* anno Chr. 1077. permisit: *Venit ille, ut jussum fuerat, & cum castellum illud triplici muro septum esset, intra secundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu suo, deposito cultu regio, nihil præferens regium, nihil ostentans pompaticum, nudis pedibus, jejunus, manus, manè ad vesperã perstabat,* Romani *Pontificis sententiã præstolando: hoc secũdo, hoc tertio die fecit. Quarto demũ die in conspectũ ejus admissus est, &c.*

[r] De quo prolixè *Avent.* l. 5. annal. *Naucl.* Gener. 36. p. 158. & deinc. *Ursperg.* p. 218. & deinc. *Catal. Test. Verit.* l. 12. ab initio.

[s] *Matth. Paris.* Hist. Angl. p. 9. *Anno* 1077. Henricus *Imperator, collecto VVormatiæ viginti quatuor Episcoporum & multorum Principum Concilio, decerni jubet omnia decreta & facta Gregorii Papæ (qui primò* Hildebrandus *dicebatur) debere irritari : ibique omne Concilium,* præter paucos, H*ildebrandum abjuravit. Hildebrandus è contra excommunicavit Imperatorẽ sub hoc obtentu, ut primates regni, quasi ex causa, Imperatori excommu-*

nicato contradicant. Poſtea Hildebran
(à ſententia excommunicationis Princip
relaxatis) ipſum etiam Imperatorem abju
verunt,& Rodolphum*, Burgundiæ Duc*
ſuper ſe ſtatuerunt, miſſa ei corona à Papa,
erat inſcriptum:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolp
R*odolphum Sigefredus Moguntiæ Arch*
piſcopus in R*egem benedixit. Facta ver*
Moguntinis *contra eos ſeditione, Rodolph*
cum Archiepiſcopo *noctu aufugit.* Hildebr
dus omnes Imperatori adverſantes abſol
Imperator autem Alpium *aditibus contr*
munitis, ubique omnibus eorum fruſtratis
ſidiis, per Aquileiam, R*atisbonam commen*
& ibi Rodolphum *hoſtiliter adorſus, comp*
in fugam : & iterata expeditione, Suevi
devaſtat. Malè perjurium hoc ceſſit Rod
pho. Ferunt enim, cum morti jam vicinum,
tenſo detruncato brachio, gemebundum
ſtantibus acclamâſſe Epiſcopis: *Ecce hæc*
manus, quâ Domino meo Henrico *fidem ſac*
mento firmavi, ecce ego jam eius regnum
vitam derelinquo præſentem: videte qui
ſolium eius conſcendere feciſtis, ut recta
vos veſtra monita ſequentem duxeri

Viſſ

Vrsperg. p. 21. De eadem *Henrici* depositione loquitur etiam *Fel. Fab.* Tigurinus, Monach. Ulm. Hist. Suev. libr. 1. p. 91. ubi ait, *Henricum depositum nec confessum, nec convictum.*

[t] Teste *Stella*: Mandavit, *quòd omnibus fidelibus Christianis diebus Sabbatinis carnes manducare non liceret.*

[u] Qua de re *Hist. Eccles. Bohem.* c. 5. *At cùm successores intervenientibus subinde Româ inhibitionibus vernaculæ usum iterum collabi paterentur,* Wratislaus *Bohemiæ Dux (qui paulo post ob* Heroica *facinora, & in Romanum Imperium merita* Rex *creatus fuit)* Romam *missis legatis, à Gregorio VII. solenniter olim concessæ libertatis confirmationem petiit. Quid autem obtinuerit ex* Haiecio *(scriptore Pontificio) constat, qui rescriptum integrè ponit fol.* 136. *quod ex Bohemico (Latinum enim non extat, aut certè nobis visum non est:* habet illius partem paulò aliis verbis conceptam ex Greg. lib. 7. Epist. 11. *Baron.* initio a. Ch. 1080. *Genebr.* etiam p. 583.) *tranlatum ita sonat*: Gregorius Episcopus, servus servorum Dei Wratislao, Bohemiæ Duci salutem, Apostolicamque benedictionem. Inter alias petitiones, Celsitudo Tua literis suis à Nobis requirit, ut juxta consuetudinem linguæ Slavonicæ apud vos cultum

divinum fieri permitteremus. Scito igitur, dilecte fili, nos nullo modo petitioni tuæ locum dare posse. Sæpe enim meditantes Scripturam sacram comperimus, Omnipotenti Deo placuisse, & placere, cultum sacrum lingua arcana peragi (*nonne vero hoc est verbo Dei impie illudere? aut ubi vel apice usus linguæ peregrinæ in obeundis sacris commendatur? Contrarium habet Paulus* 1. *Cor.* 14.) ne à quibusvis promiscuè, præsertim rudioribus, intelligatur. Nam si communiter & palam ab omnibus decantaretur, facilè in contemptum & fastidium deveniret, aut si ab aliquibus mediis hominibus non posset intelligi, per crebram ejus iterationem, neque tamen intellectionem, facilè errores quivis possent suppullulare, quos è cordibus hominum evellere difficile foret. Neque prætendi potest, indultum aliquando fuisse aliquid simplicioribus, præsertim recens conversis. Verum est, concessas fuisse in primitiva Ecclesia ad desideria sinceri simplicisque populi indulgentias: sed quoniam compertum est, multa mala, etiam hæreses (*quæ illæ?*) exinde exortas, nunc stabilito ordine Christiano connivere ampliùs non venit. Concedi igitur non potest, quod populus vester imperitè flagitat, illudque nos potestate Dei & Beatissimi Petri inhibemus: Teque per honorem Omnipotentis Dei hortantes, ut ejusmodi vanæ temeritati omnibus modis

dis obsistas, Tibi mandamus. Datæ Romæ, &c. Anno 1079. Insigne profectò Apostasiæ specimen!

[x] *Pilo* contra eum pugnatum est ab ipso Henrico, qui in mole Adrini diu satis ipsum obsedit. Liberatus tandem à Guiscardo, Cassinum ac Salernum perducitur, ubi non multò pòst, anno Pontificatus 12. fuit mortuus. Vide *Sigon.* l. 9. pag. 228. *Plat.* Greg. VII. *Vrsperg.* pag. 225. De Cincio Romano, præfecto, eundem Papam captivum abducentem scribunt *Vrsperg.* pag. 222. *Sigon.* & *Baron.* Anno Chr. 1075.

Scriptis verò, & quocunque alio modo, tyrannidem Gregorii sunt detestati *Benno* Cardinalis: *Hugo Candidus*, Cardinalis *Pranestinus*, *Vualramus* Episcopus Niemburgensis, *Venericus* Vercellensis Episcopus, *Rolandus* Parmensis Sacerdos, *Sigebertus* Gemblacensis, atque alii multi. *Benno* 13. Cardinales enumerat, qui Gregorium acriter impugnârunt. *Bal.* Script. Eccl. pag. 160. Tractatum Bennonis de vita & gestis Hildebrandi habet *Catal. Test. Verit.* l. 13. pag. 383. Compendium ex Bennone *Vrsp.* p. 223. Rejicit hunc Scriptorem *Baronius*, tanquam Schismaticum; hoc ipso nomine à multis & ipse rejectus, & refutatus, quòd nimis impudens & imprudens factionis Hildebrandinæ assertor sit & vindex: Hic enim labor, hoc opus ejus erat in tot Annalium Eccle-

Ecclesiasticorum voluminibus,de quib. non male *Hugo Grotius*:

Annales docti nimium servire Baroni
Qui legis, & Roma quale probatur opus,
Credere ne propera: multo vigilata labore
Pagina, sed nutu sub dominantis erat.
Auctoramentum non est leve, purpura: pridem
Pontifices verum non didicere pati.

Germani cumprimis acriter ei restiterunt, chorago *Liemaro* Archiep. Bremensi teste *Bar.* an. Ch. 1074. *Naucl.* Gener 37. pag. 162. scribit; *Paucissimi Episcopi in Germania cum Catholico manserunt.* Epistolas aliquot ex vetusto codice Msc. collectas Henrici IV. Verdunensis, & Trevirensis Episcoporum subministrat *Catal. Test.* pag. 402. Confer *Baron.* ipsum a. Ch. 1080. pag 534. Sententiam Episcoporum Germanicorum, Hildebrandum damnantium, habes in *Catal.* cit. pag. 405. Eundem Germani, fatali nomine, den Hellenbrand/id est, *Titionem infernalem* appellant, *Ibid.* pag. 408. *Vrspergensis*, quem & ipsum *Baron*, an. Chr. 1080. *Schismaticis authoribus* annumerat (quibus proinde non majorem adhiberi vult fidem, quàm si Christi vitam describeret Caiphas aliusve hostis ejus infensus: quod quum absurdum illi videatur, iis etiam, qui atroces Apostatarum, & veræ fidei desertorum calumnias;

lumnias; queis Vatiniano inducti odio Reformatores nostros onerant; pro oraculis habent, dictum sit; ne *Staphylos* nobis obtrudant, *VVicelios Bolsecos*, & alios quibus plerique falsa spargere εἰς ἕξιν μετέβη) Chron. sui p. 221. scribit, *quod universi pene Episcopi Teutonici, prater Saxonicos, Hildebrandum Papam abdicârint.* Et pag. 225. *Quod cùm Imperator Romam occupâsset, Romani commoti, manus Regi dederint, Hildebrandum verò Papam unanimiter abdicârint.* Confer *Avent.* l. 5. pag. 569. & p. 570. ubi decretum habes *non solum Germaniæ, Galliæque, sed Italiæ etiam Episcoporum, qui Ticini iurârunt, se nunquam Hildebrandum Pontificē recepturos.* De Moguntiaco Concilio idē scribit p. 579. *Italiæ Germaniæ, Gallæ Pontifices Quinquagenalibus Moguntiaci, VII. Cal. Iulii apud Brixinam Bojariæ (ut ait Otto Fruxinensis Episcopus) urbem conveniunt, Hildebrandum contra pietatem Christianam verbis, factis facere, agere decernunt, eundem ambitus, hæreseos, impietatis sacrilegii condemnant, huiuscemodique decretum tum factum est. Quoniam Hildebrandus, falsus Monachus, magus, divinaculus, somniorum, prodigiorumque est coniector, malè de Religione Christiana sentit. Primus Pontificatum*

catum Maximum contra Majorum morem, *invitis omnibus bonis emit; ac contra voluntatem nostram, & orbis terrarum Domini, vi retinere conatur Berengarii, antiquissimi erronis symmystes, & discipulus, coniunctius est hostium Reipublicæ, atque sacrosancti Imperii, Cæsaris Christianissimi, qui sæpius patem ei, eiusque sociis ultro obtulit, saluti corporis & animæ insidiatur: Vitam, Imperiumque perdere conatur, ius divinum, humanumque pervertit, falsa pro veris docet, sacrilegia, periuria, mendacia, homicidia, incendia, veluti benefacta indulget, collaudat, ad hæc perpetranda classicum canit: Tyrannum perfidum suo more tutatur, discordias inter fratres, amicos, cognatos serit, lites nutrit; inter coniuges divortia facit: suavis homo sacerdotes, qui uxores habeant legitimas, sacrificos esse pernegat, interim tamen scortatores, adulteros, incestuosos aris admovet. Quicquid usque pacis Christianæ fuerat, labe fœdavit. Nos ergo authore Deo opt.* Max. *eundem Pontificatu* Max. *amovendum decernimus. Quod si, ubi hæc audierit, ultro se abdicare, parere huic decreto recusarit, perpetuo repulsam passurum, aditu arcendũ censemus.* Idẽ habet Naucl. Gen. 37. init

37. init. *Author lib. de unit. Ecclesiæ* contra Greg. scripti. *Cat. Test. Verit.* lib. 13. pag. 376. *Sigon.* de Reg. Ital. lib. 9. pag. 227. quæ tamen desumta videntur ex *Vrsperg.* Chronic. pag. 224. ubi ait, novendecim Episcopos, authore Deo, congregatos Hildebrandum, quem *manifestum necromanticum, pythonico spiritu laborantem, ac proinde à vera fide exorbitantem appellant,* canonicè deposuisse. Pro Bennonis calumniis habet *Baron.* an. Chr. 1080 quæ ab *Vrsperg.* commemorantur. Sed neget Cardinalis, si fecit; si reus est, Papa! Cur tot idem asserentibus fidem deroget Annalium conditor? Dixerit hæc primus, & in apricum produxerit, Gregorii scelera Benno, & ipse purpuratus, num propterea confic̄ta statim sint, & fraude excogitata? Quæ quæso hæc φιλαυτία; omnes *Baron.* pro blennis habet & fungis, ut mori suo, omnia in Hildebrando excusandi, satisfaceret. Imperiosa quadam dictatura ulciscitur eos, qui hanc ei pupillam contrectaverint. Reviviscere credideris Pythagoram, de quo: αὐτὸς ἔφα. Sed antè jam, Hildebrandi vita, per *Hugonem* Cardinalem adeò nigro descripta fuit carbone, ut teste *Nauclero,* Gener. 36. p. 158. a. ad eum hæc perscripta sint verba: *Quia & introitus tantis periuriis est initiatus, & Ecclesia Dei tā gravi tempestate per abusionem novitatum tuarū periclitatur, & vitam conversationemq; tuam tam multipliciter*

ter infamia dehonestat, obedientiam, quam tibi nullam promisimus, nec de catero ullam servaturos esse renunciamus, & quia nemo nostrum, ut tu publice declamas tibi hactenus fuit Episcopus, tu quoque nulli nostrum eris Apostolicus. Plenius ea recensentur ab *Avemin.* annal.l. 569. Quid? quòd mortuo Hildebrando, frequenti Episcoporum conventu factio ejus damnata fuerit, explosa & exibilata? Rem gestam habet *Avent.*l. c. pag. 585. qui prolixa de his inter Imperatorem & Pontificem dissidiis scripsit commentaria.

[y] Hunc enim tanquã *virum commemorabili pietate atque doctrina* laudat *Sigon.*l. 8. Eum, *tanquam libertatis Ecclesiastica fortissimum & acerrimum vindicem* ad astra evehunt *Genebrard.*an. Chr. 1073. & *Baron.* an. Chr. 1061. qui ait *Hildebrandum supra homines divinum quippiam pra se tulisse Spiritus. S. donis.* Nempe vates fuit, sed vanus sæpe & falsus. *Anno* 1080. scribit *Matth. Par.* Hist. Angl. pag. 10. *Hildebrandus Papa (qui & Gregorius) quasi sibi divinitus revelatum pradixit, falsum Regem hoc anno esse moriturum. Et verum quidem pradixit; sed fefellit eum de falso Rege conjectura, secundum velle suum interpretata super Imperatore* Henrico. *Henricus enim*

Impera-

Imperator contra Saxones gravi prælio decertans Regem falsum, scil. Rodolphum cum multis Saxoniæ Principibus interfecit. Platina dicitur *vir Deo gratus, prudens, justus, clemens, pauperum, pupillorum, viduarum patronus, atque unicus Ecclesiæ Rom. fortissimus & acerrimus defensor contra hæreticorum improbitatem & malorum Principum potentiam res Ecclesiasticas per vim occupare conantium.* Cardinales etiam encomium ei largiuntur *viri multæ doctrinæ, magnæ pietatis, justitiæ, constantiæ, religionis, modestiæ.* Vide Sigon. l. 9. pag. 219. Naucl. Gener. 36. pag. 157. b. Fascic. Temp. pag. 74. & cumprimis Baron. anno Chr. 1063. & 1073. ubi fusam habes Hildebr. προσωπογραφίαν.

[z] Ut est apud Avent. l. 5. pag. 568. ubi prolixa ad Greg. de Imperatore querela. Aliâs, ut, quod res est, fateamur, de Henrico IV. quo cum Hildebrando res fuit, varii varia scribunt. *Henricum*, inquit Avent. lib. 5. pag. 563. *stupris amoribus, impudicitiæ & adulterii flagrâsse infamia, ne amici quidem negant. Cæterum in pauperes, Monachos, Sacerdotes munificentissimum: constantia in adversis, fide in deditios, clementia in hostes, pietate, prudentia civili & militari, eximia specie ac majestate cor-*

poris, magnorum operum capaci, quibus eum natura dignata, omnes antecessisse, hocque fastigio dignissimum fuisse, etiam inimici fatentur. Naucl. Cen. 36. p. 155. *Anno Domini* 1057. *Henrico III. defuncto filius eius* Henricus *admodum puer succedens regnare cœpit, fuit autem hic Henricus ore facundus, ingenio acer, eleemosynis largus* (eadem verba habet, *Fel. Faber* Hist. Suev. l. 1. p. 91.) *in re militari fortunatissimus; nam sexagies collatis signis dimicavit; & licet malorum ductus consilio, fuerit sanctæ Romanæ Ecclesiæ persecutor, tamen longo tempore Princeps gloriosus extitit, circa finem verò Imperii sui justo Dei judicio, ut aliqui volunt, ob recompensationem persecutionum, quas clero intulerat, multas ipse non solum à principibus Imperii, verum etiam à proprio filio calamitates pertulit: regnavit annos circiter quinquaginta.* Quidquid verò fuerit, non puto Papam multum solicitum fuisse de religio vitæ ab Henrico transactæ regimine, dummodò mandatis ejus non restitisset, jus investituræ mordicus obtinere noluisset, atque adeò Pontificis potestatem limitibus suis circumvallâsset. Hanc enim odii (quo in defunctum etiam Imperatorem, qui extumulatus, Papæ jussu, per quinquennium Spiræ mansit inhumatus, *Fel. Fab.* Hist.

Hist. Suev. pag. 94, Pontifex sævit) causam fuisse, unanimis Historicorum consensus testatur. Examen verò excommunicationis Imperatoriæ inter *Gebhardum*, præsulem Salisburgensem, qui cum Pontifice faciebat, & *Vesilonem* Moguntinum Archiepiscopum, qui Imperatorem, affectum à Gregorio injuriâ, tuebatur, habes apud *Vrsperg.* pag. 226. Confer *Naucl.* Gen. 37. f. 163. b. Neque enim minutissima quæque persequi nobis licet.

XII. Sed nec dum præsentis seculi Historiam Ecclesiasticam satis excussimus. Id vero ut fiat, distinctius paulo agemus: 1. De statu Scholarum. 2. Monasteriorum. 3. Ecclesiæ. 4. De Republica dictum est supra.

XIII. *Scholæ*, iam antè ad Monachos translatæ, magnam ab hoc seculo & deinceps [a] passæ sunt cladem. Unde pauci [b] notantur viri eruditi. [c] Musicæ & [d] iuris Pontificii aliqua fuit cultura: cætera studia [e] profligata unique iam iacebant & contempta.

[a] Hinc justissima *Hospiniani* nostri querela de Orig. Scholat. p. m 96. *Hæc verò omnia, quæcunque salubriter sic instituta erant à priscis Collegiorum ac* Monasteriorum *præsidibus, &*

longo tempore persanctè custodita, ignorantia, superstitio & hypocrisis Monachorum fœdissimè pervertit, corrupit & adulteravit post millesimum à nato in carne Christo annum. Nam ex ædibus studiosorum publicis ac liberis fecerunt carceres, in quibus juventus & boni viri miserè excarnificantur rebus stultis & impiis. Non enim contenti Christi præceptis superstitiosas quasdam & ab hominibus excogitatas, verbo etiam Dei contrarias Regulas *contexuerunt & ad earum normam juventutem vivere coëgerunt. Inventus est mirè prodigiosus & hypocriticus vestium habitus, ciborum delectus*, & *jejunia plus quàm superstitiosa. Bonæ horæ non amplius studio sacrarum literarum liberaliumque artium sunt tributæ, sed lectionibus tantummodo imo cantui & ululatui cuidam: quo factum est, ut paucissimi quid legerint, aut cecinerint, intellexerint, nullusque adeo hinc ad Ecclesiam insani tumultus & clamoris usus seu utilitas pervenerit. Quæ quidem stupiditas paulatim ita invaluit in Monachorum lustris, ut proverbio locum dederit,* Monacho indoctior, *quod in homines illiteratos, indoctos, stupidos ac veluti sensu communi destitutos vulgò dicitur.*

Sed

Sed & eruditio atque liberalium artium & disciplinarum studia in Scholis quas publicis nonnihil eodem tempore frigere & collabi cæperunt.

[*b*] Ea quibus est 1. *Petrus Damiani* Ravennas Episcopus Ostiensis, Monachus tandem; vir citra controversiam doctus, & tam in prosa, quàm ligata oratione expeditus, circa an. 1050. qui quidem Pontificiæ Majestati (non lacessitus: ubi verò provocatus fuit, minis suis satis innuit, non tam veritati se litare, quàm consuetudini, vide *Baron.* an. Ch. 1069. Epist. Dam. ad Alexand. II. *Quid fecerim examinis vestri censura discutiat, ne coactus digna querela compellar effluere, quod adhuc silentio supprimens, vix possum ulterius occultare.* Hoc *enim nec dum* Roma *me referentem, vel scribentem cognovit, nec dum aliis per me res ista, quæ sanctitatis vestræ famam laceraret, innotuit*) præclaram navit operam, multis tamen locis corruptelas Ecclesiæ suorum temporum perstrinxit: de quibus *Catal. Test. Verit.* lib. 12. p. 319. 2. *Anselmus*, Lanfranci discipulus in Monasterio Beccensi, in quo, juxta *Sigebertum*, an. 1080. Abbatis munus administravit. Lanfranco tandem, in Cantuariensi Ecclesia, anno 1094. successit. 3. *Lanfrancus* Papiâ oriundus, ex Schola Parisiensi ad Beccense Monasterium profectus, eruditio-

 nis fa-

nis fama multos ad se allexit, inter quos fuit A
sèlmus. Ex Cadomensi autem Abbate, tande
Archiepiscopus Cantuariæ factus est. Extat
jus liber de Eucharistia, in quo dum Berenga
sententiam ex Augustino desumtam, advers
præsentiam carnis & sangvinis Christi sub sign
evertere studet, ansam præbuit Scholasticis,
transsubstantiationis dogma apertiùs invehe
rent. 4. *Berengarius*, qui vixit circa annum 104
Vir fuit pietate & eruditione clarus, ut ex Epit
phio ejus ab Hildeberto scripto patet, Andega
vensis Ecclesiæ Diaconus. Hic, cùm videre
Pontificios doctores quàm plurimos, ingen
fastu Transsubstantiationis fundamenta sterne
re, quod mentem *Augustini* & aliorum veteru
non intelligerent, sed sacramentales & hyperbo
licas nonnullas locutiones ad novum sensum in
ducendum detorquerent, veram sententiam e
orthodoxo consensu repetitam his corruptel
opposuit, & verbo Dei, testimoniisque vete
rum Theologorum refellere conatus est, scripti
etiam & evulgatis libris, ut pii in vera doctrin
confirmarentur. Qua de re pòst. Mortuus es
an. Ch. 1088. teste Baron. anno cit. quo in Epita
phium ejus, authoremque graviter invehitur
5. *Fulbertus*, Carnutensis Episcopus, *Adelman*
Leodiensi, & *Berengarii* Andegavensis præ
ceptor. 6. *Adelmannus*, ex Scholastico Leodien
si Brixiensis Episcopus. 7. *Ivo*, Santi-Quintin
Beluacensis, Canonicorum regularium Au
gusti

gustinianæ professionis Præpositus, postea, anno 1092. Carnutensis Episcopus. 8. *Algerus*, ex Scholastico Monachus Corbejensis. 9. *Berno*, seu *Bernhardus*, anno 1008. Augiensibus præfectus. 10. *Aimoinus* Monachus, Historiæ regum Galliæ conditor. 11. *Sigebertus*, Monachus Gemblacensis, qui multa scripsit. 12. *Benno*, Cardinalis. 13. *Lambertus* Schafnaburgensis, & Monachus Hirsfeldensis, author Chronici, quod *Hirsfeldense* dicitur *Conradus Trajectensis* Episcopus, qui causam Henrici IV. acriter defendisse dicitur voce & scriptis. 15. *Hermannus Contractus*, Hibetniensis Scotus, natus ex familia Weringensium Comitum, Monachus postea Sangalli, aliquot libros scripsit. Floruit an. Chr. 1054. Chronici ejus pristinæ restituendi integritati spem fecit *Gerardus Iohannes Vossius*. Vide *Usser*. Antiq. Britann. pag. 736. 16. *Marianus*, Historicus & Monachus Coloniensis, ipse etiam *Scotus*. 17. *Hilpericus*, Monachus S. Galli, Astronomus insignis, qui de Musica scripsit & computo Ecclesiastico.

[*c*] *Guido Aretinus*, Monachus S. Benedicti in Italia, *primus excogitavit novam rationem cantus, quam solmisationem vocant, per sex syllabas seu notulas digitis lævæ manus per integrum diapason distinguendas*, ut, re, mi, fa, sol, la, *scalæ Musicæ author, ut planum sive Gregorianum cantũ in artem redigeret*; *Genebrard.*

brard. ad a. Ch. 1031. ex Sigeb. Et *Calvis.* a. Ch. 1022. *Guido Aretinus* Musicus *inclarescit, evocatur hac æstate à Pontifice Benedicto, ut videret ipsius rationem canendi & Antiphonarium. Habuit annos ætatis tum* 28. *Quando enim edidit suam Musicam, Micrologum dictam, erat triginta quatuor annorum post annos sex, valde mirum visum, quod cùm antea vix decennii spatio aliquis rationem disceret, hic idem hac ratione paucissimis mensibus, perficeret.* Plura habet *Baron.* a. Ch. 1022. p. m. 74. *Sigon.* de Reg. Ital. p. 195.

[d] Nam *Ivo*, Carnotensis Episcopus, ex Canonibus sanctorum decretalia conscripsit, quorum usus fuit ante *Gratiani* tempora. Sic de *Burchardo*, Wormatiensi refert *Bar.* an. Chr. 1026. *quòd mortuus reliquerit libros* 20. *Decretorum ex sacris Conciliis, summis Pontificibus, sanctisque Patribus collectos.* Et *Geneb.* l. 4. p. 568. An. 1008. *Burchardus primò Lobiensis Monachus, deinde Episcopus VVormatiensis, veteres Ecclesiæ Canones in unum volumen decretorum in* 20. *lib. distinctum congessit, adiutus ab Olberto Leodiensi sive Gemblacensi Abbate, suo olim* Magistro; Sig. *Eos post ea Gratianus dum redegit in Epitomen,* non parum corrupit. *Quanquam alii malint eum sua*

sua ex decreto Ivonis, Carnotensis Episcopi de. libâsse.

[e] Unde Bal. Centur. 11. pag. 152. de *Hucano Levita, qui an. Ch.* 1040. *claruisse fertur, commemorat, quod eo viguerit tempore, quo bonæ per universam ferè Europam literæ, barbarie quadam undecunque prævalente, tantum non interierant.*

XIV. Habuit quidem Monachatus sua, per [a] novos ordines, incrementa, ipsos verò Monachos nec nomini respondisse, nec votis, [b] gravissimi inter Pontificios authores & præsules queruntur.

[a] Ut est 1. ordo *Carthusianorum. Plat.* Urb. II. *Sunt etiam qui scribant Carthusienses religiosos, huius Pontificis tempore, originem habuisse. Alii autem temporibus Victoris II. hoc adscribunt.* Calvis. an. Chr. 1086. *Professor quidam Lutetiæ defunctus, cùm iam sepeliendus esset, subito exclamat*, justo Dei iudicio damnatus sum, *idque fecit etiam secundo & tertio Cum omnes adstantes exanimarentur, Bruno quidam Professor dixit, relinquamus mundum, ne similiter pereamus, & cum quibusdam paucis in sylvam pervenit* Carthusiam

siam *dictam, ibi instituit cellulas & ordinem Monachorum, qui à nomine loci ita dicti sunt. Silentium eis fuit perpetuum, intima veste utebantur cilicina, summo pallio nigro, carnibus nunquam vescebantur. Sed*, addit *Baronius hujus historiæ non meminit, fortassis ut ficta.* Vide *Hosp.* de Monach. p. 177. *Avent.* annal. l. 5. p. 581.

2. Ordo *Monachorum vallis umbrosæ*, *à Iohanne Gualberto* est institutus an. Ch. 103c. *Sigon.* Causa fuit soluta Monachorum disciplina, cum quibus *Gualberto* vivendum erat,

3. *Cistertiensium* ordo, in Burgundia excitatus, ab Urbano II. confirmatur. Cœpit autem anno 1098. (vide *Baron.* hoc anno) per *Robertum Abbatem*, & alios Monachos, qui exierunt Molismo, & invenientes locum salebrosum & vastæ solitudinis, ibi manserunt & locum Cistertium vocaverunt. In Burgundia prima Abbatia constructa fuit die 12. Martii.

4. Ordo *Crandimontensis* sub regula Benedicti inchoatur, per Stephanum Arvernum nobilem apud Lemovicenses; ubi statuitur illius ordinis prima sedes in quodam monte, qui toti familiæ nomen dedit, *Genebr.* a. Ch. 1076.

5. Circa annum 1056. ritus *flagellantium* se, inchoatus est tanto fervore & frequentiâ, ut in uno cœnobio tria millia scoparum flagellando absumpta sint; *Baron.*

6. Hospi-

6. *Hospitaliorum* ordo institutus circa annum 1092. in terra sancta, antequam à Bilioneo Hierosolyma recuperaretur. Originem ordo hic traxit à mercatoribus Italis, qui à Saracenis locum sibi pretio comparârunt, ubi religio Christiana exerceretur seorsim. Huic temp'o additæ ædes, ubi peregrini hospitio exciperentur: Largitione pòst principum & eleemosynis piorum magnopere ditati sunt, ita ut urbes & regna sibi compararent: *Centur. Magdeb.* Sed aliorum quoque ordinum incunabula hoc seculo ostendit *Gault.* in Tab. Chronog. Quo pertinet, quod *Baron.* scribit a. Ch. 1091. H*is temporibus in regno Teutonicorum communis vita multis in locis floruit, non solum in clericis & Monachis religiosissimè commorantibus, verum etiam in laicis, se suaque ad eandem communem vitam devotissime offerentibus, qui etsi habitu nec clerici vel Monachi viderentur: nequaquam tamen eis dispares meritis fuisse creduntur: se enim servos eorundem pro Domino fecerunt, &c. nempe ipsi abrenuntiantes seculo, se & sua ad congregationes tam clericorum, quàm* Mona*chorum regulariter viventium devotissimè contulerunt, ut sub eorum obedientia communiter vivere, & eis servire mererentur.*

[*b*] *Ivo*, Carnutensis Episcopus Monachos sui

seculi

seculi Epist. 23. ad Episcopum Pictaviensem ita perstringit: *Clericorum*, inquit, *ordini publicam infertis injuriam, qui Monachorum ordinem ad tam ruinosam superbiam erigitis, ut clericos eis subiugare studeatis: quorum tanta debet esse excellentia, ut, secundum beatum Augustinum, vix etiam bonus Monachus bonum clericum faciat.* Epist. 207. *Anachoretarum vitam non improbo, eorum videlicet qui in cœnobiis, regularibus instructi disciplinis, ordinabiliter ad eremum secedunt, quibus est solitudo Paradisus, & civitas carcer: ut activâ vitâ de labore manuum viventes exerceant, aut dulcedine contemplativa vita mentem reficiant, fontem vita ore cordis sitiant, & eorum qua retrò sunt obliti, ad ea ultra non respiciant. Verum, cum quidam ex hac professione in melotis suis vicos, castella civitates girando perlustrent, humilitatem vestium, vilitatem ciborum, merita* (NB) *sua populis ostentant. Ambiunt fieri* Magistri, *qui nunquam fuerunt discipuli; deprimentes vitam omnium hominum, quod non sint, quod ipsi sunt. Hos nec eremitas computandos intelligo, nec cœnobitas, sed, girovagos, aut* Sarabaitas. Item: *Non beatum faciunt hominem secreta sylva*

sylvarum, cacumina montium, si secum non habet solitudinem mentis, Sabbathum cordis, tranquillitatem conscientiæ, ascensiones in corde: sine quibus omnem solitudinem comitantur acedia, curiositas, vana gloria, periculosæ tentationum procellæ: nec datur periclitanti animæ opportuna tranquillitas, nisi Deo increpante repellatur tentationum importuna tempestas. Hæc *autem si penes vos habueritis, in quocunque ordine vel habitu Deo militaveritis, bravio æternæ remunerationis non carebitis. Sed quia Satanas aliquando transfigurat se in Angelum lucis, timeo ne, sicut serpens seduxit Evam astutia sua, sic callidus tentator per occultas administrationes suas quorundam mentes seducat, & conscientias eorum, illusionibus suis corruptas septem nequam spirituum habitacula faciat, qui velamine vanæ religionis palliata domicilia sancti Spiritus esse confingat. Quod ne fiat, secundum Apostolum, nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus, si ex Deo sunt: quia discretio spirituū cum consilio scripturarum poterit istos motus in vobis sedare, & in mentis stabilitate servare.*

Gravem de Monachorum discordiis atq; certaminibus propter varium vestitum, quem sancti-

tatis

tatis magnum afferre momentum credebant, movet querimoniam author lib. de unitate Ecclesiæ.*Cat.Test.Verit.*l.13.p 377.*Matth.Paris*, Hist. Anglic.pag. 8. refert.*quod invaserint Monachi sancti Audoeni Iohannem Archiepiscopum Pothomagensem, Missam celebrantem, in festivitate ejusdem sancti, cum armata manu virorum.* Et a. 1079.commemorat, *Turstinum Abbatem Clastoniensem turpe scelus commisisse. Tres enim Monachos sub altari positos occidi fecit,& octodecim viros ita vulneravit, quod sanguis eorum ab altari super gradus,& à gradibus in pavimentum profusus cucurrit.* Anno 1017. Memlebii propter luxum & alii Monachi adducuntur ab Abbate Hirsfeldensi: *Fab. Baron.* etiam an. Ch. 1063, ait; *displicuisse Alexandro Papa, per Monachos populum concitari, atque vetita tentari, eosdemque occasionibus hujusmodi claustra egredi, miscereque se contentionibus popularibus.*

XV. *Ecclesiam*, præter quàm quod [a] superstitiones & [b] Magicæ artes, magis magisque, obstetricantibus Pontificum vel decretis, vel exemplis, invaluerunt, vexavit 1. In *dogmatibus* [c]

περὶ

περιτώδης ἀποςασία. 2. In *cultu* [d] Heterolatria, quæ vulgò, sed nimis strictè, Idololatria dicitur. 3. In *vocatione* tum cæterorum Flaminum, tum Paparum cumprimis, [e] ἀταξία, [f] Simonia, [g] violentia, [h] Schisma, [i] beneficiorum pluralitas. 4. In *regimine* [k] tyrannis, 5. In *clero* & *Antistitibus*, ipsis etiam *Pontificibus Romanis* [l] ignorantia, & [m] inhabilis ætas. 6. In *sacramentorum administratione & perceptione* detestanda [n] profanatio. 7. In *Conciliis*, vel [o] ridicula, vel absurda & impia decreta. 8. In *officii functione* [p] ἀλλοτριοεπισκοπία [q] negligentia [r] ambitio, [s] avaritia, &c 9. In *vita* denique Paparum; [t] monstrorum sæpe; totiusque [u] Curiæ Romanæ; reliquorum [x] Episcoporum, [y] Abbatum, [z] Sacerdotum & [aa] plebis, licentia & tepor: maior, pro externis templorum ædificiis, [bb] quàm interno animi ornatu, cura. Quæ quidem Ecclesiæ conditio ab ipsis plerumque scriptoribus Pontificiis notatur.

[a] Quo nomine omnes illas παθολογοεθελοθρησκείας, intelligo quæ vel ritus & ceremonias

nias Ecclesiasticas, & quidem primariò; vel etiam dogmata, sed secundariò tantùm, concernunt. Exempla ubique sunt obvia. Et 1. quidem *necessitas satisfactionum* humanarum adeò importunè inculcata fuit plebi Christianæ, ut alque iis salutem desperarent. Hinc ne oneri succumberent, quibus multorum annorum injuncta fuit pœnitentia, ad alias iis confugere licuit satisfaciendi rationes. Unde *Baron.* an. Ch 1055. ex *Petro Damiani*: *Quoniam vero contingeret ob iterata frequenter peccata mortalia, quorum causa plurium annorum pænitentia inferretur, desperare homines tot annorum curriculis; & aliquando sua ætate integra sub eodem pænitentia fasce gemere; imò interdum nec hominis ætatem sufficere ad expianda per pænitentiam Canonibus commissa peccata: aperta est in Ecclesia janua* pœnitentiæ redemtionis, *ne quis ex hac vita Ecclesiæ debitor præventus morte decederet, factumque est, ut breviori compendio temporis satisfaceret, quæ plurimorum annorum termino persolvere teneretur. Quæ quidem redemtio multiplici via, quò unicuique hominum statui prospectum esset, ut fieri posset, consultum optime fuit: nimirum, ut qui divitiis affluerent erogando eas in usum pauperum, pro quantitate persoluti pretii tot*

redi-

redimeret eis annos (unde Legatus Pontificis Archiepiscopo Mediolanensium centum quidem annorum piaculum imposuit, sed redimi posse certa in singulos annos soluta pecunia voluit: Clerici diversis in vita jejuniis obligatis *Sigon.*a.Ch.1059.) *quot lex Ecclesiastica concessit*: Hoc *est igitur, quod Petrus ait*: Non ignoras, quia cùm à pœnitentibus terras, possessiones agrorum videlicet accepimus: juxta mensuram muneris eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus. *Quibus planè ostendit, bona Ecclesiastica ejusmodi fieri solita redemtione aucta crevisse.* R*ursus autem, ne divitibus tantùm aperta redemtionis hujus janua videretur, aliæ ab Ecclesia excogitatæ sunt corporeæ afflictiones, quibus pauperes & alii qui vellent redimere brevi tempore multiplices annos possent: de istiusmodi remediis apud Burchardum, de quo suo loco, tractatio prolixior est.* S*cripsit enim librum Decretorum pœnitentiæ, qui in sua collectione ordine numeri ponitur decimus nonus, à cujus capite XII. de pœnitentiæ redemtione agere sic incipit*: Pro uno die, quem in pane & aqua jejunare debet, quinquaginta Psalmos in Ecclesia, si fieri potest, decantet: sin autem, in loco convenienti eadem faciat, & unum pauperem pascat, & eo die, excepto vino & carne & sanguine, quicquid velit, comedat,

& de aliis similibus usque ad caput XXV, inclusive. Inter alia autem redemtionis remedia palmatæ annumerantur, nimirum ut ferula palma manus pœnitentis verberaretur (ut sub austero Orbilio in Scholis pueri accipere consuevere) ut dies unus pœnitentiæ palmatis viginti redimi posset. Hæcque omnia & alia ipse, qui ex Romano *Pœnitentiali ea recitare profitetur.* Aliud *erat genus verberum, quod per scopas inferebatur, ita instrumentum illud nominabāt, quo pœnitens sibi ipsi verbera infligebat: de quo redemtionis genere est frequens mentio apud eundem* Petrum Damiani *huius temporis* Scriptorem, *qui scribens ad Alexandrum Papam, hæc habet de scopis: ut tria scoparum millia, unum pœnitentiæ annum explerent, cum modulatione Psalmorum: decem Psalmorum modulatio mille scopas admittit, cumque Psalterium constet ex centum & quinquaginta Psalmis, in quoque Psalterio quinque annorum pœnitentia expletur, sicque viginti Psalteria cum disciplina cantata centum annorum pœnitentiam expleat.* Idem Bar. a. Ch. 1059. (nam & hunc addere locum juvat, ut videamus Baalitas redivivos: dum in verberum cruciatu, membrorumq; dilaniatione veræ pœnitentiæ ἀκμὴν consistere somniabant; hoc seculo

vexât

vexâsse Ecclesiã,) scribit: *Eodẽ quoq; tẽpore introductus est in Ecclesia ille laudabilis usus, ut pœnitẽtiæ causa fideles verberib. se ipsos afficerẽt, flagellis ad hoc paratis idoneis, exẽplo Beati Dominici loricati* (quẽ sic Pet. *Damian.* appellabat, *quòd ad macerandam interioris amictus asperitate carnẽ lorica uteretur*, Sigõ. a. Ch. 1031.) *sibi subditi sanctissimi eremitæ. Testatur id ipsum ipse Petrus (Damiani) in Epistola ad Blancam Comitissam, ubi hæc inter alia: Huius itaq; sancti Senis exemplo faciendæ disciplinæ mos in nostris partibus inolevit, ut non modo viri, sed & nobiles mulieres hoc purgatorii genus inhiãter arriperent. Nam & relicta Thetbaldi sublimis utiq; generis, & non infimæ dignitatis mihi aliquando retulit*, per prætensam hujus disciplinæ regulam centum annorum pœnitentiam se peregisse (hanc verò quis requisivit de manibus ejus?) *cùm, ut idem ait, tria scoparum millena conficerent unum annum.*

2. *Nova illa decreta* & instituta, de quibus idem *Baron.* an. eodem p. 235. *Quod insuper ad alios ritus spectat, suorum Monachorum & Eremitarum institutione servari cœptum ait Petrus, quod nos iam videmus ubique in Ecclesia Occidentali acceptum, nempe ut feria secunda animabus defunctorum liberandis à pœnis,*

sacro sancto Missarum sacrificio, sit adscripta. Feria sexta pro memoria Dominicæ passioni eodem sacrificio, insuper jejunio & verberum afflictione colenda esset. Sabbatho verò in honorem sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ celebrandum idem incruentum sacrificium Missæ. Sic aliquando in Gallia, teste *Sigeberdo*, & quidem in Concilio ejusmodi cusum fuit decretum, *subjectis sibi populis servandum: Vnus eorum dicit, cœlitus sibi delatas esse literas, quæ pacem monerent renovandam in terra, quam remandavit cæteris, & hæc tradenda dedit populis: Arma quisque non ferret, direpta non repeteret; sui sanguinis vel cuiuslibet proximi ultor minimè existens percussoribus cogeretur indulgere. Ieiunium in pane & aqua omni sexta feria servarent, & in Sabbatho à carne & liquamine abstinerent*, soloque hoc contenti jejunio, in omnium peccatorum remissionem nullam sibi scirent aliam adjiciendam pœnitentiam, *& hæc servare sacramento firmarent. Quod qui nollet, Christianitate privaretur, & exeuntem de seculo nullus visitaret, nec sepultura traderet*; *Baron.* an. Ch. 1034. Idem asserit, *multos hæc libenter fuisse amplexos, Episcopos* etiam: etsi ab illo novitatis postulentur, hæc sine dubio maximè de causa, *quod*, ut ait, *consensu-*

sensu capitis Ecclesiæ non expectato, Episcopi Gallicani (Bal. Cent. 2. pag. 153. Anglos addit) *sanctiones ediderint*. Idem refert Naucl. Gen. 35. pag. 152. b. Huc etiam pertinent *Indulgentiæ*, quas seculo hoc iis præsertim, qui in Bello sacro militabant, ἀφειδῶς Papa concessit. Exempar habes apud Bar. a. Ch. 1092.

3. *Magnifica legata*, quibus suam suorumque salutem redimere à Monachis sunt multi annisi. Exemplum habet *Matth. Par.* Hist. Angl. p. 15. in Roberto de Molbraio, Northumbrensi Comite, *qui Monachos templo beati Osvvini de Tenemutha destinatos, maneriis, Ecclesiis, redditibus, piscariis, molendinis locupletavit, pro salute propria & omnium antecessorum suorum sive successorum*. Confer instrumentum *Conradi I.* pro Mutinensi Ecclesia apud *Sigon.* Reg. Ital. p. 198.

4. *Spherularum precatoriarum*, quas Pater-nostros appellant, usus, qui hoc primum seculo innotuit. *Genebrard.* an. Ch. 1076. *Petrus Eremita Ambiensis primus modum orandi per calculos* (*quod vulgo Patenostros vocamus*) *docuisse traditur*; *Polyd. Vergil.* libr. 5. de invent. rer. cap. 9. Confer *Calv.* an. Ch. 1095. Plura de hac re scripsimus ὀδηγῷ P. 2. p. 222.

5. *Chrisma* Baptismo adeò necessariò annectunt, ut hunc absque illo vi omni & ἐνεργείᾳ

spolient. *Petrus Damiani* Epist. ad Monach. Florent. *Sed cum Christus procul dubio denominetur à Chrismate; nihil aliud tollunt baptismo nisi Christum, qui Chrismatis subtrahunt sacramentum.* Sed sive vocem spectes, sive ritum, sive denique rem ipsam, parùm sobriè loquitur Petrus ille Monachus. Nec enim à nomine χρίσμα (quod ipsum à prima persona præteriti passivi deducitur) derivatur χρισός, sed ab ipsa tertia persona formatur. Nihil etiam interna illa & spiritualis Servatoris nostri unctio commune habet cum ritu veterum Christianorum, quem à Iudæis mutuârunt, prout ostendimus *in dissertat. de AbusuPatrum.* Putabant nempe (nulla tamen vel Christi, vel Apostolorum authoritate) non minus convenire νεοφωτίςοις externam illam ungendi ceremoniam, quàm Sacerdotibus olim, Regibus, & Prophetis.

[*b*] Fuerunt enim hæc studia, quibus & Pontifices, & reliquus clerus infrunitus, toti erant addicti. Unde querela *authoris Fascic.* temp. suprà p. 265. *Idem* author Palumbumi Presbyterum Necromanticum appellat, p. 72. b. & *Bal.* Centur. 2. p. 163. De Gregorio VII. scribit *Benno*, quod sine libro suo Necromanticæ artis nusquam aut raro incesserit. *Die quodam*, inquit, *cum de Albano Romam veniret Gregorius, oblitus est secum ferre familiarem sibi librum Necromanticæ*

ticæ artis, sine quo nusquam aut rarò incedebat. Quòd cum in itinere ei ad memoriam rediisset, in introitu portæ Lateranensis, festinanter vocavit duos de familiaribus suis, assuetos & fidos ministros scelerum suorum. Et ut eundem librum citissimè sibi afferrent, præcepit, ac terribiliter interminatus est, ne librum in via aperire præsumerent, nec ulla curiositate secreta ejus investigarent. Sed quantò amplius inhibuit, tantò vehementius eorum curiositatem ad investiganda eiusdem libri arcana accendit. Igitur dum in reditu librum reseràssent, & Diabolicæ artis præcepta curiosè legerent, subito adfuerunt Angeli Satanæ, quorum multitudine & horrore illi duo juvenes propè effecti amentes, vix ad se reversi sunt. Et (ut ipsi retulerunt) maligni spiritus instabant, dicentes: Ad quid nos vocastis? *quare fatigâstis? Citò præcipite, quod nos agere vultis alioquin insurgemus in vos, si nos diutius tenueritis. Ad hoc alter juvenum: Festinàter, inquit, muros illos deiicite, & hæc dicens, muros altos vicinos Romæ, quos in momento maligni Spiritus deiecerunt: Et iuvenes sanctæ crucis signo se signantes, tanto terrore exterriti, trementes & palpantes vix* Romam *ad*

dominum suum pervenerunt. De pluribus seculi hujus Papis Magis vide *Bal.* Cent. 2. pag. 145.

[c] Apostasiæ, quæ hoc seculo Ecclesiam invasit, species aliquot expressimus Canone hujus Sectionis XI. aliæ modò sequentur. Ἀποστασίαν τερατώδη autem vocamus defectionem & desertionem veri Dei, veræque fidei sub fucato miraculorum vel apparitionum prætextu. Atque contra hanc Ecclesiam suam munivit ipse Deus *Deut.13.v.2.3.4. Cùm surrexerit in medio tui Propheta, vel somniãs somniũ (& dederit tibi signum & portentum, quod locutus est tibi) dicendo: Eamus post Deos alienos (quos non nôsti) & colamus eos : Non obedies verbis Prophetæ illius, aut somniatori illi; quia tentat Iehova Deus vester vos, ut sciat an diligatis Iehovam Deum vestrum toto corde vestro, & tota anima vestra: Post Iehovam Deum vestrum ambulabitis, & illum timebitis, ac præcepta eius custodietis, atque illum coletis, eisque adhærebitis.* En insigne ἀποστασίας & Apostatarum κειμήλιον! Monet hoc vaticinio Deus, fore, ut Pseudoprophetæ, vel somniatores nova sint propinaturi dogmata, Deos alienos, vel alienum cultum conficturi: Eosdemque, ut ne viderentur inermes, signis & portentis, quæ suum, in speciem veritatis, sortitura sint eventum, pugnaturos.

turos. Sed ne his quidem populum suum à veritatis tramite abduci vult. Placere enim ait, sibi hoc eum tentare modo. Unde colligimus, omnia portenta, omnia signa, eventu etiam probata, quibus novus Deus, novus cultus Dei traditur, esse τέρατα ψεύδη, & γνωρίσματα magnæ illius Apostasiæ, de qua Apostolus 2. *Thess.* 2. Hoc sanè seculo, & dein[c]eps videmus, visiones, apparitiones, lemures, & alia id genus φαντάσματα, expressis Scripturæ testimoniis opposita, *vel à Monachis Monachiliter* lucri causâ, ut verba habent apud *Matth. Par.* Hist. Angl. pag. 51. *excogitata.* Sed agamus exemplis 1. *Suffragia, & intercessionem Sanctorum*, de quibus altum in sacris Literis est silentium, variis hujus seculi confirmant apparitionibus. *Cum fame sic affligeretur Dei populus*, scribit *Matth. par.* pag. 38. 39. *respexit illum Dominus, & gemitus eorum audivit, mittens eis consolationem de sede Maiestatis suæ. Venit enim sacerdos quidam peregrinus & pauper, de exercitu ad Principes & peregrinos Occidentis ita dicens: Audite fratres mei, audite & amici charissimi, visionem quam vidi. Cum in Ecclesia Dei Genitricis pernoctare decrevissem, pro nostris calamitatibus Dominum rogaturus, vigilans, vel semisopitus nescio, Deus scit, vidi Dominum nostrum* Iesum *Christum, nec tamen agnovi eum, aderat etiam*

sanctissima eius Genitrix, & Princeps Apostolorum Petrus, quos aspiciebam, nec tamen eos cognoscebam. Dixit autem mihi Dominus, agnoscis ne me? Cui statim ego, ne quaquam Domine mi. Interim crux splendida super caput eius resplenduit apposita. Iterum interrogavit me ut prius; & ego, Domine mi, si bene percipio ex signo crucis capiti tuo imposito, crucifixum & redemptorem nostrum te esse intelligo: qui respondit, ita est planè, ut dicis. Et ego perfusus genas lachrymis ad pedes eius singultiens, cecidi inquiens: Domine, Domine miserere nostri, Domine memor esto populi tui; Domine adiuva nos. Et Dominus ad me: Ego huc usque vos iuvi; Nam & Nicæam vos obtinere permisi, & in multis vos prælíis contexi, meque Duce vicistis, & Antiochia prævaluistis, & in obsidione ipsa multa pro voto vestro vobis indulsi: Vos autem beneficiis meis ingrati contra me intumuistis, & tanquam ex adipe iniquitas vestra prodiit, meque gens injuriosa gentiliter exacerbâsti, dum cum mulieribus vel alienis, vel vestræ professionis, sed illicitis fornicati estis. Iste quidem singularis fætor cœlos ascendit, & oculos meos à vobis avertit: Retribuam *igitur ego vestræ in-*

grati-

graditudini, nec parcam prostitutæ & lupanan ti multitudini. Tunc mater misericordiæ, Petrusque beatus, ad pedes misericordis ceciderunt Redemtoris, & suis supplicationibus iram mitigabant minitantis, dicentes: *Domine tot annis gens pagana Domum istam, quæ Domus erat orationis obtinuit, suisque spurcitiis eam (proh dolor!) maculavit, & ecce paucorum exigentibus culpis, omni Christianitati tuæ, quæ domum istam exinde sanguine suo liberare nititur, jam deleturus irasceris. Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in perditionem, ut dominentur eis nationes. Acquievit igitur sanctus sanctorum Deus supplicantis* Matris *& Apostoli precibus, jamque vultu factus jucundior, dixit mihi: Vade & dic populo meo, lupanar & prostibulum & omnem à vobis removete abusum, & vestra fletibus abluite facinora, & ad me revertimini, & ego revertar ad vos,* &c. Et p. 51. cùm prolixè recensuisset obitum Regis Anglorum *VVillielmi*, cognomento *Rufi*, an. Ch. 1100. à *VValthero Tyrel* occisi, addit; *Eadem horâ Comes Cornubiæ in sylva ab illa, in qua hæc acciderunt per duas dietas distante, dum venatum iret, & solus casu à suis sodalibus relinqueretur obviavit magno piloso & nigro*

gro hirco, ferenti Regem nigrum & nudum per medium pectoris sauciatum. Et adiuratus hircus per Deum Trinum & Vnum, quid hoc esset, respondit: Fero ad iudicium suum Regem vestrum, imò tyrannum, Wuillielmum Rufum. *Malignus enim spiritus sum, & ultor malitiæ suæ, quâ desævit in Ecclesiam Christi, & hanc suam necem procuravi.* Imperante Protomartyre Angliæ beato Albano, qui questus est Domino, quòd in Insula Britániæ, *cuius ipse fuit primus sacrator, supra modum grassaretur.* Cultui & devotioni S. *Magni* multum, sine dubio, accessit ex eo, quod scribit *Naucl.* Gen. 34. pag. 149. b. *Imperante*, inquit, *Henrico accidit miranda res in* Saxonia *& in Diœcesi* Magdeburgensi, *ubi erat Ecclesia* S. *Magni: quidam sacerdos, ut refert Vincent. & Ioh. de Colum. dum Missam celebraret in vigilia nativitatis Domini decem & octo viri simul cum* 15. *mulieribus in cœmiterio Ecclesiæ choreas duxerunt, ac sacerdotem cantantem impediebant, iussit sacerdos, ut quiescerent aut abirent, sed ipsi sacerdotem deriserunt, ille amaricatus imprecando dixit*: Placeat Deo, & S. Magno, *ut ita cantantes permaneant, usque ad annum, & ita factum est, ut*

toto

toto anno sine intermissione cantantes chorizarent. Ejusmodi πάρεργα *Baronius*, seculo hoc multa recenset. Anno Chr. 1045. ait; *Northmannos S. Benedicti ope fuisse cæsos*, quod ipsum apparitione rustico facta probare nititur Leo apud eundem. Et an. Ch. 1056. *Petri Damiani* verbis sequentia commemorat: *Dicam & aliud, quod in præfato contigit Monasterio Gamugense. Statutum erat, atque iam per triennium ferè servatum, ut cum horis Canonicis quotidie beatæ Mariæ semper Virginis officia dicerentur. Erat autem quidam inter eos* Gozo, *habitu Monachus, reprobæ quidem vitæ, sed dicacis & aculeatæ facundiæ. Hic cœpit conqueri,* satis superque sufficere, quod sanctus præcepit Benedictus, nec novæ adinventionis pondus debere superponi, nec nos esse antiquis Patribus sanctiores, qui videlicet hæc superstitiosa & supervacua judicantes, *psallendi nobis metam, omnemque vivendi regulam præfixerunt. Quid plura? Contra* Reginam *præliari visus est, & confecit. Ad hoc nimirum fratres versuta machinatione pellexit, ut solitas B. Mariæ laudes ulterius non offerrent. Sed o divinum judicium, à nostræ pravitatis intuitu non dormitans! Mox enim adversus præfatum Monasterium tot adversitatum grandines, tot undique*

que bellorum atque conflictuum exortæ sunt tempestates, ut ipsis quoque Monachis minaces gladii necis exitum intentarent. Fiunt undique deprædationes; undique rapinæ, conflagrantur cum segetibus areæ familiares, ac servi sancti loci crudeliter trucidantur, & non jam imago mortis, sed ipsa mors grassatur, adeò ut taderet jam Monachos vivere, dum nequaquam possent in procinctu certaminis amicum quieti suæ professionis officium custodire. Non parvis expensis ad Teutonum partes Imperator expetitur; Pragmaticæ sanctiones cum titulis advehuntur; sed tandem est in omnibus quippe studiis non fructus, sed labor supervacuus. Vnde cum ego petitione Fratrum sæpe pulsarer, quatenus sequester accederem, & si possibile esset, pacis inter eos fœdera continuarem, hac rogantibus voce respondi: Christus, inquam, est pax nostra, de quo etiam de virgine recens nato angelitus dictum est: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax. Quia ergò Matrem veræ pietatis de suo Monasterio projecerunt: dignum est, ut inquietis, calamitatum, tribulationumq, procellis atque turbinibus agitentur. *Verùm (ne lectorem diutius protraham) Fratres illi hæc, quæ dixeram, non dubiis erumpentibus*

tibus signis vera probantes, in arcto siti, tandem ad cor redeunt, pavimento se humiliter sternunt, ac percepta pœnitentia nunquam se de cætero neglecturos solita Dei Genitricis præconia, unanimiter pollicentur. Mox itaque (ut fatear) ita post coruscationes atque tonitrua tandem cæli serenitas redüt, ut nunc usque hodie Fratres jucundæ pacis otio perfruantur, & de Scyllea voraginæ se delatos ad portum, gubernante filio virginis gratulentur. Impletum est ergò, quod per Prophetam dicitur: Revertimini ad me, & ego revertar ad vos, dicit Dominus. H*æc Petrus, qui sicut auctor fuit, ut in Monasterio suo officium Dei Genitricis dicendum assumeretur, ita ex eodem fonte manâsse cognoscitur ut illud ipsum toto Christiano orbe Occidentalis Ecclesiæ non à Monachis tantum & Clericis, sed etiam à Laicis, viris atque mulieribus quotidianis pensis persolvatur, monente Vrbano.* Idem *Baron.* anno Chr 1c74. Sanctum Ianuarium introducit Neapolitanis contra Northmannorum Principem opem ferentem. De hac re etiam *Leo Ostiensis Neapolitani autem Principis timore perculsi, omnipotenti se Deo intentius commendabant, ut eos à potestate Principis clementissima mise-*

sera-

seratione dignatur eripere: cumque civita eadem acerrimè oppugnaretur, sanctus Marty Christi Ianuarius, & alii Abbates à Princip sæpe conspiciebantur armati per castra discurrere: putans autem, Episcopum esse, interrogabat, cur, contra ordinem suum, ad pugnam cum lancea scutatus existeret? Cui Archiepiscopus respondens: Ego, inquit, ut tu, vir illustrissime conspicis, multis jam diebus æger in lectulo decumbo; ille autem armatus quisnam sit, ipse videris. Scias tamen sanctum Ianuarium hanc protegere urbem. Ergò Monachi & Abbates, quibus vivis arma tractare non licet, mortui demum castra sequuntur! Ex *Surio* refert *Baron.* a. Ch. 1087. de Arnulpho Suession. Episcopo. *quòd, sentiens, sibi mortem imminere, dixerit fratribus: Parate jam funeri necessaria, nam sub noctis initium decedam, ut mihi Dominus, cui servire conatus sum, hesterna nocte revelavit, cùm ille terræmotus, & aëris concussio fragorem cellæ excitaret. Sub prima enim quassatione B. Petrus Apostolus ad me venit, significans mihi peccata remissa, & vitæ ianuam patere: aderat Beatorum frequens cœtus laudes divinas continenter modulantium. Sub altera quassatione cum multis angelicis spiritibus*

bus sanctus Michael me invisit, pollicens se duce, me ad beatam vitam ingressurum. *Tertia concussione affuit* Domina nostra veræ misericordiæ Mater, *Multis stipata sanctarum Virginum agminibus*, benignissima me voce certiorem efficiens de anima mea inter assumtionis ejus gaudia in cœlos transferenda.

2. *Reliquiæ Servatoris, aliorumque cœlitum*, pro quorum veritate & veneratione plura hoc seculo legas Pontificiorum miracula, quàm rigidus aliquis censor, aut verorũ miraculorũ æstimator, admittere possit. *His diebus*, scribit ex *Leone Ostiẽ. Baron.* an. Ch. 1014. *Monachi quidam ab Hierosolymis venientes, particulam* lintei, cum quo pedes discipulorum Salvator extersit, *secum detulerunt, & ob reverentiam sacri hujus loci hic devotissimè obtulerunt sexto Id. Decemb. Verum cum plurimi fidem derogarent, illi fide præditi particulam istam ardentibus imponunt prunis; quæ mox in colorem ignis versa est. Amotis tamen carbonibus ad pristinam speciem admirabiliter rediit.* De *lancea*, quâ latus Domini est trajectum & perfossum, ita loquitur *Matth. Paris* Histor. Anglic. pag. 39. *Eadem quoque horta clericus quidam, nomine Petrus, de regione, quæ Provincia nuncupatur, accedens ad Episcopum Podiensem, & Comi-*

tem Tholosanum, asserens, quòd beatus Apostolus Andreas sibi in somnis apparuerat, & cum ter vel quater commonuerat attentius, quatenus, ad Principes Occidentis loquens nunciaret, ut lanceam, *quâ Domini nostri IesuChristi latus fuerat perforatum in Ecclesia principis Apostolorum occulte repositam, perquirerent, locum certissimis indiciis manifestans. Accedens ergo ad viros prædictos verbum, sicut ei iniunctum fuerat, ex ordine revelaret; asserens, se ab eodem Apostolo multis terroribus ad hoc fuisse compulsum, nec id posse absque mortis periculo declinare. Hi autem cum id cæteris Principibus communicâssent, ad locum quem eis in Ecclesia designaverat, convenerunt, & effossa aliquantulum terra in altum, lanceam, sicuti prædixerat, reperiunt: quod audiens populus ad Ecclesiam concurrit,* oblationibus & osculis tam pretiosum veneran tes inventum. Quàm verò paulò pòst hæc lancea multis fuerit suspecta, idem *author* p. 42. commemorat: R*enovata est ibi quæstio de lancea, quâ Dominicum latus fuerat perforatum: aliis dicentibus, quod ipsa erat in veritate & per divinam inspirationem revelata, ad consolationem plebis,* aliis contentibus malitiosè quòd ver-

versutia esset Comitis Tholosani, & gratiâ quæstus inventio esset ficta. *Accenso igitur rogo copioso, cujus incendii magnitudo etiam circumstantes terrere poterat, & conveniente populo universo in sexta feria, quæ sanctum Domini Pascha præcedit, clericus quidam, nomine Petrus, cui inventio illius lancea fuerat revelata, examen subiit periculosum. Nam facta oratione, assumta secum lancea, per medium ignem transivit illæsus. Sed quoniam post dies paucos idem clericus vita decessit*, non planè æmulis satisfecit. Confer *Naucler.* Gener. 37. pag 167. a. *Calvis.* an. Chr. 198. ex *VVilh, Tyr.* ut vel hinc appareat, neque tum temporis defuisse, qui suspectas & supposititias Institorum illorum merces parvi æstimârint.

3. Ubi *Monachorum, Monasteriorum, cleri, bonorum Ecclesiasticorum* periclitari cæpit aut nutare status, miraculis è vestigio aut apparitionibus erat sufulciendus. His certè tibiis tota illa moles fere nitebatur. *Rex Anglorum, VVilhelmus* (scribit *Matth. Paris* a. Ch. 1100.) *sancta Maria invocata & somno excussus, lumen inferri præcepit, & cubicularios à se discedere non permittens, residuũ noctis insomne peregit. Manè verò, cũ aurora illuxisset, Monachus quidã transmarinus qui pro Ecclesia sua negotiis Regis cu-*

riam ſequebatur Roberto filio Hamonis *vi*
potenti & Regi familiari ſomnium retul
quòd nocte eadem viderat mirificum & ho
rendum: Vidit enim per ſomnium Regem
quandam venire Eccleſiam; geſtuque ſuper
& inſolenti (ut ſolebat) cœpit deſpicere circun
ſtantes; ubi crucifixum dentibus appreher
dens, brachia illius corroſit; & crura pene d
iruncavit. Quod crucifixus cùm diu tolerâ
ſet Regem *demum dextro pede ita depulit, u*
caderet in pavimentum ſupinus & ex ore j
centis tantam exire flammam conſpexit, e
ita diffuſam, ut fumorum nebula quaſi Cha
magnum uſque ad ſydera volitaret. Ha
viſionem cùm Robertus Regi *retuliſſet, cachi*
nos ingeminans ait; Monachus eſt, & lucri ca
ſa monachiliter ſomniavit: da ei centum ſolido
ne videatur inaniter ſomniâſſe. Subtexit altera
mox apparitionem Regis nigri, cujus modò me
minimus. *Has verò*, obſervatur notâ margial
futiles confirmationes quæſtus gratiâ adducer
videtur Matthæus. Si qui additam hanc exiſt
mant, moniti à *Bellarmino* (ut in Analectis noſtr
diximus) Gloſſam, ab Editoribus Tigurinil
petitam tamen & depromtam concedet ex ipl
VVilhelmi Regis judicio, ejuſdem, ſuprà, verb
prolato. *Nauc.* Gen.35.p.151.a. *Sublimatus autem*
(ſcrib

(scribit ex *Chron. Vrsperg.* pag. 215.) *in Regno Conradus, consilio Brunonis Episcopi Augustensis, fratris* Henrici *defuncti, Bambergensem Episcopatum meditabatur destruere, quia idem Bruno promisit* Regina *Giselæ omnia prædia hæreditario jure ad se pertinentia filio ejus* Henrico *concedere. Nocte autem, quæ diem præcesserat, in qua ventilanda hæc in conventu ad hoc indicto erant, Eberardus primus Episcopus Bambergensis nuper defunctus ad tentoriũ dicti Brunonis accessit, & lecto eius assidens multa super hac re monendo obsecrandoque peregit. Qui ubi jam multa nocte transacta recesserat, & Episcopum Brunonem somnus oppresserat, visus est ei frater suus* Henricus *Imperator lecto adstare, faciemque suam, barba ex una parte depilata, turbatam objectare, cui super hac re stupenti & admiranti, & quis tam temerarius in eum fuisset interroganti,* tu, inquit Henricus, hoc fecisti, qui me & sanctos Dei, quos rebus, à Deo mihi datis, dotavi, spoliare disposuisti: *Cave jam ulterius super hac temeritate, ne dignas luas infelicissimè pœnas. Ad hæc ille expergefactus, exterritus, & tremore ac horrore non mediocriter attactus, manè ad conventum non venit, at regina pro filio*

sollicita, interpellari eum fecit, cui ille affirmavit, se in tantum infirmari, ut nec de lecto pedem posset movere, proclamavit autem se in Deum, in sanctos & fratrem suum peccâsse, libera voce: Hoc intellecto Rex *&* Regina *divina pietate moti, æquo animo desistentes nihil innovare voluerunt:* Tragicum *Pandulphi* Capuani Principis, exitum & exitium ex *Leone Ostiens.* ita describit *Baron.* Anno Chr. 1038. *Quo tempore cùm* Sergius *Magister militum, qui Neapolitanæ urbi præsidebat, venatum in ipso S. Paschali Sabbatho pergens, silvam cum pueris ad apros capiendos esset ingressus, ac tensis retibus, ad insequendos eos sese cum canibus per silvam huc illucque diffunderet; aper antequam retis laqueo fugiens involveretur, occupatus à venatoribus, confossus & captus est. Cum autem hora jam tardior esset, & Sol ad occasum vergens atram umbram jam penè induceret terris: memoratus Magister militum, ne noctis tenebris impediretur, ad reditum, sumta secum venatione quam ceperat, omni cum familia domum ocyus remeare cœpit: uni ex pueris, Pythagora nomine, ut retia colligeret mandans, & se perniciter subsequeretur. Puer itaque collectis retibus, cum recto*

recto calle dominum suum concitus sequeretur: subitò reverendo admodum vultu & habitu Monachi ei se obviam conferunt, cumque timore perterritus, qui nam essent, inquireret, illi: Ne, inquiunt, metuas, tantum sequere nos. Et cum aliquandiu per eandem sylvam graderentur, venerunt ad lacum quendam cænosum, ac fœtidum valde, aspectuque terribilem, ibique Pandulphum Capuanum Principem, qui paulo antè defunctus erat ferreis nexibus vinctum, atque in illius cœno lacus ad guttur usque demersum, mirabiliter ostendunt. Interea duo nigerrimi spiritus retortas ex agrestibus vitibus facientes, eumque per guttur ligantes, in ipsa lacus profunda merserunt, iterumque sursum extraxerunt. Cumque hæc sæpius facerent, prædictus puer, trementi licet voce eum alloquitur, orans, ut sibi, cur talia pateretur, ediceret. Ille verò flens & ejulans roganti puero mox ita respondit: Licèt, ô puer, pro innumeris sceleribus meis infinita mihi pœna præparata sit, nullam tamen ob aliam causam ista, quam cernis, excrucior pœna, nisi propter aureum calicem, quem de Monasterio B. Benedicti sacrilega ductus cupiditate abstuli, eique moriens, etiam restituere neglexi. Tanti redi-

mendus erat vel unus calix, cujus ablatio, ne ad gravissima accedere poterat scelera! Scilicet. De *Henrico* Spirensi Episcopo; quod & ipse prodigè Ecclesiastica bona dilapidâsset; inopinata morte subtracto aliam commemorat visionem an. Ch.1075. *Putabat* (clericus quidam Huzmannus, Henrici successor) *se in choro Spirensi cum Episcopo & cæteris clericis stare. Et ecce ingrediebantur chorum tres viri, unus exacta ætate, canitie veneranda, duo iuvenes, tanquam in obsequium senioris destinati. Cumque in medio chori aliquandiu taciti constitissent, ait senior his, qui circa se erant, iuvenibus: Quid tardatis, quod vobis iussum est explere? At illi: Tuum, inquiunt, Pater est, primo adversus eum dictare sententiam, & nos sine dilatione, quicquid iudicaveris, exequemur. Et ille: Propter multa, inquit, mala, quæ in locum hunc, & in sanctam Dei Genitricem operatus est, egressa est à Deo sententia, ut à Deo interficiatur. Ad hanc vocem corripientes Episcopum decollaverunt, & truncum in ligno crucis, quod in eadem Ecclesia in sublime elatum stabat, suspenderunt. Cumque manè facto, clericus, nimio horrore concussus, Episcopo somnium retulisset, visus est ei quasi deliramenta loqui; & propter sospitatem corporis sui, optimeque*

que constantem omnibus membris vigorem suum, nullum tam è vicino imminentis exitii sensum admisit. Et ecce septimo dehinc die, cum ad vespertinalem Synaxin *cum fratribus in choro staret, sensit repente parvulam sibi instar puncti pustulam in collo excrescere, quæ paulatim in immensum intumescente, ante mediam noctem defunctus est.* Gravissimum puto ejus delictum fuisse, quòd cum *Henrico* contra *Gregorium* faceret, sumtusque militibus ministraret, quemadmodum & aliâs in gratiam bonæ Hildebrãdi, causæ miracula fuisse patrata fautores ejus crebrò inculcant. Vide sup. pag. 376 Confer *Baron*.an.Ch.1077. ubi ex *Bertholdo Constantiensi* multa attexit prodigia pro causa Gregorii contra Henricum: Et an, Ch. 1084. visionem columbæ, qua res à Gregorio gestas divinitus comprobatas, ad marginem notat Cardinalis: Et an.Ch.1085. pag.577. ubi narrantur *miracula plurima à Gregorio post obitum edita.* Quò etiam trahit miracula S.*Anselmi Lucensis*, an. Chr.1086. 584.

4. Fuit, ut suo loco pleniùs audiemus, *Controversia Sacramentaria* seculo hoc acriter ventilata. Pro Transsubstantiatione, quæ in Romana Ecclesia decretis erat sancita, miraculis; cùm aliæ rationes vix suppeterent; pugnabatur. *P. Dam.* apud *Baron*.an. Chr. 1059. commemorat

particulam quandam Dominici corporis, maleficio destinatam, inventam esse usque ad medietatem in carnem conversam, alteram vero medietatem panis speciem non mutâsse. Nam, & vester ille; idem addit *Dam. Amalphitanus Episcopus (nomen nescio) Stephano Romano Pontifici, me præsenti, sub jure jurando testatus est, quia, cum aliquando ad mensam Domini sacrificaturus accederet; sed super sacramento Dominici corporis incredulus hæsitaret, in ipsa confractione salutaris hostiæ rubra prorsus ac perfecta caro inter eius manus apparuit* (nonne redivivos videas Capernaitas?) *ita ut digitos illius cruentaret, sicque sacerdoti scrupulum dubietatis auferret.* Ad *apparatus* etiam *Missatici confirmationem* consignatum videtur, quod habet *Sigon.* de Reg. Ital. p. 216. *quod Alexander Cassinum reversus & Aquinum prætergrediens pede captam mulierem nactus maxima cum astantium admiratione curaverit aquâ, quâ post sacrificium manus abluerat, potui ministratâ.*

5. Porrò *horas Canonicas* neglexisse quantos clericis conciliârit cruciatus, ex eodem discito *Petro. Clericus Coloniensis Ecclesiæ, undam fluminis transibat. Et ecce Beatus Severinus eiusdem*

Eccle-

Ecclesiæ nuper Episcopus, equi ejus habenas apprehendit, eumque retinens sistit. Cumque ille ad stuporem versus & graviter admiratus, cur ille tam clarus, & tam celebris fama moraretur, perquireret: Da mihi, ait, manum tuam, & quæ circa me sunt, non auditu disce, sed tactu; cumque datam manum fluctibus imposuisset Episcopus, tantus eam ardor absorbuit, ut undique carnes ejus resoluta diffluerent, & ossa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem clericus: Cum nomen, inquit, tuum in tanta benedictione sit apud nos, & fama tua consonis totius Ecclesiæ præconiis celebretur, cur te pestilens hæc vorago constringit, tantoque proh dolor, incendio cruciaris? Ad quem Sanctus Episcopus: Nihil, ait, in me remansit ultione plectendum præter hoc tantum, quia dum in aula regia constitutus, Imperialib. me consiliis vehemẽter applicui, Canonicæ Synaxis officia per distincta horarum spatia non persolvi. Manè quippe omnia coacervans simul, tota die negotiis ingruentibus, secura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam horarum, ardoris hujus fero supplicium: Tu verò omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, ut manum tuam in salutis pristi-

pristinum restituat statum: quod cum factu *fuisset: Vade, inquit, fili, obsecra fratres n* *stros clericos Ecclesiæ, & alios spirituales vir* *ut pro me preces fundant, indigentibus subsid* *conferant, sacrificiorum votis insistant. H* *peractis ego mox de vinculo pænæ hujus indu* *bitanter expediar, & expectantibus me beat* *rum civium choris latus adjungar.* Hæc ut de *Severino* (qui, ipso fatente *Baronio* a. Ch. 106 ante plura tum secula inter vivos esse desi *ita ut de eo illa esse dicta, nullatenus possit ex* *stimari*) fabula, quot quæso Papisticis inservi debuit dogmatibus? Purgatorium, horæ Can nicæ, suffragia pro defunctis, & si quæ his καιν τομίαις ἀγράφοις καὶ ἀντιγράφοις alia sunt aff nia, robur hinc mutuabant. Unâ fideliâ non du os tantùm, sed plures dealbare parietes didic runt Romani isti artifices!

6. Insuper, ne qui dubitarent, quàm esset pe netrans *Excommunicationis Pontificiæ* fulmen; mi raculis erant erudiendi. Episcopum Caturcen sem audi apud *Baronium* anno Chr. 1034. hæ narrantem: *Nuperrimè*, inquit, *post Concili* *um Bituricense quidam de excommunicatis e* *ques in nostra diœcese interfectus est, quem eg* *rogantibus amicis, & propinquis eius nullat* *nus solvere volui, ut cæteri metum haberent*

gra

gravem enim culpam prædantis habuerat: Itaque sine sacerdotis obsequio à militibus apud quandam Ecclesiam Sancti Petri, non me jubente, sepultus est. Mane autem facto corpus ejus longè extra cœmeteriam projectum, & nudum super faciem terræ inventum est: tumulus autem, ubi sepulturam habuerat, intactus, & ita, ut dimissus fuerat, repertus est: Quem iterum milites aperuere, & nihil in eo amplius nisi vestes, quibus involutum corpus fuerat, invenerunt. Rursus cadaver ibidem sepelierunt, & diligenter tumulum sub enormi pondere terræ & lapidum claudunt: sed die altero proiectum cadaver, & tumulum intactum, ut suprà, aspiciunt. Quinquies sepeliunt, toties eodem eiectum tenore conituentur. Tantò demum victi stupore corpus longè à cœmeterio Ecclesiæ terrà obruunt. Quo terrore perculsi Principes militiæ, pacem nobis, velut optabamus, firmare nequaquam distulerunt. Ad hæc respondit Concilium (Lemovicense, in quo hæc erant proposita). *Quid hoc aliud est,* nisi quia sub oculis hominum arbiter hominum affirmat Ecclesiæ suæ auctoritatem, quia excommunicati à sepultura Christianorum justè ab Episcopis segregantur? Aliud *Patariensis Episcopi,* ante Ecclesiasticam absolutionem, quam avidè deside-

desideravit, morte præventi; adeoque damnati, exemplum occurrit apud eundem *Baron.* an. Ch. 1087. Hinc.

Discant obsequium Reges, nec temerè Papani! Quis verò oculis non videat, manibus non palpet, cui bono hæc omnia? Non (quod aliàs monuimus) ut Trinitas asseratur contra anti-Trinitarios, satisfactio Christi & mors contra Muhammedanos; non, ut aliis Sacræ Scripturæ congruis fidei articulis subsidium quæratur contra infideles & atheos, totà Pontificiis crepantur miracula; sed ut authoritati Papę caveatur; ut Monachi, Monasteria, bona Ecclesiastica extra direptionis aut diminutionis periculũ constituantur, ut Excomunicationis fulmina venerabili in sedẽ Romanam obsequio averruncentur, ut Purgatorio fides adhibeatur: Verbo, ut Papa vivat, ejus decreta vigeant, asseclæ floreant, hostes pereant, varia & verè puerilia Monachorum crepundia valeant, ad θαυματουργίαν, tanquam asylum confugiunt; parum memores, non fidem ad nova miracula, sed miracula ad Christianam fidem & Scripturam sacram exigendam. Quod ipsum tamen *Baron* opportunè monet in Annalib. an. Chr. 1034. Cùm enim, ut supra pag. 349. dictum est, quidam Galliæ Episcopi, locum darent novis decretis, quibus authoritatem non nemo ex cæteris Coëpiscopis conciliare conatus est visione cœlitus facta, miratur Baronius *potuisse tot Episcopos*

copos huiusmodi unius asserta inani revelatione moveri magis, quàm divinæ Scripturæ, sanctorumque Patrum Decretis, &c. De ejusmodi verò miraculorum scopo plura peti possunt ex nostro ὁδηγῷ P.11.p.293.

7. Tandem etiam *bellum*, quod vocant, *sacrum*, multis, à revelatione quadam Petro Heremitæ facta, commendatum fuisse, fatetur *Matth. Par.* Hist. Anglic. p. 22.23. Revelatio ita habet: *Sacerdos quidam Petrus nomine & Heremita professione, de Regno Francorum, paululo ante hos dies peregrinationis voto tractus,* Hierosolymam *pervenit. Hic iuxta legem Christianis, civitatem sanctam ingredi volentibus, à Saracenis propositam, dato tributo urbem ingressus, in hospitio cuiusdam Christiani susceptus est. A quo de misera conditione credentium sub potestate paganorum conversantium ad plenum edoctus, quicquid calamitatis audivit, fide postmodum oculata conspexit: Audiens verò, quòd Simeon, Patriarcha civitatis, vir esset religiosus ac timens Deum, accessit ad ipsum, & mutuis sunt confabulationibus recreati. At Patriarcha, ex verbis Petri colligans, quòd vir esset circumspectus, familiarius cœpit exponere universa, quæ, populum Dei in civitate*

tate commorantem acrius affigebant. Petrus autem fraternis commotus miseriis cum lachrymas cohibere non posset, Patriarchæ respondit: Noveris pater sancte, quòd ego, Ecclesia Romana, *& Principes Occidentis, pro remedio animarum nostrarum (auctoritate Dei) parati sumus ærumnarum vestrarum immensitati succurrere & ad remedium procurandum universos & singulos invitare. Placuit sermo oculis tam Patriarchæ, quàm astantium populorum: & habitis gratiarum actionibus, viro Dei scriptum porrigunt postulatum. Accidit autem die quadam, cùm prædictus Dei famulus de reditu ad propria, pro implenda legatione assumta, amplius solito esset solicitus, quod Ecclesiam Dominicæ resurrectionis ingressus, ad fontem cum tota devotione recurrit, ubi pernoctans vigiliis & orationibus fatigatus in pavimento decubuit, ut somno satis faceret irruenti. Sopore autem interceptus; vidit sibi adstare Dominum Iesum, qui, iniungens ei legationem missam, dixit: Surge Petre, & propera, & intrepidus perage, quæ tibi sunt iniuncta; ego enim tecum ero. Tempus est enim, ut purgentur sancta, & meis subveniatur servis. Experrectus Petrus, & visione inflam-*

flammatus, atque admonitionem divinam amplectens, intrepidus moras rumpit, & facta oratione, ad mare festinus viator descendit. Sed & hanc visionem pro impostura multos habuisse inferiùs probabimus.

[d] Sic, Hebræorum more, omnem vocamus cultum verbo Dei prohibitum, cujus hoc seculo variæ sunt species. A. λειψανολατρεία, quam plerique probârunt:

1. Variarum reliquiarum religiosa *conquisitione, inventione* & *visitatione*. *Baron.* an. Chr. 1008. ex *Glabro*, refert; *quòd tunc revelata fuerint plurimorum Sanctorũ pignora, quæ diu latuerint,* inter cætera, pars virgæ Mosis. An. 1025. meminit *capitis Iohannis*, tunc inventi, sed verbis, pro more, dubiis & ambiguis: *Inventum est*, inquit, *caput sancti Iohannis, in ipsius Basilica, in tugurio Saxeo cœnobii* Angeriacensis, *quod sanctum caput dicunt esse proprium caput Iohannis Baptistæ. Tunc VVillelmus Dux repletus magno gaudio, sanctum caput populorum visibus ostendendum decrevit: & non solùm Aquitania, verum etiam Francia & Burgundia,* Hispania *& Britannia, atque Longobardia, & cætera* Gentium *diversitas certatim, velut amnis, devotè ibi occurrit, audita fama tam præclara nostris diebus.* Ottonem quoque

sollicita, interpellari eum fecit, cui ille affirmavit, se in tantum infirmari, ut nec de lecto pedem posset movere, proclamavit autem se in Deum, in sanctos & fratrem suum peccâsse, libera voce: Hoc intellecto Rex & Regina *divina pietate moti, æquo animo desistentes nihil innovare voluerunt:* Tragicum *Pandulphi* Capuani Principis, exitum & exitium ex *Leone Ostiens.* ita describit *Baron.* Anno Chr. 1038. *Quo tempore cùm* Sergius *Magister militum, qui Neapolitanæ urbi præsidebat, venatum in ipso S. Paschali Sabbatho pergens, silvam cum pueris ad apros capiendos esset ingressus, ac tensis retibus, ad insequendos eos sese cum canibus per silvam huc illucque diffunderet; aper antequam retis laqueo fugiens involveretur, occupatus à venatoribus, confossus & captus est. Cum autem hora jam tardior esset, & Sol ad occasum vergens atram umbram jam penè induceret terris: memoratus Magister militum, ne noctis tenebris impediretur, ad reditum, sumta secum venatione quam ceperat, omni cum familia domum ocyus remeare cæpit: uni ex pueris, Pythagoræ nomine, ut retia colligeret mandans, & se perniciter subsequeretur. Puer itaque collectis retibus, cum recto*

recto calle dominum suum concitus sequeretur: subitò reverendo admodum vultu & habitu Monachi ei se obviam conferunt, cumque timore perterritus, qui nam essent, inquireret, illi: Ne, *inquiunt, metuas, tantum sequere nos. Et cum aliquandiu per eandem sylvam graderentur, venerunt ad lacum quendam cœnosum, ac fœtidum valde, aspectuque terribilem, ibique Pandulphum Capuanum Principem, qui paulo antè defunctus erat ferreis nexibus vinctum, atque in illius cœno lacus ad guttur usque demersum, mirabiliter ostendunt.* Interea *duo nigerrimi spiritus retortas ex agrestibus vitibus facientes, eumque per guttur ligantes, in ipsa lacus profunda merserunt, iterumque sursum extraxerunt. Cumque hæc sæpius facerent, prædictus puer, trementi licet voce eum alloquitur, orans, ut sibi, cur talia pateretur, ediceret. Ille verò flens & ejulans roganti puero mox ita respondit:* Licèt, ò puer, pro innumeris sceleribus meis infinita mihi pœna præparata sit, nullam tamen ob aliam causam ista, quam cernis, excrucior pœna, nisi propter aureum calicem, quem de Monasterio B. Benedicti sacrilega ductus cupiditate abstuli, eique moriens, etiam restituere neglexi. Tanti redi-

 mendus

mendus erat vel unus calix, cujus ablatio, ne a
gravissima accedere poterat scelera! Scilicet. D
Henrico Spirensi Episcopo; quod & ipse prodig
Ecclesiastica bona dilapidâsset; inopinata mo
te subtracto aliam commemorat visionem a
Ch.1075. *Putabat* (clericus quidam Huzman
nus, Henrici successor) *se in choro Spirensi cu*
Episcopo & cæteris clericis stare. Et ecce in
grediebantur chorum tres viri, unus exact
ætate, canitie veneranda, duo iuvenes, tan
quam in obsequium senioris destinati. Cumqu
in medio chori aliquandiu taciti constitissen
ait senior his, qui circa se erant, iuvenibus
Quid tardatis, quod vobis iussum est explere
At illi: Tuum, inquiunt, Pater est, primo ad
versus eum dictare sententiam, & nos sine di
latione, quicquid iudicaveris, exequemur. E
ille: Propter multa, inquit, mala, quæ in locu
hunc, & in sanctam Dei Genitricem operatu
est, egressa est à Deo sententia, ut à Deo inter
ficiatur. Ad hanc vocem corripientes Episco
pum decollaverunt, & truncum in ligno cru
cis, quod in eadem Ecclesia in sublime elatun
stabat, suspenderunt. Cumque manè facto
clericus, nimio horrore concussus, Episcopo som
num retulisset, visus est ei quasi delirament
loqui; & propter sospitatem corporis sui, optime

qu

que constantem omnibus membris vigorem suum, nullum tam è vicino imminentis exitii sensum admisit. Et ecce septimo dehinc die, cum ad vespertinalem Synaxin cum fratribus in choro staret, sensit repente parvulam sibi instar puncti pustulam in collo excrescere, quâ paulatim in immensum intumescente, antè mediam noctem defunctus est. Gravissimum puto ejus delictum fuisse, quòd cum *Henrico* contra *Gregorium* faceret, sumtusque militibus ministraret, quemadmodum & aliâs in gratiam bonæ, Hildebrãdi, causæ miracula fuisse patrata fautores ejus crebrò inculcant. Vide sup. pag. 376. Confer *Baron*. an. Ch. 1077. ubi ex *Bertholdo Constantiensi* multa attexit prodigia pro causa Gregorii contra Henricum: Et an. Ch. 1084. visionem columbæ, qua res à Gregorio gestas divinitus comprobatas, ad marginem notat Cardinalis: Et an. Ch. 1085. pag. 577. ubi narrantur ***miracula plurima à Gregorio post obitum edita.*** Quò etiam trahit miracula S. ***Anselmi Lucensis***, an. Chr. 1086. p. 584.

4. Fuit, ut suo loco pleniùs audiemus, ***Controversia Sacramentaria*** seculo hoc acriter ventilata, Pro Transsubstantiatione, quæ in Romana Ecclesia decretis erat sancita, miraculis; cùm aliæ rationes vix suppeterent; pugnabatur. ***Pet. Dam.*** apud *Baron*. an. Chr. 1059. commemorat,

particulam quandam Dominici corporis, m leficio destinatam, inventam esse usque ad m dietatem in carnem conversam; alteram ve medietatem panis speciem non mutâsse. Nar & vester ille; idem addit *Dam.* A*malphitan Episcopus (nomen nescio) Stephano* Romar *Pontifici, me præsenti, sub jure jurando testat est, quia, cum aliquando ad mensam Domi sacrificaturus accederet; sed super sacramen Dominici corporis incredulus hæsitaret, in ip confractione salutaris hostiæ rubra prorsus perfecta caro inter eius manus appar*u (nonne redivivos videas Capernaitas?) *ita digitos illius cruentaret, sicque sacerdoti scr pulum dubietatis auferret.* Ad *apparatus* etia *Missatici confirmationem* consignatum videtu quod habet *Sigon.* de Reg. Ital. p. 216. *quod A lexander Cassinum reversus & Aquinum pr tergrediens pede captam mulierem nactus m xima cum astantium admiratione curaver aquâ, quâ post sacrificium manus abluerat, p tui ministratâ.*

5. Porrò *horas Canonicas* neglexisse quantos cl ricis conciliârit cruciatus, ex eodem discito *Pet Clericus Coloniensis Ecclesiæ, undam flumin transibat. Et ecce Beatus* Severinus *eiusde Ecc.*

Ecclesiæ nuper Episcopus, equi ejus habenas apprehendit, eumque retinens sistit. Cumque ille ad stuporem versus & graviter admiratus, cur ille tam clarus, & tam celebris fama moraretur, perquireret: Da mibi, ait, manum tuam, & quæ circa me sunt, non auditu disce, sed tactu; cumque datam manum fluctibus imposuisset Episcopus, tantus eam ardor absorbuit, ut undique carnes ejus resolutæ diffluerent, & ossa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem clericus: Cum nomen, inquit, tuum in tanta benedictione sit apud nos, & fama tua consonis totius Ecclesiæ præconiis celebretur, cur te pestilens hæc vorago constringit, tantoque proh dolor, incendio cruciaris? Ad quem Sanctus Episcopus: Nihil, ait, in me remansit ultione plectendum præter hoc tantum: quia dum in aula regia constitutus, Imperialib. me consiliis vehemẽter applicui, Canonicæ Synaxis officia per distincta horarum spatia non persolvi. Manè *quippe omnia coacervans simul, tota die negotiis ingruentibus, secura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam horarum, ardoris hujus fero supplicium. Tu verò omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, ut manum tuam in saluti* pristi-

pristinum restituat statum: quod cum factum fuisset: Vade, inquit, fili, obsecra fratres nostros clericos Ecclesiæ, & alios spirituales viros, ut pro me preces fundant, indigentibus subsidia conferant, sacrificiorum votis insistant. His peractis ego mox de vinculo pœnæ hujus indubitanter expediar, & expectantibus me beatorum civium choris lætus adjungar. Hæc una de *Severino* (qui, ipso fatente *Baronio* a. Ch. 1062. ante plura tum secula inter vivos esse desiit, *ita ut de eo illa esse dicta, nullatenus possit existimari*) fabula, quot quæso Papisticis inservire debuit dogmatibus? Purgatorium, horæ Canonicæ, suffragia pro defunctis, & si quæ his καινοτομίαις ἀγράφοις καὶ ἀντιγράφοις alia sunt affinia, robur hinc mutuabant. Unâ fideliâ non duos tantùm, sed plures dealbare parietes didicerunt Romani isti artifices!

6. Insuper, ne qui dubitarent, quàm esset penetrans *Excommunicationis Pontificiæ* fulmen; miraculis erant erudiendi. Episcopum Caturcensem audi apud *Baronium* anno Chr. 1034. hæc narrantem: *Nuperrimè*, inquit, *post Concilium Bituricense quidam de excommunicatis eques in nostra diœcese interfectus est, quem ego rogantibus amicis, & propinquis eius nullatenus solvere volui, ut cæteri metum haberent: gra-*

gravem enim culpam prædantis habuerat: Itaque sine sacerdotis obsequio à militibus apud quandam Ecclesiam Sancti Petri, non me jubente, sepultus est. Mane autem facto corpus ejus longè extra cœmeterium projectum, & nudum super faciem terræ inventum est: tumulus autem, ubi sepulturam habuerat, intactus, & ita, ut dimissus fuerat, repertus est: Quem iterum milites aperuere, & nihil in eo amplius nisi vestes, quibus involutum corpus fuerat, invenerunt. R*ursus cadaver ibidem sepelierunt, & diligenter tumulum sub enormi pondere terræ & lapidum claudunt: sed die altero proiectum cadaver, & tumulum intactum, ut suprà, aspiciunt. Quinquies sepeliunt, toties eodem eiectum tenore conueniuntur. Tanto demum victi stupore corpus longè à cœmeterio Ecclesiæ terrà obruunt. Quo terrore perculsi Principes militiæ, pacem nobis, velut optabamus, firmare nequaquam distulerunt. Ad hæc respondit Concilium* (Lemovicense, in quo hæc erant proposita) *Quid hoc aliud est,* nisi quia sub oculis hominum arbiter hominum affirmat Ecclesiæ suæ auctoritatem, quia excommunicati à sepultura Christianorum justè ab Episcopis segregantur? Aliud *Patariensis Episcopi,* ante Ecclesiasticam absolutionem, quam avidè deside-

deſideravit,morte præventi; adeoque damnati, exemplum occurrit apud eundem *Baron.* an. Ch. 1087.Hinc.

Diſcant obſequium Reges,nec temere Papani! Quis verò oculis non videat ; manibus non palpet,cui bono hæc omnia ? Non (quod aliâs monuimus) ut Trinitas aſſeratur contra anti-Trinitarios, ſatisfactio Chriſti & mors contra Muhammedanos; non,ut aliis Sacræ Scripturæ congruis fidei articulis ſubſidium quæratur contra infideles & atheos,tot à Pontificiis crepantur miracula;ſed ut authoritati Papę caveatur;ut Monachi,Monaſteria,bona Eccleſiaſtica extra direptionis aut diminutionis periculũ conſtituantur, ut Excomunicationis fulmina venerabili in ſedẽ Romanam obſequio averruncentur,ut Purgatorio fides adhibeatur: Verbo, ut Papa vivat, ejus decreta vigeant,aſſeclæ floreant, hoſtes pereant, varia & verè puerilia Monachorum crepundia valeant,ad θαυματουργίαν,tanquam aſylum confugiunt; parum memores, non fidem ad nova miracula,ſed miracula ad Chriſtianam fidem & Scripturam ſacram exigendam. Quod ipſum tamen *Baron* opportunè monet in Annalib.an. Chr.1034. Cùm enim,ut ſupra pag.349. dictum eſt,quidam Galliæ Epiſcopi,locum darent novis decretis,quibus authoritatem non nemo ex cæteris Coëpiſcopis conciliare conatus eſt viſione cœlitus facta,miratur Baronius *potuiſſe tot Epiſ-*

copos

copos huiusmodi unius asserta inani revelatione moveri magis, quàm divinæ Scripturæ, sanctorumque Patrum Decretis, &c. De eiusmodi verò miraculorum scopo plura peti possunt ex nostro ὁδηγῷ P.11.p.293.

7. Tandem etiam *bellum*, quod vocant, *sacrum*, multis, à revelatione quadam Petro Heremitæ facta, commendatum fuisse, fatetur *Matth. Par.* Hist. Anglic. p. 22.23. Revelatio ita habet: *Sacerdos quidam Petrus nomine & Heremita professione, de Regno Francorum, paululo ante hos dies peregrinationis voto tractus,* Hierosolymam *pervenit. Hic iuxta legem Christianis, civitatem sanctam ingredi volentibus, à Saracenis propositam, dato tributo urbem ingressus, in hospitio cuiusdam Christiani susceptus est. A quo de misera conditione credentium sub potestate paganorum conversantium ad plenum edoctus, quicquid calamitatis audivit, fide postmodum oculata conspexit: Audiens verò, quòd Simeon, Patriarcha civitatis, vir esset religiosus ac timens Deum, accessit ad ipsum, & mutuis sunt confabulationibus recreati. At Patriarcha, ex verbis Petri colligans, quòd vir esset circumspectus, familiarius cœpit exponere universa, quæ, populum Dei in civitate*

tate commorantem acrius affigebant. Petrus autem fraternis commotus miseriis cum lachrymas cohibere non posset, Patriarchæ respondit: Noveris pater sancte, quòd ego, Ecclesia Romana, *& Principes Occidentis, pro remedio animarum nostrarum (auctoritate Dei) parati sumus ærumnarum vestrarum immensitati succurrere & ad remedium procurandum universos & singulos invitare. Placuit sermo oculis tam Patriarchæ, quàm astantium populorum: & habitis gratiarum actionibus, viro Dei scriptum porrigunt postulatum.* Accidit autem die quadam, cùm prædictus Dei famulus de reditu ad propria, pro implenda legatione assumta, amplius solito esset solicitus, quòd Ecclesiam Dominicæ resurrectionis ingressus, ad fontem cum tota devotione recurrit, ubi pernoctans vigiliis & orationibus fatigatus in pavimento decubuit, ut somno satis faceret irruenti. Sopore autem interceptus; vidit sibi adstare Dominum Iesum, qui, iniungens ei legationem missam, dixit: Surge Petre, & propera, & intrepidus perage, quæ tibi sunt iniuncta, ego enim tecum ero. Tempus est enim, ut purgentur sancta, & meis subveniatur servis. Experrectus Petrus, & visione inflam-

flammatus, *atque admonitionem divinam amplectens, intrepidus moras rumpit, & facta oratione, ad mare festinus viator descendit.* Sed & hanc visionem pro impostura multos habuisse inferiùs probabimus.

[*d*] Sic, Hebræorum more, omnem vocamus cultum verbo Dei prohibitum, cujus hoc seculo variæ sunt species. A. λειψανολατρεία, quam plerique probârunt:

1. Variarum reliquiarum religiosa *conquisitione, inventione & visitatione.* *Baron*. an. Chr. 1008. ex *Glabro*, refert, *quòd tunc revelata fuerint plurimorum Sanctorũ pignora, quæ diu latuerint*, inter cætera, pars virgæ Mosis. An. 1025. meminit *capitis Iohannis*, tunc inventi, sed verbis, pro more, dubiis & ambiguis: *Inventum est*, inquit, *caput sancti Iohannis, in ipsius Basilica, in tugurio* Saxeo *cœnobii* Angeriacensis, *quod sanctum caput dicunt esse proprium caput Iohannis Baptistæ. Tunc VVillelmus Dux repletus magno gaudio, sanctum caput populorum visibus ostendendum decrevit: & non solùm Aquitania, verum etiam Francia & Burgundia,* Hispania *& Britannia, atque Longobardia, & cætera* Gentium *diversitas certatim, velut amnis, devotè ibi occurrit, audita fama tam præclara nostris diebus.* Ottonem quoque

Imperatorem, an. Ch. 1000. peregrinationem vovisse ad *Albertum* ante 4. annos à Borussis trucidatum, refert ex *Fab. Calvisius*. De *Annone* Archiepiscopo Coloniensi scribit *Baron.* an. Chr. 1070. *Romam eum venisse, hanc præcipuè ob causam, ut sanctorum reliquias inde acciperet, & collocaret eas in Monasteriis tunc à se extructis*, An. Ch. 1080. ait; *Salerni in Italia corpus* Matthæi Apostoli *per annos* 225. *occultatum apparuisse.* Anno 1091. *corpus* S. Sabini *Episcopi, itidem per annos* 240. *absconditum*, scribit *inventum*. Ad annum 1094. ex annalibus Venet. refert, inventionem corporis *S. Marci*, precibus impetratam.

2. *Elevatione* corporum defunctorum seu reliquiarum. Exemplum habemus apud *Baron.* a. Ch. 1049. in *Remigio*. *Baronii* verba ita habent: *Circa horam deinde tertiam redimitus idem Apostolicus* (Pontificem intelligit Leonem IX) *infulis sacerdotalibus, ad gloriosi patris* Remigii *sepulchrum procedit, cum thymiamateriis & crucibus, sociatis sibi Archiepiscopis quatuor, &c. cum quibus Litania facta & super sanctum corpus non modica thymiamatum accensa fragrantia, cecinit responsorium*, Dirigatur oratio mea. *Quo cum versu expleto, feretrum Sancti, ut præparati instrumentis apta-*

tum

sum ad portandum redderetur habile, à suo loco paululum removit, & antiphonam Confessor domini Remigii, *decantavit. At ubi competenter, prout res exigebat, dispositum fuit, ipse ante alios cum præfatis Episcopis & Abbatibus suppositis humeris, illud devote lachrymans extulit, & responsorium,* Iste est de sublimibus, *inchoavit. Cujus vocem subsequentes chori psallentium ovantes erumpunt in iubilationis tripudium, præque alacritate cordis, &c.* Vides, quibus ritibus elevationes, ut vocari solent, Sanctorum fuerint peractæ. De gemina *Martialis* elevatione adeatur *Bar.* an. Chr. 1029. pag. 97.

3. *Variis*, iisque acerrimis *certaminibus*, quibus pro uno sæpe eodemque Sancto diversæ nationes pugnarunt. *Franci contra Bavaros sibi vendicant Dionysium*, scribit *Baron* an. Chr. 1052. quo fusè enarrat privilegia à Leone Papa Ratisponensibus, propter sanctum Dionysii depositum, concessa; *quæ*, ut ejusdem utar verbis, *commenticia esse clamant Franci. Ut plane appareat*; scribit idem; *eandem controversiam viguisse inter Parisienses & Ratisponenses; Francos & Bavaros, quæ inter Cassinenses & Floriacenses de sancti Benedicti corpore per plurima secula est agitata.* Cui affine est, quod de *Bretislao*,

Regem Bohemiæ apud *Calviſ.*an.Ch.1038.extat, qui cum oſſa Alberti Epiſcopi olim Pragenſis abſtuliſſet,à Gneſenſi Epiſcopo & cæteris Poloniæ Principibus eo nomine fuit accuſatus, qui ſub excommunicationis pœna omnia reſtituere fuit juſſus.

4. *Iuramentis ſuper reliquias Sanctorum præſtitis.* *Matth.Par.*initio hiſt. Angl de Haraldo commemorat,*quod jurârit ſuper Sanctorum multorum reliquias, ſe fideliter ad quendam terminum completurum:*

5. Huc facit,quod idem *Matth.Par.*pag.2. de Willielmo Normannorum duce ſcribit, *eum in Angliam transfretaturum corpus ſancti VValerici pro vento deprecando foras portari juſſiſſe,& ſub dio reponi.*

6. Pertinet ad hanc tractationem, quod ſcribit *Nauc.*Generat.36.de Eduardo, Angliæ Rege, *Die S.Paſchæ,*inquit,*ſedens menſam, cœlum intuens effuſus eſt in riſum. Interroganti deſuper cuidam aulico familiari reſpondit,ſeptem dormientes in monte Celio requieſcunt,& jam per annos plus ſeptingentos in dextro latere jacentes,tunc,in ipſa hora riſus, in ſiniſtrum ſe verterunt,futurumque ait,ut 74. annis ita jaceant : dirum nimirum mortalibus omen! Nam in iſtis 74. annis omnia ventura ſunt, qua*

quæ Dominus circa finem mundi prædixit, &c. Nonne verò, si quæ fabulantur vera essent, contra Dei mandatum fuerit quærere mortuos? Et certè, quantum ejusmodi reliquiis ætas hæc, ipso præeunte Papa, detulerit, minimè obscurum est ex eo, quòd Gregorius VII. legationem in Hispaniam missurus, *claviculam auream, de catenis beati Petri* his verbis Alphonso Regi commendârit: *Ut autem nostra adhortatio cordi vestro altius imprimatur, ex more, Sanctorum misimus vobis claviculam auream in qua de catenis beati Petri* benedictio continetur, quatenus per ejus præsentia patrocinia uberiora erga vos beneficia sentiatis. *& in amore ipsius de die in die ferventes accendamini, promerentes, ut omnipotens Deus, qui illum admirabili potentia à nexibus ferreis liberavit,* & ejus meritis & intercessionibus vos ab omnium peccatorum vinculis absolvat, & ad gaudia æterna perducat. *Baron.* an. Chr. 1079. Et anno Chr. 1089 *Non prætereundum, quod hoc anno contigisse ejusdem temporis scriptor* Sigebertus *affirmat: nimirum quòd lues excrescens, quos pertigit, eosdem igne sacro sive consumpsit, sive membris mutilatis deformes reliquit ostentui, cujus causa (asseritur in historia Antoniana P. 2. c. 31. 32. 33.) frequentiori concursu crevit cultus*

 sancti

sancti Antonii Magni in provincia Vienne ubi eius corpus tranlatum à Iocellino ex sti comitum Pictaviensium oriundo Constan nopoli,iussu Vrbani Papa ab eius filio Guigo apud Motam sancti Desiderii fuerat collo tum,ubi omnes eodem morbo tacti, mirab dictu, confestim sanabantur. Auctus est amplius erga Sanctum reverentia, quòd sic eo morbo ægrotantes sanari consueverint, sani in eundem Sanctum peccantes, sive per rio,aliave irrogata in eum blasphemia, vel co tumelia,eundem mox experiri solerent ultore *eodemque confestim morbo ignis sacri percu quod pavendum cunctis: prodigium hacten perseverat, adeò ut in proverbium versum s* In sanctum Antonium neminem impune pec æ. Atque hinc est,quòd decreta facta sint p *reliquiis* debito honore *perquirendis*, *atque relig condendis & colendis*.Unde legatio ad Regem Hu gariæ *pro veneratione sanctorũ* apud *Baron*.a.C.107 sub finem. Quæ verò fraudes ex hoc insano c lendi reliquias studio irrepserint, ita ut nebul num sæpe & malignorum hominum ossa à ple culta fuerint,ne ipse quidem apud *Baron*.an. C 1027.inficiatur *Glaber*. Memorabilem,de calli mangone recenset historiam,*qui è tumulis cla culo ossa evellens, à cineribus nuperrimè functorum hominum, sicque imposita in*

ve

versis apophoretis venditabat apud plurimos pro sanctorum Martyrum seu confessorum reliquiis. Quid, quòd revelationes divinas, ut emtores inveniret, venditârit? Nec miracula defuerunt, teste eodem *Glabro*, cujus verba sunt: *Tunc ducit* (mango ille) *debiles, confert munuscula, pervigil tenet excubias præstolans repentina fore miracula, quæ* (ut diximus) aliquoties (NB.) permittuntur fieri à malignis spiritibus tẽtatoriè, peccatis hominum præcedentibus, *quod tunc procul dubie evidentissime claruit. Multimodæ quippe membrorum reformationes ibidem visæ sunt extitisse; ac insignia pendere oscillorum, multiformia, nec tamen* Morianna, *vel & Coticæ, seu* Gratinonæ *urbium præsules in quorum Diœcesibus talia profanabantur, diligentiam huius inquirendæ rei adhibuere; quin potius conciliabula statuentes in aliquibus, nihil aliud nisi inepti lucri quæstum à plebe, simulque favorem fallaciæ exigebant.* Vide & seqq.

B. Εἰκονολατϱεία. Accusantur quidem seculo hoc Romani à Græcis, quòd imaginum cultui renuntiârint; Sed, ut amoliatur hanc, quam vocat *Baron.* an. Chr. 1054. calumniam, Græcorum assertionem *portentosum mendacium* nuncupat.

C. Μαριολατρεία, sive, quod majus est, ipsis tamen sic placet Pontificiis, μαρι[illegible]περδουλεία, quæ non parum accessionis habuit hac ætate. *Genebr*.a.C.1088. *Cum jam esset statutum, ut clerici septem horas Canonicas quotidie dicerent: totidem jussit in Concilio apud Claromontem An. Ch.*1096.*recitare quotidie in laudem Virginis, & instituit ipsius officium in Sabbathis*. Confer *Baron*.an.Chr.1056, item 1095. & *Stellam* in Urb. II. *salve Regina* composuisse fertur *Hermannus Contractus*.

D. Αρτολατρεία, cujus fundamentum est Transsubstantiatio, hoc potissimum seculo stabilita.

E. Ἁγιολατρεία, aucta per crebras Canonizationes, qualis fuit 1. *Emerici*, Regis Stephani filii *Baron*.an.Ch.1030. 2. *Simeonis* Anachoretæ *Id*.an Ch.1037.

[e] De qua, & quidem circa ipsum Pontificatum, gravissimorum extant authorum querelæ *Plat*. in Silvest.III. *Eo tum Pontificatus devenerat, ut qui plus largitione & ambitione, non dico sanctitate vitæ, & doctrina valeret: is tantummodò dignitatis gradum bonis oppressis & rejectis obtineret: quem morem utinam aliquando non retinuissent nostra tempora! Sed hoc parum est: peiora, ni Deus caveat, visuri aliquando sumus*. Eadem ferè reperias verba a-

ba apud *Naucl.* Gen. 35. p. 152. b. *Onuph.* Greg. VI. Clem. II.

[*f*] Quæ lues Ecclesiam Romanam ita invasit, ut *Simonis officina* fuerit appellata; vide luctum apud *Baron.* 1004. Ipsi etiam Pontifices artibus Simoniacis sedem suam plerique obtinuerunt. Fassi id ipsum modò sunt *Platina & Nauclerus Genebrardus* de Benedicto IX. *Simoniacè, per vim & metum, contra Canones & juramenta Pontificatum obtinuerat.* Author *Fascic. temp.* p. 72. b. *De pluralitate beneficiorum quæ circa hæc tempora nimis invaluisse videatur, & deinceps continuata, multumque dolenda ambitione prælatorum, & Simoniaca labe, quàm plurima Scripta sanctorum patrum habentur detestantia abusiones istas.* Baron. an. Ch. 1049. conqueritur, *Simoniacos vepres conniventibus Pontificibus, aut certè non prohibentibus,* Sigon. l. 8. p. 202. *adeo excrevisse, ut Patris familiâs sementem suffocarent.* Et Paulò pòst. p. m. 153. *Et quoniam non solum in Gallicanis Episcopis hæc pessima pullulaverat nequitia, verum etiam multo amplius totam occupaverat Italiam (omnia quippe ministeria Ecclesiastica ita eo tempore habebantur venalia, quasi in foro secularia mercimonia) cernentes quique Episcopi gravi se invectione irretitos, misericordiæ*

 opem

opem implorabant, Et an. 1049. *Querelæ ibi sunt propositæ de clericis Simoniacis, adeoque frequentes, ut eos taderet audire, & desperarent omnes omnibus posse mederi languentibus.* Sic *Stella* in Silvestro III. *Et sic de Pontificatu evenerat, ut qui plus largitionibus aut ambitione valeret, is talem gradum obtineret.* De *Romana* Ecclesia scribit Leo IX. Papa, quòd Apostolica Sedes nimium diu obsessa fuerit mercenariis *& non Pastoribus.* Ab his igitur quid expectes? Aut ubi illa catena successionis Petri nunquam interrupta? Confer querelam *Pet. Dam.* apud *Baron.* an. Chr. 1033. & 1058. Eodem etiam morbo laboravit *Florentina* Ecclesia, teste *Baron.* a. Ch. 1063. Sed & vicinus Augiæ majoris præsul, eodem carbone notatur, *Baron.* an. Chr. Imò & *Aurelianensis* Simoniacè Episcopatum obtinuisse dicitur, *Baron.* an. Ch. 1064. De *Mediolanensis* Ecclesiæ statu scribit *Guido*, ejusdem loci Archiepiscopus: *Non ignorat sancta devotio vestra, dilectissimi fratres* (ita clerum & populum suum compellat) *& filii, quam reproba, quàm detestabilis, Deo odibilis, ignominiosa, atque perversa, omniumque sanctorum Canonum auctoritate damnata* consuetudo, *in hac sancta Ecclesia, cui Deo auctore deservio, antiquitus inolevit, quamque lethalis atque pestifera lepra animas innocentium contamina-*

tione perfuderit Simoniacæ videlicet hæresis damnata, semperque damnanda venalitas, & perniciosa negotio hujusmodi, quæ in hac sancta Ecclesia consuetudinaliter *obtinebat*, ut quisquis ad clericales ordines provehendus accederet, de Subdiaconatu quidem (quod ipsum etiam confirmatur à *Carolo Sigonio*, Hist. de Reg. Ital. l. 9. p. 212.) duodecim nummos, de Diaconatu verò decem & octo, postremò de Presbyteratu suscipiendo viginti quatuor, quasi per præfixam conditionis regulam, daret. H*oc itaque modo Simon magus heu proh dolor! hanc sanctam Ambrosianam Ecclesiam perversitatis suæ velut officinam fecerat. Follem, malleos, & incudem trapezita ac monetarius iniquitatis habebant: nihilque aliud nisi animarum omnium omne periculum fabricabat*: *Baron.* an. Ch. 1059. Conqueritur tamen, a. Ch. 1066. Archiepiscopum hunc Mediolanensem ad Simoniacorum seu Henricianorum errorem fuisse relapsum. *Idem* an. Ch. 1071. prolixè recenset acta Moguntinæ Synodi, quæ Carolum, Magdeburgensem Canonicũ, sede Episcopali (erat enim Constantiensis Episcopus) deturbârit, quia Simoniacè eam obtinuisse dicitur. Neq; profectò mirũ fuit, munia hæc venditioni fuisse exposita Ubi esca, ibi aquilæ. Mihi pristini rigoris, aut vigoris remanebat. Peda & baculi pastorum in coronas, gladios, hastas conflabantur. Nomina & dignita-

tes

tes Cardinalium hoc primum seculo Principum & Baronum obscurabant splendorem Episcopi, Archiepiscopi, Abbates de ampliandis magis limitibus soliciti erant, quàm cura animarum. Ne ab armis quidem, ut audiemus, abstinebant. Quid ergò obstiterit, quo minùs functiones Ecclesiasticæ, cum ipsa re modum quoque amiserint acquirendi? Multa Paparum contra Simoniacos legimus fulmina & tonitrua: sed meliùs fecissent, si nimiùm luxurianti cleri tyrannidi fibulā posuissent, fortè multis hac ratione via ad honores Episcopales fuisset obstructa. Et quemadmodum artibus Simoniacis hac licuit adire Corinthum, summumque in Ecclesia honorum conscendere culmen; ita quibus semel hæc ad nutum successerunt tyrocinia, suo docuerunt exemplo, χαλεπώτατον εἶναι τὸ μεταδιδάσκειν. Strenuè ergò tritam hanc Pontifices, Episcopi, &c. calcârunt viam & vili numo omnia Romæ & in Romana Ecclesia venire γυμνῇ κεφαλῇ probârunt, *Casimirus*, Boleslai filius, in Cluniacensi Galliæ cœnobio, Monachus jam factus, à Poloniæ proceribus Rex deposcitur. Annuit Papa, voto, & Diaconatus officio quo jam fungebatur, solvitur, modò promitterent: *se comam ultra auriculis non alturos, & de singulis capitibus in Polonia, singulos nummos Romam missuros, & lucernam in æde Petri semper arsurā.* Sic *Henricus* Imperator, octodecim natus annos, cum

cum Episcopo Moguntino agit de dimittendâ uxore, quam ante biennium duxerat. Moguntinus, si sibi decimæ ex Thuringia dentur, promittit, se rem perfecturum. Cujus tamen executioni multa intercesserunt. Ita Romanis omnia veneunt pecuniâ! Aliæ hujus Simoniacæ hæreseos (quam *Petr. Dam.* apud *Baron.* *primam omnium hæresem, ex imis Diaboli visceribus erumpentem &c.* appellat) occasione, natæ sunt lites & controversiæ. Monachi Florentini masculè contra Episcopum asserebant, Sacramenta à Simoniacis non esse percipienda; quibus prolixâ Epistolâ se opposuit *Petrus Damianì* apud *Baron.* an. Chr. 1063. præsertim p. 133. 136. Sic & antè, cùm integro agitata fuisset controversia quadriennio, de ordinatis ab Episcopis Simoniacis contendentibus aliquibus eosdem iterum ordinandos, argumentis idem *Petrus* demonstrare conatus est, *ejusmodi nequaquam iterum ordinari debere*, *Baron.* an. Chr. 1052. Confer *Sigon.* de Reg. Ital. l. 9. p. 211. *Gaulth* Hist. Seculi hujus, *Reordinantes* eos vocat. Accesserunt periculosa, per ignem, examina, cujus exemplum contra *Petrum Papiensem*, Florentinum Episcopum, in Monacho quodam occurrit apud *Baron.* pag. 343. Emerserunt etiam quidam, qui publicè asserebant, *licitè emi posse Episcopatus à Principibus Laicis, absque crimine Simoniæ*: Contra hos calamum strinxit *Pet. Dam. Baron.* an. Ch. 1065. Atque hinc plurima hoc

hoc seculo contra Simoniacos decreta sunt facta. Anno 1047. *Clemens* Papa, antequam in Germaniam abiret, Concilium Romæ celebravit contra Simoniacos inprimis, hoc est, contra eos, qui pecuniæ causa alicui vel Episcopatum vel Diaconatum conferrent: puniebantur etiam, qui accipiebant & dabant pecuniam, item illi, qui etiamsi ipsi nihil dedissent, tamen ab eo ordinarentur, qui olim ab alio aliquid accepisset; nec tamen hoc malum ex Ecclesia extirpari poterat, quod caput Ecclesiæ nihil gratis faceret, & omnium maximus esset Simoniacus. *Cal.* & *Sig.* l. 8. pag. 203. Tribuitur tamen decretum hoc à *Glabro* Imperatori ipsi, præsente (ut putat *Baronius*) *Clemente* Pontifice. Glabri verba sunt: H*enricus II. dignoscens per universam Galliam atque Germaniam Simoniacæ Philargyriæ grassari cupiditatem, coadunari fecit ex omni Imperio suo tam Archipræsules, quàm cæteros Pontifices, & tale eis intulit colloquium: Lugens vobis incipio loqui vice Christi in Ecclesia constituti estis, quam ipse sibi desponsavit, ac pretio sui sanguinis redemit. Sicut enim ipse gratuita bonitate de sinu Dei Patris per Virginem ad nos natus est redimendos; ita suis præcepit, mittens eos in orbem universum, A*postolis: *Gratis accepistis; gratis date. Vos autem avaritia & cupiditate corrupti, qui dum* *con-*

conferre deberetis in huiusmodi trāsgressionis; dando & accipiendo, Canonem, maledicti estis: Anno 1049. Concilium Romanum adversus Simoniacos sub Leone IX. est habitum; *Baron.* Confer *Sigon.* l.8.p.204. ubi aliis Synodorum in Gallia & Germania Decretis contra *Simoniacos* est actum. Anno 1067. Mediolani à Papæ legatis leges contra *Simoniacos* sunt latæ, Id. Anno 1074. Gregorius Synodo convocata Simoniacos, ex Ecclesia ejicit: ubi tamen notandum, Gregorium hunc VII. Simoniacorum nomine intellexisse omnes illos, qui, more majorum, ab Imperatore, Regibus aut Principibus, Ecclesiis suis præficiebantur. Hanc electionem ut exosam ubique redderet & execrabilem, infami Simoniæ nomine appellari voluit. Quemadmodum *Nicolaitæ* dicti sunt omnes, sine discrimine, ministri conjugati; *Sigon.* Hist. Ital. p. 202. *Geneb.* 580.

[g] Unde tot intrusi & obtrusi Pontifices. *Onuph. Benedictus X. Romæ sine consensu Cardinalium & Cleri, studio Gregorii Lateranensis Comitis Tusculanens. Gerardi Galerensis, & aliquot nobilium Romæ prid. Id. April.* violentè est in Apostolica sede locatus, seu potius intrusus. Vide eundem in *Benedicto IX.* & *Nicolao II. Sigon* l. 8. p. 210. *Baron.* In Iohanne XX. *Modum* habet, *quo intrudi consueverunt à secularibus Papæ. Ecce tibi,* scribit inter alia *ob oculos positum*

ac repræsentatum, per potentes seculares homines fieri his temporibus solitam aliquorum intrusionem. Genebrardus de Damaso II. *Per vim Pontificatum occupat. Adeo inoleverat hic mos, ut cuique ambitioso, & Principi gratioso, liceret Petri sedem invadere.* Mutuata hæc verba sunt ex *Platina. Stella* etiã de *Benedicto X.* scribit, *quod non per ostium, sed per vim, & largitionibus intraverit.*

[*b*] Uno enim hoc seculo aliquot in electione Pontificum notantur schismata. Et primò quidem, incidit in hoc seculum, schisma *decimum tertium*, de quo sic *Stella*: *Benedictum IX. Romani tanquam ignavum, & nullius pretii virum dejecerunt, eiusque loco Iohannem Sabinum Episcopum constituerunt, & Silvestrum tertium appellârunt. Quo, post dies* 49. *pulso, Benedictus hic denuo restituitur. Is autem post mensem & dies* 21. *cum cerneret, se iterum eadem discrimina subiturum* Iohanni *Archidiacono sancti Iohannis ad portam Latinam, qui postea Gregorius sextus est appellatus, Pontificium munus vel* (vide *Sigon.* lib. 8. p. 202) *vendidit, vel promisit.* Meminit hujus *venditionis*, per Gratianũ quendam Presbyterum, ad extinguendam *hanc tricipitem bestiam* (verba sunt *Baronii*) *portis inferis emergentem*, oblatæ *Barona.*

Ch.

Ch.1044. quam probat ille, *tanquam sedis necessariam redemtionem.* Eadem ferè cum superioribus habet *Onuph.* & *Plat.* in Bened. IX. *Sigon.* l.8. pag. 202. *Bal.* Cent. 2. pag. 146. Hos tres omnes *Pseudo-Pontifices* appellat. *Baron.* an. Chr. qui simul Romæ sederint. *Author Fascic. temp.* *Schisma hoc Scandalosum* appellat, *& confusione plenum.* Additque, *Hic notat Ptolomæus, quod fastus summorum Pontificum malum semper habuit exitum, & fuit occasio, & est causa multorum Schismatum.* Calculum suum addit *Longinus* apud *Baron.* an. Chr. 1039. *Hermannus* & *Otto Frising.* an. 1044. Paulo pòst sequitur Schisma 14. de quo *Stella*; *Gregorius hujus nominis VI. sedit in schismate annis 2. & mens. 3. Hic autē in Ecclesia sancti* Iohannis *ad portam Latinam Archidiaconus existens, Pontificatum, ut dictum, à Benedicto accepit. Quamobrem* Henricus *Cæsar, habita Synodo, & Benedictum prædictum, & Silvestrum, ac hunc* Gregorium *abdicare Pontificatum coëgit, & Clementem II. Pontificem creavit.* Grave etiam Schisma fuit inter *Alexandrum* secundum, & *Cadolum* Parmensem, cui, in Concilio electo omnes statim Longobardi, præter Mathildim Comitissam, & virum ejus, obedientiam præstiterunt, qui Cadolus à Capitaneis Rom. vocatus in pratis Neronis, bis contra *Alexan-*

drum, armata manu, pugnavit. Unde multi ex utroq; exercitu cedere. Irrumpente verò Othone, Mediolanensium principe, & Godofredo Normanno, ac aliis compluribus, *Cadoli*, exercitus superatur: Tandem, Henrico Imperatore intercedente, Concilium Mantuæ indicitur, in quo quidem Schismate composito, *Alexander* confirmatur; & *Cadalo* veniam petenti ignoscitur; *Stella*. Schisma, tempore *Silvestri III.* ortum, diligenter describi ab *Hermanno Contracto, Leone Hostiensi, Otthone Frisingensi* habet *Genebr.* De Schismate inter Benedictum VIII. & Gregorium, qui adversus Benedictum, *contra sacros Canones creatus* fuerit, differit *Baron.* an. Ch. 1012. Sed & Monasteria iisdem sæpe rixantium dissidiis fuisse vexata, vel uno didicisse exemplo satis sit. De seditione inter *Monachos* Cassinates excitata propter electionem Abbatis, vide *Sig.* de Reg. Ital. lib. 8. pag. 189. Confer p. 195. & *Baron.* an. Ch. 1017. ubi inter alia digna sunt observatu Cardinalis verba: *Ita ad subjugandum sibi Monasterium Papa vehementer animum incenderat, cum nemo ante illum ex Pontificibus Romanis id attentâsset, sed electio libera semper Monachis fuerit, sola confirmatione ad Papam pertinente.* Atque hæc causa est, ob quam, ut ex *Geneb.* monuimus, *ablata est Romanis electio Pontificum.*

[i] *Fascic. temp.* pag. 72. b. *De pluralitate benefici-*

neficiorum, quæ circa hæc tempora nimis invaluisse videntur, & deinceps continuata &c. quàm plurima scripta sanctorum Patrum habentur detestantia abusiones istas. Et nota, quod facile inventi sunt pauperes clerici & doctores, qui pluralitatem beneficiorum & pompam Ecclesiasticorum reprehenderunt, donec offerret se occasio participandi, qua exceptâ communiter avaritia excæcavit eos. *Fertur de quodam Magistro magnæ literaturæ, quod valde solenniter disputavit contra divitias prælatorum, quasi omnino sic vivere non liceret.* Hæc *cum nunciata Domino Papæ fuissent, plausibiliter respondit.* Demus ei bonam præposituram, & hæc & illa beneficia, & bene pacatus erit. Factum est ita. *Et ecce protinus sententiam mutavit dicens:* Nunquam intellexi materiam hanc præter modo: *Quippe qui de inope dives, de contemptibili repentè gloriosus apparuerat.* Hos *Beatus* Hieronymus *velut pestes quasdam contagiosas vitandos, pronunciat. Dixit quidem notabile verbum: Qui habet unum beneficium competens, & eo legitimè utitur, recto calle ad patriam tendit. qui unum superaddit, uno oculo conscientiæ privatur. Qui aliquid adhuc plus accep-*

 tat,

tat, etiam altero lumine privatus totaliter excæcatur, & deinceps quæ poterit coacervat. Hanc *maledictionem insatiabilis avaritiæ olim præsignabat Hieroboam* Rex *Israel, qui licet divinitus ad regnum pervenerat, statim tamen à cultu Dei recessit. Fecitque duos vitulos aureos, ne populus Israel ad templum Domini ascenderet: sanctum autem est hoc verbum in peccatum, ita ut omnes sequentes reges hunc cultum sacrilegum observarent in destructione regni. Ita de Ecclesiastico statu timendum esse viri sancti communiter asseverant, & jam in pluribus mundi partibus completum cernimus. Clerici qui nihil possidere deberent, præter rationabilem competentiam, neque de se temporalibus intromittere,* omnia possidere, omnia volunt gubernare. *Idcirco, ut B. Bernhardus dicit, qui ordinem nullum servant, illuc properant, ubi sempiternus horror inhabitat. Olim Pharisæi contra avaritiam disputantem Dominum deridebant, & insanum judicabant, sed nunc Dominus subsannat eos: Caveas lector, qui multa occupas beneficia, ne idem facias, neque eadem patiaris. Deus non irridetur, sed quæ seminaverit homo, & metet. Noli sequi consuetudinem periculo-*

riculosam. Noli te per Papæ dispensationem excusare. *Ad oculum vides, quòd aurei vituli adorantur, sed cæteri mactantur, &c.*

[k] In utroque videlicet, *Ecclesiastico* & *Politico.* In *illo* quidem tyrannicè præ cæteris se gessit Hildebrandus, ut sup. pag. 282. diximus. Tyrannica fuit lex cœlibatus: Lex contra usum linguæ vernaculæ in peragendis sacris. In *hoc* verò, tyrannicè excusserunt jugum obedientiæ Imperatoribus debitæ. Iuramento antea, ipso (ut *Blond.* apud *Genebr.* scribit pag. 575.) authore Clemente II. prohibitum erat, quemquam absque Imperatoris suffragio eligere Papam, populus etiam Romanus, maximam partem, post Nicolai Papæ obitum, censebat, arbitrio Imperatoris Pontificem eligendum: Prævaluit nihilominus Papæ tyrannis, sancta rumpuntur juramenti vincula, Pontifices non solùm inconsulto Imperatore creantur, sed ab iisdem etiam contemnuntur, solio dejiciuntur, corona, sceptro, dignitate spoliantur. Mantuæ an. Chr. 1066. Concilium fuit habitum, in quo Imperatori potestas eligendi Pontificem fuit abrogata. Papa Gregorius an. Ch. 1076. Henricum Imperatorem, ut respondeat accusationi Saxonum, & quòd sumpta pecunia Episcopos fecisset, Romam citat. Imperator legatos mittit, qui se excusent. Sed, hi, ut *Benno* ait, *in vincula conjiciuntur, & tandem in contume-*

tumeltam Imperatoris circumducuntur, & urbe ejiciuntur. Secuta postea Synodus Wormatiensis & Romana, quarum illa Papæ, hæc Imperatori anathema dixit Tragœdiæ hujus choragus dicitur *Stephanus* IX. qui, teste *Calv.* an. Ch. 1054. *Primus se Imperatoribus adeò furiose opposuit.* Successit Nicol. II. *qui* (verba sunt *Geneb incepit libertatem Ecclesiæ contra* Roman. *Impp. asserere. Tunc enim primum Lateranensi Concilio* Romanorum *Pontificum electio ad Cardinales Episcopos est delata.* Colophonem imposuit Hildebrandus. Vide eundem p. 582. *Calvisius* a. Ch. 1063. ex *Baron.* notat, Pet. Damiani primum fuisse, qui scripserit de Pontif. Rom. *quod Deus ipsi vacantis* Imperii Romani *jura permiserit.*

[*l*] Ipsi etiam Pontifices adeò sæpe illiterati fuerunt & rudes, ut Ecclesiastica munia peragere non potuerint. De *Greg. VI.* scribit *Rolvv. Carthus.* p. 72. a. *quòd cum esset rudis literarum, alterum Papam ad Ecclesiastica officia exequenda secum consecrari fecerit.* Sic Urbanus Papa, ut Ecclesiam Constantinopolitanam cum Romana uniret, Concilium Bari in Apulia anno 1098. indicit, ad quod Græcos, Anselmum item Anglum evocat. Disputatur ibi de processione Spiritus sancti: ubi Pontifex explicare

se satis

se satis non potuisset, nisi Anselmus adfuisset, qui responsionis partes sustinuit *Calvis.* & *Baron.* De Clero Angl. scribit *Matth. Par.* Hist. Angl. p. 5. *Clerici quoque & ordinati adeò literatura carebant, ut cæteris esset stupori, qui Grammaticam didicisset. Sigon.* de Reg. Ital. l. 9. pag. 210. Presbyteri meminit Ostiensis Ecclesiæ, hominis *omnium literarum* ignari, per quem Iohannes, Episcopus Veliternus, ad Papatus culmen fuit provectus.

[*m*] Ipse Benedictus IX. *puer undecim annorum*, Papæ axioma obtinuit, emtis pecunia suffragiis, seditque annis undecim, *Glaber* apud *Baron.* Sic cùm anno 1008. *Ludolphus* præsul Trevirensis defunctus esset sufficiebatur ei *Adelbero*, frater Imperatricis, adolescens. Sed restitit Imperator, putans, adolescentibus nō committendas Ecclesias, quod cum authoritate præesse illis non possent, & ab hoc facto, si permitteret, exemplum alios, sumturos: unde & alium substituit *Meingardum*, inde bellum ortum, quod biennium ferè duravit, cùm Bavariæ duces Adelberoni patrocinarentur, Imperator verò contra tenderet. Iterum anno 1012. Albero, Ducis Mosellani filius, creatur Episcopus Metensis, qui cùm puer esset, datus est tutor Ditericus, qui puerum Episcopatu ejecit, & eum sibi sumit.

[*n*] 1. *Venenum calici infunderunt. Vrsp.* p. 208. Anno Domini 1055. Leoni Papæ, Gebehardus, qui

& Victor, Eihestatensis Episcopus successit. Huic cùm Diaconus ejus venenum in calicem misisset, calicem de altari levare non potuit. Idem refert *Baron.* an. Chr. 1055. sub fin. & *Calvis.* Benno affirmat, antea etiam quibusdam aliis Germanis, idem accidisse, nec dubitat asserere, authore *Hildebrando* id esse factum. Victorem etiam III. scribit Martinus, veneno in calicem misso, fraude Henrici sublatum esse: quanquam ex sola suspicione principem veneficii reum judicare temerarium sit, inquit *Nauc.* Gen. 37. pag. 164. 2. *Communicatione* Sacramenti Dominici suam vel innocentiam testari cœperunt, vel prodere culpam, *Gregorius VII.* apud *Naucl.* Gener. 36. pag. 159. Simoniæ accusatus dixit: *Licet multorum idoneorum testium astipulatione crimen refellere queam, eorum scil. qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate institutionem integerrimè noverant, ego tamen ne humano potius, quàm divino niti videar testimonio, ut omne scandalum de medio auferam: ecce corpus Dominicum, quod sumpturus sum in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, ut omnipotens Deus suo me hodie judicio vel absolvat objecti criminis suspicione, si innocens sum, vel subitanea interimat morte, si reus.* Vide etiam *Sigon.* l. 9. p. 282. Hoc ne fine ἀνάμνησιν sui Christus instituit, ut vel damnaret reum, vel solveret culpâ.

[o] Sit

[o] Sit speciminis loco Concilium anno 1095. Urbano Papâ habitum: in quo, teste *Matth. Par.* Histor. Anglic. pag. 20. præter alia fuit sancitum 1. *Quòd Ecclesia Catholica* (Romanam intelligunt) *sit in fide casta, & ab omni seculari servitute libera*, contra Apostolum Rom. 13. 2. *Vt Episcopi vel Abbates, vel aliquis de clero, aliquam Ecclesiasticam dignitatem de manu Principum vel quorumlibet laicorum non recipiat*; Repugnat hoc decretum praxi Ecclesiasticæ, & juramento toties Imperatoribus, hac de causa, præstito. 3. *Quòd nemo laicorum à capite jejunii, nemo clericorum à quinquagesima usque in Pascha carnes comedat.* Tollit libertatem Christianam. 4. *Quòd nullus cujuslibet sacri ordinis, carnali commercio utatur.* Conjugium abrogat, quod Apostolicæ doctrinæ è diametro contradicit. Cætera circumstantias quasdam observandas præscribunt in obeundis officiis, quæ & ipsa nova sunt, & Iudaicam sapiunt infantiam. Sic. an. Chr. 1004. Synodi in *Galliis* celebrantur, in quibus, inter cætera, disputatur, *an canenda sit cantio TE DEVM LAVDAMVS in quadragesima & Adventu?* Item; *an festum annuntiationis, quod in* Martio *turbat Iejunium, celebrandum sit in Decembri cum* Hispanis, *qui id ex Concilio Toletano de-*

cimo faciebant: & negatur, unde & Hispani suam tandem rationem reliquerunt. In *Noviomagensi* Synodo an. Chr. 1019. inter alia sancitur, ut in celebratione Missæ *panis ad dexteram altaris staturetur, calix ad sinistram*. Anno. Chr. 1029. In *Galliis* Lemovicensis Synodus agitur, in qua disceptatur, *utrum D. Martialis inter Apostolos collocandus sit, an Confessores?* Probationes, quòd inter Apostolos referendus sit, afferuntur ex antiquis libris, & authoritate Constantinopolitanæ Ecclesiæ & Anglicanæ; Sed altera pars provocat ad Pontificem. Vide de his quæstionibus, in Synodis ventilatis, *Baron.* an. Chr. 1004. an. Chr. 1050. ubi de Concilio Romano contra Berengarium instituto; an Ch. 1075. de Synodo *Anglicana*, &c. Atque ex harum diligenti examine, omnem ferè Patrum illorum curam fuisse aut circa res manifestè impias, aut ita comparatas, ut gravitatem Christianam parum deceant, clarissimè patebit Non dogmata, quæ sinceritatem pristinam & splendorem jam, cleri incuriâ, & Pontificum tyrannide, magnam partem amiserunt, ad Apostolicam cynosuram exigebantur: sed novis ceremoniis plebs Christiana à Monachis onerabatur. Quæ certe præsentis seculi calamitas non postrema fuit. Scimus, omnia in Ecclesia fieri debere εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν; dolemus tàmen, hominum cæcitate universum Christianismum vel in γυμνασία

σωμα

ϛωμαπκλω,in qua tamen Turcis & Ethnicis longè inferior sit vel ipsa flagellantium turba, versum esse; vel in ceremoniarum pompam, ex qua vulneratæ conscientiæ parum accedit levaminis. Verùm, alii sunt nævi, quos Synodis suis faciei Ecclesiæ impressit Pontifex, longè intolerabiliores. Conjugium sacerdotum gladiatorio animo damnare, uxoratos clericos, Nicolairarum, inaudita hactenus nomenclatura, diffamare, contra institutionem Christi, traditionem Apostolicam, veteris & verè primitivæ Ecclesiæ consuetudinem· σωωδιχῶς decernere; *Corpus Christi sensualiter in Missa & in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri*; Vide *Baron*, an. Ch. 1059. Usum linguæ vernaculæ in administratione cultus sacri tollere, hæc verò carcinomata sunt, quæ à Synodis in Spiritus sancti nomine congregatis expectari non possunt.

[p] *Primò* enim Pontifices, novo, & inaudito exemplo ipsis *praesse Imperatoribus*, & *Politiam sibi totam subjicere cœperunt*. Vide *sup*. pag. 292. & deinc. quibus adde *Onuph*. de var. creat. Rom. Pontif. lib. 4. *Etsi ante PP. Romani tanquam religionis Christianæ capita, Christique Vicarii & Petri successores colerentur; non tamen eorum authoritas ultrà protendebatur, quàm in fidei dogmatib. vel tuendis vel asserẽdis. Caeterum*

rum Imperatoribus suberant, ad eorum nutum omnia faciebant, ab iis creabantur, de iis iudicare vel quicquam decernere non audebat Papa R*omanus. Primus omnium* R*omanorum Pontificum* Gregorius *VII. armis Northmannorum fretus opibus Comitissæ Mathildis, mulieris per Italiam potentissimæ, confisus, discordiaque Germanorum Principum bello civili laborantium inflammatus*, præter majorum morem, *contempta Imperatoris auctoritate & potestate cùm summum Pontificatum obtinuisset, Cæsarem ipsum, à quo si non electus, saltem confirmatus fuerat, non dico excommunicare, sed etiam regno, Imperioque privare ausus est.* Res ante ea secula inaudita. *Nam fabulas, quæ de Arcadio, Anastasio & Leone* Iconomacho *circumferuntur, nihil moror.* Et *Gaguinus* similiter Pontificius lib. 10. Hist. Franc. in vita Caroli XII. Pontificum Romanorum hanc *tam late patentem & usurpatam authoritatem* (ut ille vocat) obiter taxans: *Itaque ea est (* inquit) *hodie illorum sublimitas & amplitudo, ut, parvi habitis regibus, licere illis omnia glorientur* Et lib. 7. hist. Franc in vita Phil. Pulch. *Talem vitæ exitum habuit* contemptor omnium hominum *Bonifacius, qui Chri-*

Christi praeceptorum minimè recordatus, adimere & conferre regna pro suo arbitrio conabatur, cùm non ignoraret eius se loco versari, cuius regnum non de hoc mundo & terrenis rebus, sed de coelestibus esset, quique dolo & malis artibus Episcopatum Romanum *sibi quaesiverat, & Celestinum, à quo dignitatem receperat, in carcere dum vixit, habuerat.* Vide *Diasceps.* Irvin. c. 17.

2. *Quibuslibet se rebus Politicis immiscuerunt Episcopi. Matth. Par.* Hist. Angl., pag. 9. *Anno* 1075. *VValterus, Dunelmensis* Antistes, *contra dignitatem Pontificalem*, curis se immiscens secularibus, *a VVillielmo emit Northanhumbriae Comitatum. Et vice Comitis agens vices, laicali se foro immiscuit, atque ab omnibus provincialibus, tam nobilibus quàm servis, insolenter extorsit pecuniam infinitam.*

3. *Bella etiam internecina gesserunt* Papa *aliique Episcopi. Avent.* annal. l. 5. pag. 588 *Circa eundem temporis tractum, universi Episcopi, principes, faces & antesignani civilis belli, quo septendecim annos Respublica attrita fuit, uno anno extincti sunt.* Hermanus, qui tum vixit, apud *Baron.* an. Chr. 1053. de Leone IX. *Dominus Papa, habita post Pascha. Synodo, contra Northman-*

mannos , ut proposuerat , exercitum movi: Cumque illi pacem petentes, subiectionem, servitiumque ipsi promitterent, & quæ prius iniustè sibi usurpantes invaserant eius beneficio, gratiaque retinere velle se dicerent, idque Papa abnegans , vi & iniuria raptas res sancti Petri reposceret, eosque perperam pervaso cedere loco iuberet; illi quia numero longè præstabant, quasi rem impossibilem sibi propositam refutantes, se potius bello obviam ituros, armisque acquisitam patriam armis defensuros, vel morte occubituros denuntiante Sicque decimo quarto Kal. Iul. valida pugna confligentes, prima acie Northmanni à Teutonicis penè victi sunt, sed succenturiatis copiis ex insidiis nostros circumvenientes Italis citius terga vertentibus, Teutonicis maxima ex parte, sed non inultè recumbentibus, occulto Dei judicio, sive quia tantem sacerdotem (nec enim hoc officii ejus fuit , ut armata manu personaliter ad bellum procederet, cùm primo pastore Petro dictum sit; mitte gladium tuum in vaginam, *Naucler.* Gener. 36. pag. 154.) *spiritalis potius, quàm pro caducis rebus carnalis pugna decebat ; sive quòd nefarios homines quàm multos ad se ob impunitatem scelerum* (promittere enim solet,

ſolet,ut conſtat,Pontifex Indulgentias militi pro ſe pugnanti) *vel quæſtum avarum confluentes,contra itidem ſceleſtos expugnandos; ſive divina juſtitia aliâs;quas ipſe novit,ob cauſas, noſtros plectente, quamvis nimis cruentam, adepti ſunt victoriam.* Eandem prolixè Hiſtoriam refert Car.Sigon. de Reg. Ital.l.8.pag.206. Eodem anno & pag.ſcribit, Damianum; mœrentem animo, ac lugentem eremi incolam (quod *frequenter audiret Epiſcopos aliquos in Galliis atque Germaniis galeatos ac loricatos ad bella procedere*) facinus execratum, ſcripſiſſe Epiſtolam ad Firminum Epiſcopum,quâ; deplorans mundi hujus mala, præcipuè verò diſcordias oboriri ſolitas inter Imperatores atque Pontifices; *ſic vult munera eorum eſſe diſtincta,ut nec Imperatores attingant,quæ ſunt ſacerdotum, nec ſacerdotes,quæ ſunt Imperatorum,ut bella tractare,& alia id genus &c.* Multo enim ſale hoc tempore defricuerunt nonnulli militiam hanc Pontificis, cùm bella ad Politicum Magiſtratum pertineant, ſed Baronius defendit Papam, & eum jus utriuſque gladii habere aſſerit; Calviſ. an.Ch.1053. De variis Cadolai expeditionibus; obſidione etiam urbis vide Bar. anno Chr: 1063. 1064. Burchardum Halberſtadenſem Epiſcopum ter decies in acie contra Imperatorē ſtetiſſe,refert ex Walramo, Calv.an.Ch.1087. Sic &

Lam-

Lambertus Schafnaburgensis, Hirsfeldensis Monachus, narrat, *cruentum certamen bis accidisse Goslariæ in templo de superiori loco sessionis, inter* Hecelonem Hildesheimensem Episcoporum, & Wederadum Fuldensem: *idque inspectante Cæsare, qui eos cohibere haud quaquam potuerit.* Vide plura *Catal. Test.Verit.* l.13.pag. 396. & *Avent.* annal. l. 5.pag. 538.

[q] Quam *Matth.Paris* testimonio confirmat, clerici cujusdam damnati. Tota historia, ex p. 7. desumta ita habet: *Circa eosdem quoque dies in civitate Britanniæ Nannetis nomine, duo clerici degebant, qui ab ipsius pueritiæ rudimentis adeò erant amicitiæ fœderibus constricti, ut si necessitas ingrueret, etiam mortis periculum pro invicem sustinerent. Vnde die quadam in hoc pariter consenserunt, ut quisquis illorum prius obiret, vivo dormienti vel vigilanti, infra dies triginta appareret, socium certificaturus, qualis sit futuri seculi status, quæ animarum de corpore egressarum foret conditio, ut inde sufficienter instructus, agnosceret, quæ ex diversis de anima Philosophorum opinionibus esset imitanda. Tradunt enim Platonici quod mors corporis animam non extinguat, sed eam ad Deum, principium suum, tanquam*

quam è carcere, remittat. Astruunt è contra Epicuræi, animam de corpore solutam, in aërem evanescere, & in auras effluere & dissolvi. Theologi quoque de anima aliter sentientes, tres asserunt esse animarum post mortem corporis mansiones: Vnam in cœlo, alteram in purgatorio, tertiam in inferno. Sed *sicut animæ, quæ in inferno sunt non salvabuntur, ita illæ, quæ in purgatorio existunt, misericordiam consequentur. Itaque data fide inter socios & accepta cum juramento, non multum tempus præteriit: & ecce unus eorum, subitò absque confessione & viatico expiravit.* Re*mansit alter in seculo, & de fide data sedulò cogitans, terminum præfixum per dies triginta, inaniter expectabat, Quibus evolutis, dum desperatus aliis animum negotiis applicâsset, ecce mortuus sodali apparens viventi, ipsum prius in hunc modum affatur: Agnoscis me, inquit? Et socius,* Agnovi, *respondit. Et alius, Adventus meus, amice inquit, valde tibi erit (si volueris) necessarius mihi autem omnino infructuosus. Nam prolata contra me à Deo sententia, deputatus sum miser suppliciis sempiternis. Cùmque vivus ad ereptionem mortui, omnia sua monasteriis se daturum, & egenis promisisset,*

 seque

seque dies & noctes jejuniis & orationib
continuaturum spopondisset: fixum est, inq
mortuus, quod dixi. Nam quia è vita s
pœnitentia decessi, justa sunt judicia Dei, q
bus in sulphuream voraginem inferni sum d
mersus, ubi dum rotat astra polus, & pulsat l
tora pontus, pro criminibus meis torquebo
Et ut aliquam ex pœnis meis innumerabilib
experieris, protende manum tuam, ut gutta
saltem unam stillantem de sudore meo sani
recipias. Quæ à vivo recepta, cutem & ca
nem, sicut ignito cauterio perforavit, foram
nucis avellanæ capax efficiens. Socio dolo
magnitudinem clamore testante, Hoc, *inq*
mortuus, erit tibi quàm diu vixeris, & pœn
rum mearum grave documentum, & nihil
glexeris salutis tuæ singulare remedium. Qu
propter dum potes, muta habitum, muta & a
nimum, quò possis iram effugere tui condit
ris. Ad hæc *verba vivo respondere nolen*
mortuus eum oculo severiore perstrinxit, d
cens: Si dubitas, miser converte, lege liter
istas. Et simul cum verbo manum expand
tetris literis inscriptam, in quibus Satanas &
mne contubernium inferorum omni Eccles
stico cœtui gratias emittit, quod cùm in nu
f

suis voluptatibus deessent, tantum numerum subditarum sibi animarum suæ prædicationis incuria, paterentur ad inferna descendere, quantum secula nunquam retro acta viderunt.

[r] *Bar.* an. Ch. 1047. In eodem Romano Concilio altercationē esse obortā inter *Mediolanensem, Aquileiensem* & *Ravennatem* Antistites *de loco sedendi*, quinam ipsorum proximus apud Romanum Pontificem sedere deberet: adjudicatam autem causam Ravennati, narrat Hieronymus Rubeus in Historia Ravennate. Vide etiam *Sigon.* de Reg. Ital. lib. 8. pag. 203. Sic, ut scribit *Avent.* lib. 5. pag. 548. dissidium *inter Bezelinum* Hildeshei*mensem Episcopum*, & *VVideradum, præsulem Fuldensem, quòd Goslariæ strictis mucronibus uterque* πρωτοκαθεδρίαν *obtinere voluit.* Uterque dextrum latus Moguntini Archiepiscopi claudere voluit. Confer *Calvis.* a. Ch. 1063. Sic an. Ch. 1072. Controversia de *Cantuariensi* & *Eboracensi* Episcopatu in Anglia, uter superior esset, convocata Synodo discutitur, & pronunciatur secundum Catuariensem, qui primus institutus fuerat. *Malmesb.* & *Matth. Par.* p. 17. Cardinales etiam hoc tempore cœperunt potius in pretio esse *Geneb.* p. 573. quàm in usu, ut alii volebant. Vide etiam *Sigon.* libr. 9. p. 210.

[s] Exemplum habemus luculentum in *Reginbero* Misnensi Episcopo, de quo *Baron.* an. Ch.

1066. ex Lamberto: Reginherus Misnensis Epis*copus abiit: is dum suscepto Episcopatu Goslariam venisset, post refectionem in cubiculum ubi thesauros suos, quorum nimis amator erat nullo conscio, infoderat, quasi paululum requiescere volens sese inclusit, cumque jam die vergente in vesperam præter modum consuetudinemque suam somno indulgere videretur: rem insolitam mirantes cubicularii, pulsare ostium cœperunt, sed nec pulsantibus, nec vociferantibus ullum dabatur responsum: Tandem effractis foribus irrumpentes, invenerunt eum fra*ctu cervicibus colore tetro exanimem ipsis the*sauris suis miserabilem in modũ incubantem.* De avaritia Episcopi Trajectensis, propterea Frisio occisi, vide *Calvis.* a. Ch. 1099.

[*t*] Nam & hoc seculo sedem Romanam oc*cupârunt monstra. Baron.* an. Chr. 1059. *cùm adeo indigna passi essent prædecessores Romani Pontifices à Comitibus Tusculanis, & aliis Comitibus diversorum vicinorum Romæ degentibus: à quibus tot sæpe sunt intrusi Pontifices imo elevata monstra ad sedem Romanam occupandam.* Idem reperias apud *Geneb.* in Serg. IV. Et a. Ch. 1033. *In Iohannis* 20. *locum he eodem anno subrogatum fuisse eius successorem*

Ben

Benedictum habet Hermann*us*, *Sigebertus & aliis.* *Cum (proh nefas) tyrannide Alberici Comitis Tusculani eius filius puer in sacrosanctam Petri sedem intruditur*, monstrum eri gitur, *statuiturq;* portentum. *Tricipitem bestiã, portis inferis emergẽtẽ*, vocat tres illos Papas Schismaticos, de quibus actum est sup. pag. 395. Atque monstrorum istorum monstrosam fuisse & sceleratam vitam non negant Pontificii ipsi. De Hildebrando, Machtilde familiariter nimis utente ex *Aventino* & *Lamberto* loquitur *author Cat. Test. Verit* l.13.pag 417.a. quibus se *Baron.* anno Chr. 1074. in vita Machtildis multis opponit, *Calvis.* ex *Baron.* anno Chr. 1044. R*oma ingentes turbæ propter sceleratos Pontifices exoriuntur.* *Benedictus nonus, qui juvenis adhuc erat, & duodecim fere annis Pontificatum administrârat*, *urbe ejicitur propter immania scelera, emit postea Episcopatum Episcopus* Sabiniensis, *qui Sylvester appellatus est: Hunc cum tres menses sedisset, Benedictus rediens iterum ejicit, & Pontificatum recuperat.* *Sed cum videret, se omnibus invisum, agit cum Iohanne Gratiano*, (hic tamen errat: nec enim cum Iohanne Gratianus confundendus, quod miror ex *Bar.* an. Ch. 1044. non observâsse *Calvisium*) *qui loco suo sit Papa, Gratianus*

 Bene-

Benedicto dat reditus, qui proveniebant ex Anglia, ut Baronius habet: fueruntque omnes tres scelestissimi, *ut* idem *affirmat, & quilibet horum certam sedem occupat: Sylvester ad D. Petrum, Benedictus ad Mariam majorem,* Gregorius *ad Lateranum, atque ita sedes* Romana *triceps facta est.* Hinc mortui etiam vitæ impiè & profanè transactæ testimonium perhibuisse dicuntur. Benedictum VIII scribit *Rolvv. Carthus.* p. 71. b. & *Naucler.* Gener. 35. init. *post mortem vidit quidam Episcopus in miserabili specie, dicentem, se graviter* (has enim purgatorias tantùm pœnas fuisse, ex quibus ereptus sit, habet *Baron.* an. Chr. 1024.) *affligi; & quod nihilominus speraret de misericordia Dei, & nihil sibi prodesse, quòd pro se factum esse, quòd de rapinis fuit, misitque eum ad Iohannem Papam, ut de tali theca summam pecuniæ acciperet, & pauperibus daret:* In nigro quippe equo apparuisse dicitur circa locum defossi thesauri, eleemosynis destinati: *Genebr.* ex *VVicel.* &c. Et de *Benedicto IX. Iste Benedictus fuit nepos Benedicti octavi, totus lubricus, & ideo* damnatus *apparuit cuidam in specie* monstruosa & horribili. *Caput & cauda erant asinina: reliquum corpus sicut ursus, & ait: Noli expavescere! Scito me hominem fuisse sicut*

tu es:

tu es: & sic me repræsento, sicut olim existens infelix Papa bestialiter vixi. Eadem ex Petro Damiani refert & confirmat Baron. an. Ch. 1054. additque, inquisitum eum, *quid retributionis haberet, respondisse: Nunc usque ad diem judicii per dumosa atque squalentia, per sulphurea loca atque fœtorem exhalantia, atque incendiis conflagrata rapior atque pertrahor. Post extremum vero judicium, corpus meum simul & animam irremediabilis cruciatus, & gehennalis barathri me irrevocabilis olla deglutiet, ita ut nulla mihi recuperationis spes in posterum restet.* Et tamen hic, ut fatetur Baronius, aliquando legitimus Papa est cognitus. Genebrardus ipse quoque, cùm hanc obiter ex VVicelio attigisset apparitionem, subjungit: *Audis, quales Pontifices nobis obtrudebat Germanica* (quod ipsum fervidius repetit an. Chr. 1007. in Sergio IV.) *tyrannis? Sed & observandum Prophetas ita esse comminatos populo Dei, ex Deo fore, ut illis pastores incurios excitaret qui non sanarent oves ægras.* Non est, mi homo, hoc celeusmate opus. Nec enim adeò surdis nostri sunt auribus, qui satis animadverterint, quàm pridem jam Antistites Romani curā pastoralis officii abjecerint. Tuis hanc cane cantilenam, si fortè alto, quo sopiti stertūt, excitati somno, vide-

no, videant, Papas, tuo judicio, vestros esse *pastores illos incurios, qui agras oves non sanāt.* Disce verò tandem mitiùs tractare nationem Germanicam! Vix dum, ex *VVitichindo*, finem fecisti encomiis, quibus Henricus II. insignitur, *quod ætate illius, nec bella pacem disturbârint, non classica quietem ruperint, non rapina grassata, non fides mentita, adhuc justitia sui vigoris, adhuc potestas sui juris fuerit*; stomacho è mox stylum vertis, & tyrannidem impingis illis, quorum operâ tyrannidi, ipsis fatentibus scriptoribus Pontificiis, frœnum est injectum. Italus fuit, non Germanus, *Albericus. Comes Tusculanus*, qui filium suum Benedictum Papam esse jussit. Id si ignoras, *Baronium* adi, an. Ch. 1033. & *Sigon.* lib. 8. pag. 202. & mentem mutabis. Agnoscimus aliâs, vatum jam sanctorum Veteris & Novi Testamenti oraculis, hanc Ecclesiæ prope labantis labem fuisse prædictam, quæ hoc seculo nimis fuit conspicua. Benedicti etiam apparitionem terribilem refert *Platina* p. 158. a.

[u] Statum curiæ Romanæ depingit ex Petr. Dam. *Baronius* an. Chr. 1061. *Excusavit se etiam Damiani eâdem Epistolâ Apologeticâ, quod vivere nesciret cum eis quibus cum adeo moribus dissentiret: deplorans namque eius temporis Ecclesiæ statum, hæc addit*: Fuit enim olim, sed

sed jam elapsum est tempus, ut modestiæ pudor, mortificationis insigne, digna severitas, & sacerdotalis ingenii valeret servari censura. *Nam ut me solum digne coarguam videtis ipsi, quia protinus ut ad vos veni, ecce sales, ecce facetiæ, lepores, urbanitates, dicacitates, volumina quæstionum, omnesque verborum inanium pestes insolenter erumpunt, quæ nos non iam sacerdotes, sed potius oratores, ac Rhetores, sive (quod inhonestum est) scurras ostendunt. Mox enim, ut verba conferimus, paulatim quædam lenocinia confabulationis adulterinæ subrepunt, &c.* Subjicit deinde narrationem de Episcopo Florentino, quem ludo Schachico vacantem, graviter increpuit, quòd præter Episcopi officium fecisset.

[x] Idem *Pet. Damiani* apud *Baron.* a. Ch. 1061. luxum reprehendit Episcoporum his verbis: *Porro autem qui eiusmodi sunt non ea ad hoc conquirunt, ut inopiam & indigentiam naturæ necessitatum sustentaculis fulciant, sed ut turritæ dapibus lances Indica pigmenta redoleant, ut in crystallinis vasculis adulterata melle vina flavescant. Ad hoc certe ditari cupiunt, ut quocunque deveniunt, præstò cubiculum operosis & mirabiliter textis cortinarum phaleris induant, sicque pa-*

rietes domus ab oculis intuentium tanquam sepeliendum cadaver obvolvant. Mox etiam tapetis prodigiosas imagines praeferentibus sedilia sternunt, περιπετάσματα laquearibus, ne quid occiduum dilabatur, opponunt. Deinde clientium turba dividitur; alij siquidem domino suo reverenter assistunt, nutumque eius, si quid fortè iubeatur, curiosa nimis velut rimatores siderum, observatione custodiunt: alii Marthae ministerio dediti, veluti hirundines inquieti per diversa discurrunt. Inter has autem delirae ambitionis insanias quid sibi dorsalia quaerunt, quae à suis conspici dominis non merentur? Grave quidem dispendium sui patiuntur ornatus, dum in occipitio vel cervicibus oculi non erumpunt: & quàm utile divitiarum genus, quod dum nullum usum praeter solam habeat pulchritudinem, specie tamen sua nequeat pascere possidentem: alienorum nempe duntaxat oculorum famulatur illecebris, dum non ad aspectum, sed post tergum sui appenditur possessoris. Cui non dissimilis & illa creditur esse dementia, dum lectulus tam operosis decussatur impendiis, ut ornamentum sacrosancti cuiuslibet, vel etiam ipsius Apostolici praecellat altaris. Et quam videtur absur-

absurdum, ut stratus ille diligentius excolatur, ubi corruptibilis caro soporis quiete resolvitur, quàm ara Crucis, in qua videlicet hostia Domini corporis immolatur? *Hoc ergò modo cùm sobrietas soleat commendare Pontifices Cardinales,* effusis nunc opibus facti sunt helluones. *Regalis itaque purpura, quia unicolor est, vili penditur; pallia vero diversis fucata nitoribus ad sublimis lectuli deputatur ornatum. Et cum domestici muncipes nostris aspectibus sordeant, transmarinorum pelles, quia magno pretio coemuntur, oblectant. Ovium itaque simul & agnorum despiciuntur exuviæ, ermelini, gibelini, martores exquiruntur & vulpes. Cùm illa scilicet in sacris honorentur eloquiis & vel Ecclesiæ, vel personam exprimant* Salvatoris*: Oves, inquit, meæ vocem meam audiunt. Et: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, &c.*
Et inferius perstringit illos Episcopos, *qui sacerdotali pompam velint se æquiparare summo Pontifici, vel secularibus Principibus, ipsisque Imperatoribus dicens: Tadet catera vanitatis attexere non ridenda, sed gemenda irdicula. Fastidium est, tot ambitionis ac prodigiosæ vesaniæ dinumerare portenta, papales scilicet infulas, gemmis micantibus, aureisque bra-*

bracteolis per diversa loca corruptas, Imperiales equos, qui dum pernices gressus arcuatis crinibus glomerant, sessoris sui manus loris innexas indomita ferocitate fatigant. Omitto annulos enormibus adhibitos margaritis: praetereo virgas, non jam auro gemmisque conspicuas, sed sepultas. Nunquam certe vidisse me memini pontificales baculos, tam continuò radiantis metalli nitore contectos, sicut erant qui ab Esculano, atque Tranensi gestabantur Episcopis, &c. De *facinoroso* Auximanorum *Episcopo, Ecclesiæ Tyranno* videatur *Baron.* la. Ch. 1051. p. 188.

[y] Unde *Glaber* apud *Baron.* an. Chr. 1001. *Quandocunque enim deficit religiositas Pontificum, & marcescit districtio regularis Abbatum, simulque monasterialis disciplinæ vigor tepescit, ac per illorum exempla cætera plebs mandatorum Dei prævaricatrix existit, quid aliud, quàm totum simul humanum genus rursum in antiquam præcipitii chaos perditionis, spontanea voluntate illabitur?*

[z] Romæ præsertim. Unde *Calvis.* ex Ditmar. a. Ch. 1001. *Otto Imperator dum* Romæ *est, urget ut disciplina Ecclesiastica instituatur. Peregrini enim, qui* Romam *veniebant, offendeban-*

debantur licentia & sceleribus clericorum: *ita ferebat quasdam leges politicas, quæ ad disciplinam faciebant, qua re cives simul cum clericis offendebantur, cum dicerent*; Romam *esse urbem liberam, quæ regere velit, non regi, &c. Sacerdotes Gallos, non ita, ut decebat, vitam transegisse*, habet *Stella* in Paschali. II. *Baron.* an. Chr. 1075. fatetur, *ubique terrarum Christiani orbis morum perversitatem tantam inolevisse, in iis præsertim, qui aliis exemplo esse deberent, nempe Episcopis, ex vitio Simoniæ, atque abominanda luxuriæ, ut cum clerici, tum reliqui Christi fideles inficerentur.* *Catvis.* an. Chr. 1006. ex *Fab.* *Imperator, cum luxus clericorum nimium cresceret, Synodum indicit Tremoniæ, ubi Imperator ipse adfuit, objurgati sunt sacerdotes ob negligentiam, & exprobrata effusio & luxuria ex bonis Ecclesiasticis, quæ religioni & paupertati dicata essent, non luxuriæ, ideo quædam ademta prædia cœnobio Fuldano, & reliquis similis pœna, nisi modestè viverent, denunciata.*

[*aa*] In *Italia*, atque adeò in ipsa Urbe, latrociniis omnia infestabantur: Gregorius VI. (scribit *VVillel. Malmesburia* Bibliothecarius de gest. Reg. Angl. lib. 2. cap. 13.) *ita Romani Apostolatus statum*

statum per incuriam antecessorum suorum diminutum invenit, ut præter pauca oppida urbi vicina & oblationes fidelium, penè nihil haberet, quò se sustentaret. Civitates & possessiones in longinquo positæ, quæ ad jus Ecclesiæ pertinebant, à prædonibus ablatæ; tramites publici & strata viarum per totam Italiam à latronibus stipabantur, ut nullus peregrinus nisi cum maiori manu impunè transiret. Fervebant totis semitis insidiatorum examina, nec inveniebatur insidiator, quo colludio evaderet: Ita in vacuum, sicut in pecuniosum furebatur: nec supplex habere gratiam, nec resistens pati poterat violentiam. Cessatum est ab omni provincia Romam *iter aggredi; quod mallet quilibet per domesticas Ecclesias nummos suos dividere, quàm lacrunculos propriis laboribus pascere. Quid in Vrbe, unico olim habitaculo sanctitatis? Ibi in medio foro sicarii vagabantur, genus hominum infidum & versutum.* Si quis *semitarum observatores aliquo transisset artificio, capitis scil. periculo Apostoli Ecclesiam videre cupiens, in sicarios incidens, nullo modo sine substantiæ, vel salutis damno domum revertebatur. Super ipsa corpora sanctorum Apostolorum & Martyrum, su*

pra

pra sacra altaria gladii nudabantur, & oblationes accedentium vixdum apposita, de manibus abripiebantur, abrepta in comessationes & scortorum abusiones consumebantur. Anglia ipsa luxui ita fuit dedita, ut *Matth. Par.* Hist. Angl. pag. 5. in hæc eruperit verba: *Sed post modum refrigescente charitate, & aureo seculo in luteum mutato, religionis studia obsoluerunt: sicut prius in adventu Danorum, & nunc in expulsione Anglorum à Normannis, peccatis exigentibus, exterminium accessit incolarum. Nam optimates gulæ & Veneri servientes, more Christiano Ecclesiam manè non petebant, sed in cubiculis, & inter uxorios amplexus, matutinarum solemnia, ac missarum à Presbytero festinante, auribus tantummodo prælibabant. Potabatur ab omnibus in commune, & tam dies, quàm noctes in hoc studio productæ sunt. In cibis urgebant crapulam, in potibus vomitum irritabant.* De statu Ecclesiæ Hiber. plura lege apud *Bar.* an. Ch 1089. p. 60. Hamburgensis Diœcesis variis peccatis & sceleribus immersa describitur ab *eodem* a. Ch. 1065.

[*bb*] De quo *Glaber* apud *Baron.* an. Chr. 1003. *Igitur infra supradictum millesimus, tertio iam ferè imminente anno contigit in universo pene*

pene terrarum orbe, præcipuè tamen in Italia & in Galliis innovari Ecclesiarum Basilicas, licet pleraque decenter locata minimè indiguissent: æmulabatur tamen quæque gens Christicolarum adversus alteram decentiore frui. Erat enim instar ac si mundus ipse excutiendo semet, reiecta, vetustate, passim candidam Ecclesiarum vestem indueret. Tunc denique Episcopalium sedium Ecclesias pene universas, ac cætera quæque diversorum Sanctorum monasteria, seu minora villarum oratoria in meliora quique permutavere fideles. Non aliunde hæc orta putat *Baronius*, quàm ex eo, quòd cùm viderent Fideles jam lapso tempore evanuisse, quæ de mundi interitu fuerunt constanti assertione prædicta, & passim credita: quasi tanto discrimine liberati, mundoque proximè ruituro jam stabilito, desuper ipsum ædificari posse, visum est tutum: igitur percussi timore homines, ad ædificanda etiam pia loca remissi fuissent, quod essent illa cum mundi casu proximè desolanda: transacto prædicto tempore, alactes ad Ecclesias jam permansuras, erigendas, vel innovandas, restituendas ac dilatandas insurrexêre.

(o)

SECTIO II.

De MUHAMMEDISMO.

I. Occurrunt seculo undecimo in Muhammedica Historia consideranda sequentia 1. Imperium, quod ex [a] dissidiis, & bellis intestinis in dies decrevit. 2. Religio. 3. Scholæ, Academiæ & studia. 4. Affectus eorum in Christianos & Judæos, & viceversa. 5. Bella & expeditiones contra eos.

[a] *Zonar.* t.3.p.202. οἱ Σαρακηνοὶ οὐχ' ὑφ' ἕνα ἦσαν ἡγεμόνα τελοῦντες, πρὸς ἀλλήλους τε καὶ οὗτοι στασιάσαντες εἰς ἀντιπάλους μοίρας διῄρηντο, καὶ ἀλλήλοις ἐπῄεσαν. *Saraceni non uni Principi paruerunt, sed seditione inter ipsos orta, in factiones divisi, alii alios oppugnârunt.* Geneb. init. hujus seculi. *Apud Arabes in Hispania, multis Imperium sibi vendicantibus, & aliis alio inclinantibus: intestina seditione graviter laboratur. Hinc Ali, Cazin, Abderrahmen Haia, Abderrhamen alter, Mahometes quidam, Hissen Humaia intra 7. annos regnantes, finem regno Cordubensi attulerat; quod trecentis jam*

annis ſteterat: Anno ergò 1000. *regni Cordubenſis ferè finis fuit.* Et paulò pòſt: *Circa illa tempora Imperium Saracenorum, quod quadringentos fermè annos Chriſtianos valde afflixerat, declinare incipit, propter domeſticas diſſenſiones, cùm plures Saraceni um dominatum inter ſe diviſiſſent, & quatuor de ſummo Chaliphatu, ſive Pontificatu ſemper contenderent. Inde enim in Oriente, illorum potentia, Turcis prævalentibus paulatim concidit. In Hiſpania & Africa item Chriſtianis, propter ipſorum bella civilia, res ſuas agentibus.*

II. Imperii, ſic diſtracti, [a] Chalifas primò proponemus: Regulos deinde & Principes [b] Bagdadi, [c] Ægypti, [d] Choraſanæ, [e] Indiæ, [f] Iracæ ſuperioris, [g] Halebi, [h]: Ortum denique & [i] occaſum familiarum quarundam in Saraceniſmo inclytarum.

[a] Primus eſt *Ahmed Abulabbas* Kadirus Billa, cujus initium in præcedens ſec. cadit. Eum commendat *Elm.* p. 363. à ſinceritate, juſtitia, eleemoſynis, probitate, & religione. Cũ vim paſſus eſſet à Bojitis, à quorum nutu dependebat, quiq; Imperium ſibi vẽdicabant, ſolabatur ſe providentiâ Dei, vanitate mundi, & aliis quibusdam rationibus, quas verſib. comprehendit apud *Elm.* Ib. Diploma

ploma scribi jussit contra Ægypti Chalifas, quòd, cũ Dizanii hæretici essent, nihil quicquam commune haberent cum *Ali, fil. Abutalibis*: id quod authoritate virorum magnorũ probavit, *Elm*. p. 257. II *Abdalla Abu Giafar, Caijmus Biamrilla*, filius Kadiri, quem jam ante pater eius socium fœderis constituerat, atq; eo titulo oratũm quoq; eius nomine fuit in suggestis: eo ipso die, quo vivere pater eius desiit, filius regnare incepit. Regno iterũ excidit a. Ch. 1058. lãpade tradita *Mustansiro Billa*, Ægypti Domino, cuius inauguratio, pro more, precibus Bagdadi in tẽplo Cathedrali, reliquis itẽ Mesgidis, Chalifę delubro excepto; fuit confirmata *Elm*. 272. Translatus interim fuit *Caijmus Biamrilla* Haditham, ubi in vinculis detẽtus traditus fuit præfecto eius Mahraso, apud quem mansit per annũ (tam diu enim Bagdado abfuit *Elm*. 274.) Restituitur postea à *Togrulbeco* Shalhucida, Turca, *Elmac*. Ib. Basaseræo seditionis authore, & immanissimo tyranno (specimẽ vide apud *Elm*. p. 237.) victo, occiso, & detruncato, *ib*. Chalifæ filiam coniugio sibi copulari voluit; quod vix tandem, à patre invito obtinuit, *Elm*. p. 275. obiit a. C. 1064. Chalifatûs 44. ætat. 55. *Fuit* inquit *Elm*. p. 279. *eruditus, patiens, mitis, sincerus, sanorum consiliorum, justus & vehementer timens Deum Opt. Max*. II. *Maabadus Abutamimus, Mustansirus billa*, qui, quia tyrãnicè regnum invasit, inter Chalifas non numeratur. III. *Abdalla Abulcasimus*, *Mulctadis billa*, Caiimi Biamrillæ nepos, de cuius inaugura-

tione, feliciq; Imperio, sic breviter *Elmacin* p.280. *Creatus fuit Chalifa eò die, quo avus ejus Caiimus Biamrilla obiit, decimo nempe Siabani anno Heg. 467. ac juramentum fidelitatis præstiterunt ei primates quiq; & Nobiles. Oravit pro avo suo, eumq; sepelivit. Stabilitus autem fuit huic Muctati Chalifatus, & prosperum fuit eius Imperium. Bagdadum eius tempore incolis floruit, & oratum eius nomine fuit in Iamama, & Syria, ac Hierosolymis, recuperârunt quoq; eius tempore Muslimi à Romanis Ruham & Antiochiam: cúmq; magnanimus esset & fortis, ac metueretur, constitit Chalifatui sua authoritas.* Mors ejus repentina, cùm Regem Barkiarucum coronaturus esset Bagdadi, describitur ab *eodem* p.288, Indoles verò p.289 his verbis: *Quod naturam eius attinet, peritus fuit religionis, & studiosus doctorum virorum, pius, & proborum amator, strenuus, benignus, & egregios etiam versus componebat.* Obiit anno Chalifatûs 19. vitæ 38. IV. *Ahmedus Abulabasus Mustadirus Billa*, filius Muctadis, qui die patri emortuali Chalifatum obtinuit, eundemq; per annos 24. tenuit. Incidit in Imperium ejus expugnatio Hierosolymitana, de qua suo loco, ut & de reliquo hujus Chalifæ regimine, quod sequēti seculo majori sui parte inservit.

[b] Dixi

[b] Diximus, superiori seculo, Chalifas, Bagdadi sedentes, omni ferè dignitate Imperatoria excussos præter nomē nihil obtinuisse. Reguli enim quidam, seu tyranni, urbem invadentes & opprimentes ipsis Chalifis terrori fuerunt. Talis erat hoc seculo I. *Alis, Starfuddaulas*, f. Bahajuddaulæ, fil. Rucnuddaulæ, fil. Bojæ, qui tamen anno ætatis 23. moritur; *Elmac.* p. 262. II. *Firuzus Abutaherus, Ghelaluddaula*, qui, postquam tumultuati diu fuissent Bagdadenses, tandem Regnum consecutus fuit, ejusq; nomine in suggestis oratum; *Elmac. Ibid.* III. *Abucalangharus*, fil. Sultanuddaulæ, nepos præcedentis ex fratre, quem milites à patruo deficientes, Principem constituerunt, ejusque nomine orârunt; *Elm*, ib. Mortuo tamen *Cadiro*, Chalifa, Rex *Ghelaluddaulas*, qui ante collectis militibus, Basræ se munivit, *Elmac.* ib. Bagdadum redit, eòque potitur. Et postquam oratum fuisset nomine ejus in suggestis, induit cum Chalifa *Cajimus Biamrilla* veste Imperiali: & præfecit eum aulæ suæ, addito nomine *Stahensiah* Maximus, Rex Regum: *Elmac.* p. 266. Obiit, cùm regnâsset annos 13. mens. 11. IV. *Abu Mansor Melecazizus*, Firuzi, Regis filius, cujus nomine & in suggestis oratum fuit. V. *Abunasrus Melecrahimus*, filius Regis Abucalanghari, fil Sultanuddaulæ, qui Patri defuncto in Imperio Iracæ superioris non tantùm successit, sed & in arcem Imperlalem contendit. Bagdado potitus, à Chalifa *Bajimo Biamrilla* inauguratur, & corona, torque atque armil-

lis ornatur. *Fuit hic ultimus* Regum *Boiita*
Elmac. p. 270. IV. *Togrulbecus*, filius Mich
Salghucides. Hæc familia an. Christi 1055.
447. imperare cæpit Bagdadi, idque occa
Basaserai Turcæ, qui ut viribus crevit, ita t
ri fuit Principibus Arabum & Barbarorum,
pag. 271. Unde consilia agitavit de occup
arce Imperiali. Quod cùm Chalifa subod
tus fuisset, opem *Togrulbeci* imploravit. V
Togrulbecus Bagdadum, cum octodecim Elep
tis, sedeque fixa in Imperiali arce, Bagdad
lecrahimo, quem præhendit, successit; finem
orationi pro Melecrahimo fieri solitæ in
Ramadani fecit. *Elmac.* 271. Excursione p
facta in regionem Mausilam, obsessa Tec
inauguratur à *Cajimo Biamrilla*, Regni &
præfectura ei confirmatur, nemine vel in
que Iraca, vel Chorasana hoc ei nomine l
movente. Paulò pòst tamen, cùm *Togrulbec*
liciter sumtis armis, ad expugnandas quas
urbes, Bagdado abivisset, *Basaseraus* fratrem
grulbeci, Ibrahimum ad seditionem sollicit
undemque adeò servire sibi cogit, ut militem
cramento fratris solutum, *Basaserai* conatibu
fratris perniciem excogitatis, destinârit. Nec
nè successu caruit temerarius Turcæ imp
Bagdadum occupat, Chalifam deponit, Co
atium eius indignissimè tractat, tauri recens
ctati exuviis insuit, cornibus capiti eius im

tis & suspensum ad uncos indesinenter cædit, donec tandem expirârit: juramentum fidelitatis *Mustansiro Billæ*, Ægypti Domino extorquetur, totaque adeò Imperii facies immutatur. Sed fervida hæc fuerunt molimina, quibus ipsi mox authores cum ignominia succubuerunt. *Ibrahimus* à *Togrulbeco* fratre bello petitur, vincitur, strangulatur. *Basaseraus* cùm animadverteret, in procinctu esse *Togrulbecum*, Bagdadum deserit, fugamque capessens Wasithum concedit. Redit interim Sultan *Togrulbecus* cum Chalifa Bagdadum, partemque militiæ Himarmacino, qua Basaseræum insequeretur, committit. Ubi prælio decertatum fuit, cæsus est *Basaseraus* cum suis, caput eius hastæ infixum Bagdadi spectâculi vicem præbuit. *Elmac*.pag.272.273.274. Obiit hic Sultanus anno ætatis 70. regni 25. gener Chalifæ Cajimi Biamrillæ. Rex *fuit clemens, prudens & peritus regiminis, cuius terror corda mortalium invaserat, ita ut obedirent ei reges, atq; ad ipsum scriberent*, verba sunt *Elm*. pag. 276. VII. *Muhammed Olbarsalanus*, Adaduddaulas, f. Davidis, Togrulbeci ex fratre nepos, cui ita stabilitum fuit regnum, ut nomine eius oraretur Bagdadi. Misitq; ad eum Chalifa fœdus Sultanatûs, vel, ut *Erpen*. vertit, *auctoritatem consignatam Imperii*, *Elm*.p.276. Mortuus est ex vulnere à Chawarzamo quodã. Josepho, ei inflicto, ut habet *Elmac*.p. 278.

278. Digna sunt verba eius, quæ mo
nus dixisse fertur, apud eundem; *Cu
neratus esset, dixit:* Nusquam unqua
tendi, nisi imploratoauxilio divino, ni
ce: *quin & hesterno die, cum ascendi
collem, contremuit terra sub me, à
tudine exercitus, multitudineque c*
(transiturus enim Gichonem fluvium, i
tatu suo habebat ducenta hominum mi
p. 278.) *dixique apud me:* Ego utique R
di sum, neque poterit quisquam bellu
movere. *Nec venit mihi in mentem,*
tia divina: *At veniam delicti peto à
ptimo Max.* Elmacin. pag. 278. Ex πρ
Φία ejusdem, *Olbarsalanus strenuus fu
stus, patiens, ingeniosus, sincerus,
in precibus, & eleemosynis, valde time
& propugnator religionis.* VIII. *Melicsia
laluddaulas*, quem pater moriturus militi
mendavit. Interpellavit quidem initia r
truus *Marabilus*, quem & armis in ordine
gere debuit. Quo capto, & nepoti addu
*bilitum fuit regnum Melicsiaho, ora
nomine ejus in suggestis Bagdadi, & in
bus regnis* Elmac. p. 279. Ab hoc *Giela*
pacem redemit *Isarus*, Damasci Domi
mac. 282. At frater eius *Nisus*, seditione

eum excitata, *spoliis, constuprationibus, immodico vini usu, in ipso templo sumto*, ita fratris exulceravit animum, ut superatum eum compedibus constrinxerit, castelloque cuidam includi iusserit. De obitu & moribus eius idem scribit Elm. pag. 287. Anno Chr 1092. Heg. 485. *excessit è vita Rex Gielaluddaulas Meliesiahus, fil. Regis Adaduddaulæ, Salghucides, eratque illorum Rex tertius. Imperium eius duravit 20. annos, & 5. menses. Quod ad mores eius attinet: erat Rex eximius, sapiens, liberalis, strenuus, præstans ingenio, sinceritate probatus, insignis pietate, diminuebat tributa, prohibebat ne iniuriæ fierent: & pontes, vias, fluviosque fieri curabat, & construi templum Bagdadi, quod templum Regis appellatur; nec non Collegium* Hanifæum, *propè sacellum Antistitis Abulhanifæ in via strata Bagdadi, illudque magnis beneficiis donavit; fora etiam & oppida construxit, & oppugnandis inimicis spolia multa consecutus fuit, compluresque victorias obtinuit, ita ut ab extremis Turcarum oris, usque ad nobilem* Hierosolymam (aut *Meccam*; nam & hanc *Domum sanctam* vocant Muhammedani) *& finem Iamana, Imperium eius extensum fuerit: atque*

hoc laudabili eius studio effectum fuit, ut itinera tuta forent, & rerum abundantia floreret; ipseque populo non timori tantùm, sed & magno terrori esset: compesceretur iniquus, & jus redderetur iniuriam passo. Neque mulier, pauper, aut quisquam iniuria affectus in judicium accedens dimittebatur, nisi causis eius dijudicatis. Fertur autem cum aliquando Tusum ingressus esset ad sepulchrum Alis, fil. Mosis, *visitationis gratiâ, interrogâsse consiliarium suum,* Netamulmelicum, *qui una cum eo erat, quidnam precatus esset, qui respondit, ut te Deus fratre tuo Niso victoriâ superiorem præstet, eo autem tempore rebellionem & bellum contra eum Nisus moverat: ipse verò, dixit, haud istiusmodi precatio mea, sed talis fuit:* Omnipotens Deus, si frater meus magis convenit Muslimorum saluti, quàm ego, victoriam ipsi de me concedas; si verò ego potior sum in commodum illorum, me illo superiorem reddas; *Elm.*p.287. IX. *Mahmudus*, filius Gielaluddaulæ. Petiit quidem pater superstes, ut Mahmudo regnum Bagdadi assignaretur; quia tamen quinque tantum annos, & 10. menses fuit natus, mater eius, *Barcana*, filia Terahi, è stirpe Afrasiani, Regis Turcarum, gubernation

fili

filii præfuit, utpote quæ consilio & prudentia pollebat. Inaugurationem ejus habet *Elmac.* p. 287. Insignis ei modestiæ laus tribuitur, *Ib.* Ambivit quidem regiam hanc dignitatem *Tagjuddaulas*, frater *Gielaluddaulæ*; sed, cùm repulsam à Chalifa Muctadæo pateretur, vi se ingerere voluit. Fratri etiam *Barciaruco* multi blandientes, adversus fratrem *Mahmudum* eum incitârunt, tum quòd propter ætatem ille esset inhabilis, tum quòd mulier imperaret, tum etiam quòd natu maximus esset. Accessit mors *Barcanæ* matris, quam studium partium inter amicos fuit consecuta. Unde *Barciarucus* auxiliaribus sociorum copiis adjutus Bagdadum contendit, urbem occupavit, fratremque *Mahmudum*, eiectum regno, in fugam coniecit, *Elmac.* pag. 288. X. *Barciarucus*, cuius Imperium Bagdadi stabilitum erat anno Heg. 487. *Elmac.* p. 290. confirmatur à Chalifa, & iure Chalifatus, solennibus adhibitis ritibus, donatus, patrui *Tagiuddaulæ* machinationibus se opposuit, eumque rebellione & contentione regnum turbantem, vicit & prostravit: unde eius non parum aucta est dignitas, confluentibus in dies sociis, *Elmac.* p. 290. XI. *Muhammedus*, Mahmudi & Barciaruci frater. Quibus artibus viam sibi straverit ad obtinendum regnum, recenset *Elm.* Hist. Sar. p. 293. Arte primò inaugurationem Bagdadi per legatos obtinuit; Marte verò contra fratrem defendit, victoriamq; idem confirmavit; *Elm.* p. 294.

[c] Ægy-

[c] Ægypto præerant hoc seculo I.Haker
& ipsum affectavit Chalifatum: non irri
tùm conatu, sed & magno suo, suorumqu
lo. Publico enim scripto *Cabirus Billa*; u
vimus suprà, se Chalifis Ægypti opposui
si hæreticis, & à posteritate Ali diversi
Elmac. p.257. Sororis, minis & turpiloq
ius irritatæ, insidiis periit. Homicidas, q
la subornavit, cùm in eum multi inquir
damnatos, accepto gladio, ipsa interfecit.
p.258. *Homo fuit malæ indolis, nulliu
gionis, inconstans in omnibus suis neg
præcipiebat rem aliquam, & diligent
in eam incumbebat, mox autem ab e
recedens, pari diligentia ejus destructior
debat: Ipse vicos noctu perambulabat, u
populus diceret, ageretque, intelligeret.
ornabat quoque vetulas, quæ ingressæ a
mines, observarent sermones eorum, e
ad ipsum referrent. Prehendit etiam m
quasdam, easque occidit, & per præcon
dictum promulgavit, ne mulier ulla dor
egrederetur, neque in tectum suum ascen
Vetuit quoque sutores calceos facere m
bus: unde populus gemuit, cumque gra
ma omnibus & molestissima esset oppre
ius, atque tyrannus in populum, clan*

ad eum direxerunt Epistolas signatas, quibus imprecabantur ei mala; resque eo devenit, ut facerent statuam mulieris è chartis impletis, eamque induerent calceis, & cingulo, & collocarent in via ad instar mulieris oppressæ, & manu sua tenentis libellum signatum; in quo erant omnis generis turpes detestationes. Cum autem transiret eam Hakemus*, non dubitavit, quin mulier esset oppressa, & accessit, ut libellum è manu eius acciperet, comperitque statuam esse, & legit libellum, invenitque in eo, quod admiraretur. Unde jussit incendi Mizram, civesque eius omnes interfici.* Vide *Elmac.* pag. 259. Ubi tenendum, quòd, cùm incendii illius author esset ipse, magnum tamen dolorem præ se tulerit, multisque se verbis excusârit, inscio se, effrenem militum turbam, cæde & rapina ita sævire, cùm ipse ubique animum iis addiderit, & ad pugnam eos accenderit. Id verò omnium erat indignissimum, quòd, teste *Elmac.* pag. 260. *stulti quidam & plebeii Deitatem* Hakemo *adscripserunt, eidemque obvio acclamârunt*: O Deus noster, ô vitæ necisque arbiter! Hoc iam insaniæ philtro corrupta erant hominum sedecim millia. Christianos & Judæos graviter afflixit, templa eorum diripuit, & Muhamme-

hammedicis Sacris accedere coëgit; *Id.* ibid. Iisdem tamen paulo pòst ad pristinam redeund religionem copiam fecit. II. *Alis Abulhasenius*, Hakemi filius, cognomento *Taheris*, *Laizazdinilla* qui Imperio fuit admotus an. ætat. 17. *Elm.* p. 260 Regnavit annos 15. obiit anno Christi. 1035 Heg 427. III. *Maubadus* Abutamimus, Mustansiro Billa, Taheri filius, qui ipso die, quo pater defunctus est, inauguratur, natus demum anno sex aut octo. Duo in eo rara observat. *Elmac.* quòd *eo nemo minor annis fuerit inauguratus*, p 266. &, *quòd nulli tam diuturnum contigerit Imperium*: uno excepto *Abdurrahmano*, Nasiro; Ledinillali, filius Mundiri, Ommiada, Imperatore Andalusiæ, cui utrique annorum 60 assignatur spatium, *Elmac.* pag. 167. Chalifæ etiam dignitatem aliquandiu tenuit. Anno enim 1058. *Basaseraus* Bagdadum fuit ingressus cum Labaris Ægyptiacis, quibus inscriptum erat: *Princeps* (vel *Pontifex*, utrumque enim vox Arabica significat, & ab ipso *Erpen.* pag. 292. sic redditur) *Maabudus* ‿*Abutamimus Mustansirus Billa, Imperator fidelium.* Unde & eiusdem deinde nomine oratum fuit in templo cathedrali; *Elm.* p. 272. Consensum etiam *Basaseraus* biennio pòst, à supremo judice, oratoribus item ac nobilioribus Hasjemidis extorsit, *id.* ib. Redit tamen ad Chalifatum operâ *Togrulbeci*, Caiimus Biamrilla; alter ad Ægypti regnum, quòd *Isarus* cogno

cognomento *Afsijsus*, ex improviso ita concussit, ut fugâ vitæ consulere in animo habuerit. Alcahiræ tamen & Saudanæ incolæ, conjunctis viribus & copiis, Isarum Ægypti limites deserere coëgerunt. Moruus est Mustansirus Billah, ann. Heg. 487. IV. *Ahmedus*, *Abulcasem Mustalî Billa*, filius Mustansiri Billæ, cui Roduvvanus, Fecharalmelicus Halebi princeps, ipsum etiam Halebi Imperium obtulit, modò auxilio veniret ad eripiendum fratri *Decaco* Damascum (de cuius amœnitate videatur *Elmac*. p. 292.) qua tamen conditione *Ahmedus* stare noluit: unde inauguratio illa revocata, ad Abasidarum familiam rediit.

[*d*] Chorasenem cessisse *Nasro*, filio Ahmedis Samanæo, diximus superiori seculo pag. 90. sub eiusdem seculi finem anno Christi. 998. eadem provincia erepta est *Abdolmelico* fil. Nuhi Samanæo, qui fu ultimus Samanæorum, à Principe *Mahmudo*, Jamanuddaula, fil. Sebectekini Indiæ Domino, *Elmac*, pag. 256. quo tamen mortuo in potestatem est redacta Salghucidarum, qui aliquoties fugató *Masudo*, Mahmudi filio, regno tandem sunt potiti; *Elmac*, p. 268. Fuit tamen *Masudus* Chorasanæ, & Mauratahahar Rex fortis, strenuus, bellandi peritus, subditos & regione prudenter administrans. *Elm*. p. 269. qui mortuus successorem reliquit fratrem, Soltanum *Muhammed*, fil. Mahmudi, quem mox nepos eius ex fratre, Maududus, filius Scidi, bello victum, occidit.

[*e*] Cui

[e] Cui expugnandæ deſtinatus erat *Mahmudus*, fil. Sebectekini, Indiæ Dominus appellatus, Elmac. p. 256. ſcripſit anno 1034. *ſe cepiſſe in India urbes multas, & occidiſſe quidem infidelium quinquaginta millia, at cepiſſe ſeptuaginta, ac ſpolia nactum eſſe, quæ plusquàm millies mille valerent aureos*, Elmac. p. 266. Succeſſores Regni Indici ſunt *Maſudus* filius, frater *Muhammed*, nepos *Maududus*, qui anno 1050. moriturus patruo ſuo. *Abdurrasijdo* Imperium commiſit. *Elm.* p. 271.

[f] Iraka gemina eſt, ſuperior & inferior, *Elm.* pag. 270. vel Barbarorum, Perſarum, Chaldæorum; & Arabum: *Iſta* auſtralis. *hæc* ſeptentrionalis, & Meſopotamiam, Arabiæ deſertum, Cufamq; verſus ſpectat. Vide Hiſt. *Timur*. p. 47. ubi utriusque mentio fit. Sunt qui *Arec* Moſis, & *IraK* Arabum pro iisdem habent, quæ tamen *Salmaſius* diſtinguit. Vide *Sulpit. Sever. Horn.* p. 26. In Lexico Syro-Arabico *Iſa, Bar Ali, Chaldoje*, Arabicè *IraKiun* vocantur IraKam Aghemicam, ſive Perſicam Bojitas armis cepiſſe dictum eſt ſuprà pag. 94. & 100. Atq; penes Bojitas iſtos Imperii ſumma hoc etiam ſeculo manſit. Legimus enim Iracæ præfuiſſe *Bahaiuddalam*, fil. Adaduddaulæ, Boiitam, qui obiit an. Chr. 1012. Heg. 403. Epilepſiâ extinctus, *Elmac.* p. 257. Regni anno 23. Succeſſorem habuit filium *Abuſugiaum*, Sultanuddaulam, quem & Chalifa, auctoritate ſignata ſcripta, confirmavit. *Elmac.* ibid. Moritur a. Chr. 1023. Schirazi

anno

anno Imp. 12. ætatis 32. Cùm ægrotaret, successorem designavit filium suum *Abucalangharum*, fil. Sultanuddaulæ, qui tum temporis in Churistana erat: ita ejus nomine oratum fuit. Duces verò deinde & milites, mutata sententia, orârunt nomine patrui ejus *Siarfuddaulæ*, filius Bahajuddaulæ. Unde *Abucalangharus* copias suas collegit, &, concursu facto, acriter dimicârunt, multis præliis, vicitque modò hic, modo iste. Tandem *Abulangharus* obtinuit Schirazum, atque ibi mansit. *Elmac.* p. 262. Abucangharum anno Imper. 4. mortuum filium excepit *Abunasrus*, Melecrahimus, de quo supra p. 434.

[g] Syria quam superiori seculo p. 90. paruisse diximus *Muhammedi Achschydo*, multimodè afflicta, suos sæpe mutavit Dominos, Metropolis præsertim ejus Damascus, quam *Darmusc*, quasi *doro Sumoco*, hoc est, *terram rubram*, in qua Adam formatus est, non malè Syri appellant; & Halebum, quod Hierapolis *Bellonio* est, Berroea *Gyllio*, Antiochia *villa novano*. De *Halebo* ab Ægyptiis antea occupato, *Elmac.* p. 242. ejusque Regibus tantùm loquemur. I. Est *Abulfadaijlus* filius Saaduddaulæ, filius Saifuddaulæ, qui initio seculi hujus obiit; *Elm.* p. 256. II. *Ali Abulhasenus*, & *Scherifus Abulmaalim*, Abulfadaijli filii, quos tamen paulò post *Luluus Charaghæus* ejectos in Ægyptum abire coegit. III. *Luluus*. IV. *Mansor Abunasrus* Murtadiddaulas, Lului filius, *Elmac.* ibid. V. *HaKemus* Ægypti regulus, ad quem *Fatachus*, cui

Măsor Abunasrus Kilabitis bellum illaturus, arcis Halebensis custodiam commendavit, defecit, oblato præmio tributi Tsidonis, Beryti, ac Tyri, *Elmac.* pag. 257. VI. *Kaĭdus Abu Schugia* Azizuddaulas, qui rebellione Halebi mota, imperio se ingessit; *Elmac.* pag. 258. quem an. Chr. 1022. famulus ejus, *Birus*, natione Indus è medio sustulit, qui, cùm initio, nomine Domini Ægypti, Halebo præfectus fuisset, ipsum sibi deinceps Imperium, & cognomen *Azizuddaulæ* vendicavit, *Elmac.* 260. VII. *Badrus Abulmunaghimus*, servus Manghubekini Turcæ, Mamlucus i.e. *captivus* Azizi, Domini Ægypti, & amicitiam ac familiaritatem coluerat cum Azizuddaula. Cumque *Azizuddaulas* imperio esset potitus, hic eum elegit & sibi assumsit, præfecitque arci Halebi nomine suo: unde &, eo occiso, imperium est consecutus. Sed cùm deinde advenisset exercitus Ægyptiacus, nomine Tahiri Domini Ægypti, traditum ei fuit Halebum à Badro. VIII. *Alii Abulhasenus*, Safiuddaulas, & *Saadus Iamanuddaulas*, minister, quorum ille urbis præfecturam obtinuit, hic arcis. IX. *Salihus*, filius Mardasi, à quo initium *Nobilitatis Mardasidarum*. Magno hic exercitu ex Kelabitis conscripto, urbem quidem expugnavit, arcem verò vicario Suleimani, ad deditionem compellendam reliquit: Eâdem ergo in Salihi potestatem redactâ, ab expeditione Balabecensi revertitur, Mausufum, qui in arce, Regis Ægypti nomine, sederat, occidit, omnia-

mniaque disponit. Atque sic ei omnis regio, inde à Balabeco, usque Ircam cessit. Mox tamen anno quarto in prœlio cum Buserino, Regis Ægypti Stratego, ad ripam Jordanis commisso cecidit: *Elmac.* p. 262. X. *Nasrus Abucamilus*, Sjabluddaulas fil. Salthi, & *Bamalus Abuulvvanus* Muazzuddaulas, qui, ut ex prælio incolumes elapsi, venerunt Halebum, dominium ejus obtinuerunt per societatem. Vertente tamen anno *Sjabluddaulas* in fratrem suum Muazzuddaulam irruit, eoque Halebo ejecto, solus Imperio potitur, *Elm.* 263. 269. Quo ipso etiam anno Regni octavo à *BuseKino Dariræo*, copiarum Duce in prœlio victo & occiso, frater ejus *Muazzuddaulas* Halebum rediit, illudque possedit: *Elmac.* pag. 269. Neque verò diu per Dariræum Turcam (de cujus origine videatur *Elmac.* Ibid.) qui Halebum cepit, ad gubernaculum sedere *Muazzuddaulæ* licuit: Mortuo autem Dariræo duce, tradiderunt Halebenses *Bamalo Muazzuddaulæ*, fil. Salihi Mardasidæ cui & stabilitum ibi fuit Imperium; *Elmac.* pag. 269. ad annum usque Christi 1057. tunc enim Bamalus Halebum Vicario Mustansiri Billæ, Ægypti Domino sponte reddidit; quam ille mox præfecturam esse voluit *Haseni*, *Macinuddaulæ*, fil. Alis, &c. *Elm.* pag. 272. Cui septimò statim anno opponentes cives quidam juniores, urbem *Mahmudo* Azzuddaulæ, filio Nasri, fil. Salihi tradiderunt: *Elmac.* p. 274. quam, bellis licèt impetitus, per annum tenuit; quo lapso,

Muazzuddaulas, qui sponte antea se abdicavit, in Syriam redit, opeque suorum *Mahmudo* fil. Nasri, Halebum eripit: *Elm.* p. 275. Mortuus an. Chr. 1062. honorificè à suis fuit sepultus in arce, *loco*, *Ibrahim* (sic vertit textum Arabicum *Elm.* p. 275. Erpen.) sed fortè melius reddas, *in colle loci Abrahami*, vel, *in quo stetit Abraham Patriarcha*: Hoc enim nomine vocari monet *Zambascha-ri* ad cap. 2. Alcor. tum lapidem cui impressa videntur pedum ipsius vestigia; tum locum, in quo tunc temporis lapis ille niger jaceret, de quo testis oculatus, *Ibn-Iuseph*: *Inclusus est nunc temporis lapis iste arcæ ferreæ in loco Abrahami: vidi eum ac osculatus sum eum, & positam mihi in eo aquam putei zamzam bibi; vidiq; pedis dextri vestigium depressius esse quàm sinistri, ac esse quasi caput super pastâ effigiatum, fuisseque digitos pedum ipsius longitudine digitis manuum pares*: Vide specim. Arab. Histor. *Procok.* p. 111.) *ac factus ei fuit tumulus, qui mansit usque ad tempora Regis Ridvvani, qui jussit eum dirui*. *Elm.* pag. 275. Rex fuit justus, liberalis & clemens: *Ib.* Successit ei frater *Atibus Abudavvaba*, Asaduddaulas, filius Salihi; sed prodiit contra eum *Mahmudus* Azzuddaulas, Nasri, fratris ejus, filius, regnoque cedere coëgit; *Elmac.* p. 276. Regnavit autem Azzuddaula Halebi, anno 10. Vir fuit honorabilis & laudatus. *Elm.* p. 280. Vita functo successit

cessit filius, *Nasrus*, qui à militibus ejus, Turcis, propè Halebum fuit occisus. Liberalitatis specimen edidit in Poeta, cui pro carmine mille aureos in paropside argẽtea dari jussit; *Elm*. p. 281. Unde & alii pellecti, idem tentârunt, ipsi quoq;, non quantum optabant, sed quantum postulabãt reportantes; *Elmac*. ibid. Eum Halebi sequitur frater *Sabacus*, cui molestus fuit *Tagiuddaula*, qui tamen Halebo expugnando minimè par erat: Ea enim laus *Staisuddaula*, filio Muslimi erat reservata: Hic quippe an. Ch. 1079. Halebo potiebatur, impetratâ prius à *Gielaluddaula*, Ægypti Domino, veniâ. Halebi, & Mausilæ Prrinceps factus, nondum acquierit; de Antiochia quoque invadenda cogitavit; sed prœlio superatus, Tagjuddaulæ, capiendę Halebi, totiusq; Imperii Syriaci viam stravit; *Elm*. p. 286. Occupato autem Halebo, Tagjuddaulas in Iracam contendere, bellumq; movere volens, victus à Barciaruco, cum Imperio, ipsam quoq; vitam amisit. Interfectus hæredem reliquit filium *Rodvvanum*, cognomento *Fecharolmelicum*, id est, *Gloriam regni*; quo cum Halebi substitit frater Decacus, Siemsulmolucus. Vide *Elmac*. pag. 291. Ad hunc *SubeKinus* Elhadimus, qui, nomine Tagiuddaulæ, arci præerat Damascenæ, perscripsit, ut eò veniret ad occupandum Damasci regnum: quod & factum est. Vide ℔. De *Ommiadis*, Hispaniæ Regibus paulò pòst quædam subiiciemus.

[*b*] Talis est familia I. *Mardasidarum*, ex quibus primus Halebi regnavit *Salibus*, fil. Mardasi, de

de quo Elm pag. 257. & 261. vide sup. p. 446. 2. *Almoravidarum*, Africæ Dominorum, de quib. *Tolet.* Hist. Arab. c. 47. & nos postea. 3. *Salghucidarum*. Et primus quidem ex iis inauguratus fuit *Muhammed Abutaleb Togrulbecus* (quem vitiosè *Zonar.* annal. t. 3. pag 203. ταγγρολίπιξ μυχάλετ appellat) cujus fratres erant *David Ghacerbecus*, *Firus & Arselanus*. Atque hi filii erant *Michaelis*, fil. *Salghuci*, fil. *Dacaci*: qui *Dacacus* fuit Turca, animosus, boni consilii: *Hic primus ex iis Islamismum est amplexus*: & Rex Turcarum consilio ejus utebatur, eumque sibi assumebat in bello suo inter Turcas. Moriens autem filium reliquit *Salghucum* jam adultum, cui & Rex Turcarum commisit Regimen exercituum suorum: Sed cùm deinde metueret sibi à clandestina internecione ejus, statuit eum interficere, quòd cùm *Salghuco* suboleviſſet, fugit ad Regem Ghabiæ, baronem Sahabuddavvan, abs que eo auxilium petiit, ad oppugnandam regionem infidelium Turcarum: unde is eum juvit numeroso exercitu: sed occisus fuit Salghucus ab infideli quodam in prælio, jam natus annos centum & septem. Filium reliquit *Michaelem*, cui liberi sunt nati illi, quorũ nomina supra commemoravimus. Commorabâtur autẽ in Mauranahara, & obediverunt isti *Michaeli* quã plurimi Turcæ, nullũ Imperat., præter eũ agnoscẽtes: cũq; contingeret, ut Princeps Mahmudus fil. Sebuctakini, Rex Indiæ, trajiceret fluviũ Gaihonem,

honem, opem laturus VVararchano, Regi Mauranaharæ, salutavit *Michael* Regem Mahmudum, qui miratus est animum ejus & strenuitatem, quodque familia eius morem ei gereret: & ab eo petiit, ut apud se maneret, fore ut cùm reverteretur, committeret ei Chorasanam defendendam contra hostes: at is id recusavit, unde iratus Mahmudus in vincula eum coniecit, & rediens, in iis detinuit: unde sequuti eum sunt milites *Michaelis* & familia eius, substiteruntque in planitie Chorasanæ. Postea vitâ excessit Rex Mahmudus, pœnitentiâ ductus, quòd Turcas, milites scilicet filii *Salghuci*, in regione sua reliquisset: metuens, ne locum suum occuparent. Mortuo autem Rege Mahmudo, filio SebuctaKini, regnum accepit filius eius Masudus Abusaidus, fil. Mahmudi, qui ex suis exercitum misit contra milites fil. *Salghuci*. Hic exercitus eos oppugnavit, & fudit, quibusdam etiam capitis. Hinc & *Michael*, fil. Salghuci obiit, iunxeruntque se Turcæ *Salghucidæ* filio eius, *Muhammedi Abutalibi*, cognomento *Togrulbeco*, qui oppugnans exercitum Masudi, fil. Mahmudis, eundem fundit, quibusdam capitis, & quibusdam cæsis: persecutusque eos est Tusum usque, quod oppidum, adortus, cepit. Atque id primum fuit oppidum quod in potestatem *Salghucidarum* venit: & in eo congregati Togrulbecus, ac milites eius id muniverunt. Deinde exierunt inde Naisaburum, & eo quoque sunt potiti. Rex autem Masudus

dus fugit in Indiam, & in regionem ejus penetravit, inque ea diu substitit, deserta Chorasana, quã Salghucidæ, gnaviter se in ea gerentes, subjugârũt & opibus spoliârunt: quòd cùm intellexisset Princeps Masudus, reversus est, sed bello eum petierunt Salghucidæ, & in fugam verterunt. Unde & Cajimus Biamrilla monuit atque hortatus est eos, ut regionem Muslimorum custodirer. Hinc adortus iterum eos est Masudus, sed illi & secundò in fugam turpem eos verterunt, & stabilitum fuit eis Imperium. Paulò pòst universa potiti Chorasana Bagdadi imperare cœperunt *Salghucida*, ubi & *Togrulbecus* ann. Ch. 1059. fuit inauguratus. Seriem successorum ex hac Salghucidarum familia habes supra p. 449. Placuit *Elmacini* verbis ex Hist. Sarac. l. 3. p. 267. prolixius Turcarum describere in Imperio Saracenico vires, hac enim occasione, ut fusè narrat *Zonar.* l. cit. Turcæ Orientem invaserunt, eundem in hunc usque diem infestant. *Togrulbeco* certè, Arabibus in Imperio distractis, rima patuit irrependi, atque ad eam, quæ in posteritate conspicua maximè fuit, gloriam grassandi. Vide etiam *Avent.* annal. l. 5. p. 588. *Platin.* Bened. 8. *Naucl.* Gener. 34. p. 149. qui perspicuè hac de re loquitur. *Geneb.* an. Ch. 1079. p. 585. 569. & 576. *Barõ.* a. C. 1049. 4. *Balinai*, (ita enim emendati habent codices) qui emersit an. Ch. 1090. quo invadere cœpit castella Barbarorum & Dilamæorum, i.e. Arabum, *Elm.* p. 286. Ejus mox partes plurimi sequeban-

bãtur, invitati sectæ, quã profitebatur, novitate. Cùm verò Imperium ejus cresceret, & feliciter procederet, interminatus ipsi fuit Rex *Gielaluddaulas*, & obedientiam ab illo exegit: *Cùmque legatus coram eo apparuisset, quosdam ex asseclis suis accersi jussit, & adolescenti cuidam ex iis annuens dixit: Interfice te ipsum, atque ita fecit: tum alteri innuit, ut ex arce se præcipitem daret, quod item fecit, & comminutus fuit, tum verò* Rex *Legato dixit: Ejusmodi 70000. subditi hac in me observantia feruntur, atque hoc tibi pro responso esto.* Reversusque fuit Legatus ad Regem, hoc ipsum commemorans illi, qui admiratione perculsus, eos missos fecit, & ob eos sollicitus fuit; diversa deinde castella oppugnârunt, & invaserunt, ex quibus erat castellum Alamura, quod pro potentiæ suæ præsidio, & Imperii sede habuerunt: *Elmac.* p. 286. 287. 4. Huc pertinent *Gazi* illi, qui Arabiam infestârunt, victi tamen ab Arabibus; *Elm.* p. 270.

[*i*] 1. *Bojitarum* Imperium, quod per annos duravit centum & septem, in *Abunasro* cessavit an. Chr. 1055. Vide *Elmac.* p. 270. 271. 2. *Cùm Mustansirus Billa* Ægypti Dominus, *Basaserai* Turcæ opera, Chalifa proclamaretur, Abbasidarum quoq; Regnum fuit interruptum, *Elm.* p. 273. Iisdemq; Ægypti quoque administratio erepta fuisset, si Rodwani, Halebi principis, Mustalis pactis stare voluisset; *Id.* p. 292. 3. De *Ommiadibus* sup. p. 90. di-

ctum est, Hispaniam iis cessisse. Eandem, seculi hujus initio aliquot ordine Imperatores (1. Isen. 2 Zuleman. 3. Isen. 4. Zuleman. 5. Ali. 6. Alcazim. 7. Hyahia. 8. Alcazin. 9. Mahomet. 10. Abderrahmen. 11. Mahomet. 12. Hyahia. 13. Idris. 14. Isen, qui vel continuò, vel diversis vicibus ita præfuisse narrantur, à Roderico Tollet. Hist. Arab. cap. 31. & deinc.) plurimis difficultatibus, & intestinis bellis vexatam tenuerunt, ad id usque tempus, quo confusum Hispaniæ Regnum Almoravidæ illis eripuerunt, qua de re *Roderic.* cap. 47. & 48. *Et illis diebus non fuit* Rex *in* Hispania *de genere* Aben Humeye (i. e. Ominiadarum) *sed unus quisque in loco cui præerat, rebellabat: Cordubenses autem, cum* Regem *alium non haberent, Monetæ, pannorum, & grammatum literas sub Isen nomine conscribebant*, & hic finis regni Cordubæ; quia ferè in singulis locis qui potuit dominium usurpavit, donec Monarcha Africæ, qui erat ex Almoravidis omnia occupavit. Cordubæ A*lguazilus* (Arab. *Alvazil.* justitiarius) *nomine Iahuar, filius* Mahomet, *post eum filius eius* Mahomet: Hispali *insurrexit judex quidam, qui* A*bulcazim dicebatur, & obiit an. Arabum* 433. *post eum filius eius* Habeth, *& obiit an. Arabum* 461. *Post hunc filius eius* Mahomet A*ben*Habet, *hic obtinuit* Cordubam,

dubam, *& alia loca plurima, & satis prosperè rexit terram. Postea Almoravidæ, qui sunt ex Barbaris de Lutinia, huic dominium abstulerunt cum in dominio durasset annis 33. & hoc fuit anno Arabum 484. Erat autem* Rex *Almoravidum Iuseph, filius Tessephin, & hic prædictum Mahomet* Aben Habeth *Aldefonsi* Re*gis, qui Toletum ceperat, an. Arabum 477. timore turbatus, contra eum Iuseph Aben Tessefin in auxilium vocavit, sed veniens, ipsum primitus captivavit deinde in campo Zalla, quæ prope Badalloz, cum* Aldefonso Rege, *acriter dimicavit. Iuseph autem Aben Tessephin, adeptus victoriam in Africam est reversus, & quia intellexit Vandalos* Arabes *multis dissensionibus minoratos, assũta maiori multitudine cisfretavit & totam terram Vandaliæ occupavit, & fuit* Monarcha *ultramarinus, & cismarinus, & duravit sibi huiusmodi Monarchia annis 55. ab an.* Arabum *484. usq. ad 539. annum, quando per* Almohades *dominium perdiderunt.* Hic Rex *Iuseph terram & populos custodivit, & omnibus justitiam conservabat, & eos, qui in particularibus præsidiis rebellarunt, tam diu infestavit, donec suo dominio subiugavit.* Hyahye *autem,*

dictus Alcadir *bille postquam* Toletum
diderat, *ivit Valentiam, quæ ad suum d*
nium pertinebat, & annis octo vixit ibi
& interfecit eum judex quidam, qui A
phat dicebatur. Postea cepit eam Rode
Didaci Campiator, & eo mortuo eam A
ravides occupârunt: Cæsar Augustæ, a
insurrexit Mundir, fil. Hyahye, *& post e*
lius ejus Hyahya *Almundafar: demum*
terra illa Christianis contermina, se red
Zuleman filio Hamat, qui Abenhut *diceb*
Hic *Zuleman fuerat Alcaidus Mundir,*
Hyahye, de quo diximus. Post Zuleman
us ejus Hamat *successit: post eum filius ei*
seph: post eum filius ejus Hamat, *cogno*
A*lmuztaim: post eum filius eius Abdelm*
post eum filius eius Hamat, *Cognomine*
mutazit: hic amisit Cæsaraugustam
confinia, quæ habebat, & Almoravides o
occupârunt, & in locis aliis alii rebellâr
quos omnes A*lmoravides subiecerunt. I*
rexit Murciæ *quidam Abderramen Abe*
xet, & tenuit eam, donec venientes Al
vides eiecerunt: Insurrexit Almariæ
bez Abdalla: quatuordecim annorum

cum insurrexit, & totam terram perdidit, præter Almariam, sed & eum Almoravides obsederunt: & insurrexit Granatæ Abdalla, *sed eam post modicum temporis Almoravides occuparunt & ita dicitur, quod eam ultimo acquisierunt. Post hoc Iuseph Aben Tessephin reversus est in* Marroccos, *quam* Barbari Almoravides in urbem regiam dilataverant, *& ibi statuerant caput regni. Isto mortuo* Aly, *filius eius successit in regno, & fuit inventus debilis, & ignavus, nec regni confinia defendebat: post eum regnavit filius eius, Tessephin vilis animo & virtute, & plus iniuriis, quàm defensioni patriæ insistebat, & quia videbat à regalibus actibus alienum, in eum ubilibet insurgebant, & ubique & quilibet rebellabant, & guerris indesinentibus infestabant, & ferè perdidit totum regnum, & hoc fuit anno Arabum 539. &c.* Fuit hæc ratio *Ommiadarum* in Hispania: In *Ægypto* eandem fortunæ aleam expertæ sunt familiæ hujus reliquiæ. *VValid* enim, Ommiades, Hakemum, Ægypti præsidem impugnaturus spe sua excidit, victus cum suis ab Hakemo, cujus ille dominium per menses aliquot iam turbaverat; *Elmac.* pag. 256.

III. Sed

III. Sed & ipsa quoque *Religio* Muhammedica, etsi à multis constanter fuerit retenta, verb s & factis [*a*] defensa, ad Turcas [*b*] insuper, & [*c*] alios propagata; variis tamen [*d*] hæresibus, ipso etiam [*e*] atheismo, ita seculo hoc legitur infecta, ut non minorem ex tot dissidiis acceperit cladem superstitio Saracenica, quàm Respublica ipsa.

[*a*] Hinc 1. *Eleemosyna*, quibus Muselmanni multum semper detulerunt, ἀφειδῶς erogantur à Cadiro Billa, *Elm*.p.263. ab Olbar Salano, Bagdadi Sultano, seu Principe; *Elmac*.278. vide sup. p. 436.2. *Precum* sunt studiosi. *id* ib. 3. *Pro Imperatoribus sub orant*. Exemplum in *Caijmo Biamrilla*; Elm. p. 266.277. *HaKemo*, Ægypti Domino, Elmac.257. *Basaserao*; Id.p.271. *Togrulbeco*; Id.p. 272. *Mustansiro Billa*; Id.p.273 *Mahmudo* pag. 287. *Olbarsalano*, Togrulbeci filio, *Elmac*. 276. *Melicschijaho*, Id. 279. Quoties enim vel ad Chalifatum alicui, vel ad Principatum, vel etiam Regnum accessus dabatur, toties precibus, pro tali fieri solitis, (ita enim phrasin illam, *& oratum est eius nomine in suggestis*, intelligo) subditi electionem ratam habebant. 4. *Sepulchra* Martyrum suorum *visitabant*. Sic *Gielaluddaulas* Tusum aliquando fuit egressus, ad sepulchrum Alis, fil. Mosis, visitationis gratiâ, *Elmac*. pag. 287. 5. *Timor Dei* multis proceribus tribu-

tribuitur; Cajimo, Biamrillæ, *Elmac.* 279. Olbarsalano, *Id.*278. 6. *Pro mortuis* etiam *preces fundebant.* Muctadis Billa, oravit pro avo suo, eumque sepelivit; *Elmac.*pag 280. 7. Operam dederunt, ut religionis suæ fundamenta rectè perciperent, quo nomine commendatur Imperator Muctadæus, *Elmac.*p. 289. 8. Saluti Muslimorum sua commoda & dignitates omnes posthabebant: Exemplum in *Gielaluddaula, Elm.*pag. 287. vide preces eius sup. pag. 438. citatas 9. *Providentia divina* omniumque rerum gubernationis assertores erant fervidi. Cùm Muazzuddaulæ, Halebi Domino, epistomium gutturnii ita, famuli incuriâ, in dentes fuisset impactum, ut unus ex iis in pollubrum decideret, non molestè hoc tulit, neque famulum hoc nomine punivit, dicens: *Decreto Dei hoc contigit, eiusque providentiâ.* 10. Modum supplicandi habemus apud *Elmac.* pag. 259. Cùm Mitsram Hakemus ascendisset, convenerunt in templo Cathedrali urbis, seniores populi ac primores, &, *elevatis Alcoranis*, gemuerunt cum fletu & supplicatione ad Deum Opt. Max. & scripserunt ad Hakemū, dicentes: Nos servi tui, &c. 11. Huc pertinet exemplum obedientiæ singularis, & obsequii, bruti magis, quàm hominis ratione prædîti, cujus jam ante p. 452. facta est mentio.

[*b*] Dacacus (de quo supra p. 449.) primus Islamismum fuit amplexus, quem deinceps posteri ejus, potentissimi inter Muselmannos

viri,

viri, exceperunt, in eodemque consta
hanc usque diem perseverant.

[c] Maximè sub *HaKemo*, Ægypti D
sub quo, ut ait *Elmac.* p.260. *multi* Isla
sunt amplexi; *sed*, *mutatâ deinde*
tia dedit eis, qui ad Islamismum *defec*
dem renuntiare, & permisit eis restaur
pla sua.

[d] *Dararai* præsertim & *Hamzai*, d
Hist. Orient. p.355. 356.

[e] Quo prolapsus fuit *HaKemus*, qui
beri voluit, ut dictum est sup. p.441. und
260. *Concurrebant in eo atheismus &*
Tales etiam censentur milites illi Nisi, *q*
legiis, *constuprationibus omnia infes*
Elm. p.285.

IV. *Scholas*, *Academias* & *Stu*
etiam seculo inter Arabes floruis
bitandum non est. [a] Præterq
nim, quod ipsi proceres literar
literatorum fuerunt amantissim
rigendis [b] ædificiis, eum in usum
natis; liberalissimi, ingenia etia
hæc produxit, à quibus [c] Ca
phia, [d] Poesis, [e] Medicina,
losophia, [g] Lexicographia [h]

Theologia Muhammedica, [i] Exegetica & [k] Scholastica, cultæ fuerunt, publicèque in [l] Academiis propositæ.

[a] Hoc nomine commendatur *Nasirus*, Halebi Dominus, *Elmac.* p. 281. vide sup. pag. 448. Sic *Muctadaus* & doctorum studiosus fuit, & ipse egregius versuum artifex; *Elmac.* p. 289.

[b] *Gielaluddaulam* Bagdadi, præter templum, quod *Regis templum* dicitur, collegium quoque Hanifæum, in quo Theologia ad Abu Hanifæ Methodum traderetur, extruxisse, habet *Elm.* p. 287.

[c] In hac quid, superiori seculo, præstiterit *Ibn-Mocla*, diximus suo loco; inventis tamen multa addidisse *Ebnolbovvabum*, ex *Ibn Chalican* discere juvat: *Non repertus est vel inter priores, vel posteriores ex Scribis, qui paria cum ipso fecerit, aut propè ad eum accesserit. Et quamvis* Abu Ali Ibn-Mokla *primus hanc scribendi rationem à Cufica transtulerit, & hanc literarum figuram in lucem protulerit, ideoque prioritatis gloria ipsi debeatur, ejusdemque Scripturæ summum elegantiæ gradum fuerit consecuta, tamen Ebnolbovvab eius rationem concinnavit.* Est hic Ebnolbovvab, Ali Abulhosain, filius Halal, qui vulgò *Ebnolbovvab Scriba* dicitur. Sunt interim, qui afferant, *Muhamme-*

 dem,

dem, *Abu Ali* istum, primum hujus Calligra
rationis authorem non fuisse, sed fratrem
Abdallam Hasenum, qui natus est anno Heg
denatus 338. Ebnolbowab verò obiit a. H
vel, juxta alios, 413.

[d] Celebris fuit *Ibn-Habus*, Nasri Poeta.
men ejus extat apud *Elm.* p. 281. Ibidem ali
etiam Poetarum fit mentio.

[e,f] *Geneb.* lib. 4. p. 569. Razis *Medicus*
rabs, sive Poenus, *qui ab aliis* Bachilo
A*vicenna etiam* Menaethun, Alma
Regi scripta sua dicat. De quo nos alibi. Συ
ν@ fuit *Ibn-Sina*, seu Avicenna, qui aliàs
Ali Alhosain, Ibn-Abdollahi, Ebn Sina, Alschaiχ
raijs (*quasi doctorem primarium dicas*; unde v
princeps insignitur) Medicus & Philosphus
gnis. Patria illius *Bochara*, in qua natus e
H. 370. Nondum decenni major literas h
niores, & quiquid scientiarum ad Alcota
tellectum pertinet, calluisse dicitur, & t
ἐγκυκλοπαιδείαν ante annum ætatis 18. absol
quo temporis spatio nec unam noctem
gram dormivisse perhibetur, nec inter di
is rebus, quàm lectioni vacâsse, cùm aliqu
intellectu difficile occurreret, ad templum
di istius solutionem à Deo precibus impe
rus, se conferre solitus. Obiit a. H. 428. anno
tis 58. *PocoK.* Specim. Arab. p. 362. Vide pl
Anal. nostris *Dissert. de usu Linguæ Arabicæ in T*

gia, *Medicina, jurisprudentia & Philosophia*. Huc, ex *Zacutho*, refert Calvis.a.Ch.1096. *Bengazelam*, qui multos libros de medicina composuerit.

[g] *Ismael Abunasrus, Ibn-Hammad, Gieubaraus* Turca quidem fuit natione, obtinuit tamen, ut apud Arabes *Sermonis Antistes* audiret. Author enim est celeberrimi illius Lexici Arabici, quod *Alzachach* (*sanum, sincerum, verum, probum* Arabica vox, notat) dicitur. Natus est in urbe quadam Turcarum tunc temporis *Pharab*, hodie Otrar dicta. Obiit, juxta Abulfedam anno H 398. juxta alios 393. adeoque initio hujus seculi.

[h] *Geneb.* initio hujus seculi notat: *Magiā publicè à Saracenis tū doctā fuisse: maximè Hispali.*

[i] In qua excelluit *Mahmud AbulKasem*, fil. Omar, fil. Muhammed Chovvarazmita, *Zambaschari*. Scripsit commentaria in Alcoranum satis prolixa, quæ ex Cl. D. Golii Indulgentiâ Leidæ habere licuit. Vocatur vulgò opus Alceschaf, id est, *revelatio*. Tomis constat 5. Natus est autor in *Zamachshar*, Chovvarazmi oppido a. H. 467. Ei *Ibn-Chalic.* testimonium perhibet, *quòd magnus fuerit antistes seu Doctor, in Exegesi Alcorani & Sunæ*. Commentarium ejus aliis omnibus præfert. Vocatus etiā fuit *vicinus Dei*, propterea quòd peregrinatione Meccanâ suam, aliis probaturus, devotionē, aliquandiu ad delubrū illud substiterit. Altero pede, quē in itinere quodā nimio rigore & frigore glaciali obsessum amisit, mutilus fuit.

[k] Insignis hujus seculi *Loquens*, seu *S*
tus fuit *Muhammed Abulhosein*, ben Ali, Baz
qui a. H. 436. obiit. Cur verò loquentium
Theologia Scholastica vocentur, rationem att
Pocok. Not. cit. p. 195.

[l] *Genebr.* ex Chronic. *Cassinens.* libr. 3.
Sub an. 1000. *Babylone insignis Sarace*
Academia, in qua disciplinæ, præserti
dicæ & Astrologicæ Chaldæorum, Ar
Persarum, Ægyptiorum, Iudæorum (al
dorum) docebantur.

V. Etsi mutui Muhammedano
Christianorum, & Judæorum vel
tis vel odii pauca seculo hoc occu
exempla [a] singularia, illud tame
tandum, quòd in Hispania nimia f
aritate ita coaluerint, ut nec ab [b]
rum conjunctione, nec ipso etiam
iugii vinculo abstinuerint. In *Æ*
Hakemus [c] Judæis pariter & Chi
nis, nimia sua insolentia, intolera
severitatem obtrudendi Islamismi
gionis [d] libertate mitigâsset. Q
Rege Mauritaniæ Sitifensis quida
bent, authoribus suis [e] relinquit

[a] Restrictionem hanc studio addimu

quo erga se mutuò animo fuerint tres illæ nationes religione & studiis diversæ, bellum postea probabit factum.

[b] Qua de re *Baron.* a. Ch. 1010. *Quod ad res Hispanicarum Ecclesiarum pertinet, cum in eas quoque ille pravus usus, ac planè execrandus illapsus esset, ut Episcopi armati certarent in acie, & quod nefas est amplius, pro Arabibus contra Arabes, ita secum bello civili pugnantibus Cordubæ principibus: certantes, Deo vindice, in prælio hoc anno gesto inter Zelumam & Almahadium, Principes Arabes, qui stabant pro Zeluma Episcopi, in ipso conflictu sunt occisi,* Arnulphus *Ausæ,* Ætius *Barcinonis, &* Otto *Gerundæ, victorque existens* Almahadius, *Corduba Rex, hoc anno regnare cœpit.* De his *Almahadii* & *Zulemani* præliis videatur *Roderic. Tolet.* Hist. Arab. cap. 33. 34. Nam & Zulemæ præter cæteros Christianos suppetias tulit *Comes Sancius*; c. 33. Almahadius verò *novem millia Christianorum* in suo exercitu habuit; cap. 39. præter alios, Comes quidam fuit Raymundus, cap. 35. Fœdus *Isen* cum *Sancio* Comite auxiliare initium, quibus constet conditionibus, habet cap. 37. Sed pergit *Baronius*; *Eo insuper detestando amicitiæ usu Christiani Saracenis conjuncti mutua inter se fœdera nu-*

ptiarum inibant, quod & Principes id facere non erubescerent. Nam qui regnabat Toleti Abdalla, filius ejusdem Almahadii, in uxorem accepit Theresiam virginem à fratre Adelfonso Legionis Rege invitam. Noluit tamen recutito uniri prius, quàm Christo nomen dedisset; quod facturum se promisit, sed non præstitit.

[c] Teste *Elmacino* pag 260. *Afflixit* Hakemus *Christianos & Iudæos, templa eorum diruit, eosque vexavit.* *Zachariam* Patriarcham Alexand. cum *Sausana Nubiensi* leonibus objici jussit, qui salvi tamen evaserunt. *Id.* p. 264.

[d] Ut suprà jam diximus pag. 441. Sic & *Calvis.* anno Chr. 1033. ex Cedreno refert, *quòd Amira Aegypti, cuius mater Christiana fuerit, persuasus à matre Imperatori concesserit, ut sepulchrum Christi, quod destruxerat ante 23. annos, readificetur.*

[e] Scribit enim *Baron*, anno Christi 1076. *Eodem anno, cùm ita status Romanæ Ecclesiæ Aquilonaribus ventis urgentibus fluctuaret, Rex Arabs, Saracenus, qui regnabat in Mauritania Sitifensi, cognoscensque primatum Petri, & Romani Pontificis super omnes Ecclesias principatum, mittit Romam Presby-*

Presbyterum, Servandum nomine, ab eodem Papa Gregorio Episcopo ordinandum; honoratque eum suis literis atque muneribus. Insuper, & quos habebat captivos Christianos, solutos vinculis Romam misit, &c. Hæc omnia unde habeat Baronius, nescio. Si ex sequenti Gregorii VII. Epistola responsoria, *Principatum Pontificis super omnes Ecclesias*, colligit, Cardinalis, aquam petit ex pumice. Scribit quidem Gregorius, *Anzirum*, Regem Mauritaniæ, Sitifensis provinciæ Christianos, *reverentiâ beati Petri, Principis Apostolorum, & amore sui dimisisse*; An vero Afer ille iisdem usus sit rationibus & verbis, nondum assequor; &, si illud sit, quid ad *primatum Ecclesiæ* Romanæ *super reliquas Ecclesias*? Huc accedit, quòd Muhammedanus fuerit Regulus ille Mauritanus, ut vel ex ipso Gregorii responso patet, qui quo loco habeant, tum ἀνυπόδθυνον illud inter Christianos Curiæ Romanæ judicium, tum alios Papatûs errores, haud obscurè disci potest ex iis, quæ breviter inseruimus *Thes. nostro Phil.* pagina sexagesima. Unum miror, Pontifici summo sequentia ad Muhammedis asseclam, hominem ἐξώτερον excidisse verba: *Nam omnipotens DEUS, qui omnes homines vult salvos*

facere, & neminem perire, nihil
quod in nobis magis approbet, quàm ut
post dilectionem suam hominem diliga
quod sibi non vult fieri, alii non faciat.
itaque charitatem NOS ET VOS *spec*
nobis, quàm cæteris gentibus debemus,
num Deum, licèt diverso modo, credimus &
fitemur, *qui eum Creatorem seculorum, c*
bernatorem hujus mundi quotidie laud
& veneramur. Ergò unum Deum haben
hammedani & Christiani? Apage hæc para
Theologica! Qui Filium non habent, nec P
habent. Si Christiani & Muhammedani s
lius, quàm cæteræ gentes obstrictæ sibi s
devinctæ? Si ad mutua amoris & charitati
cia præ aliis eos obligat & Natura & Scri
qui ergò fit, quòd vix 20. ab hac scripta E
la elapsis annis, & Gregorius, & Urbanu
terique Gregorii successores, classicum ta
riosè cecinerint ad invadendos, expugna
ad internacionem cædendos, in Palæstina,
bi obvios, Saracenos? Hanc ego ratioci
artem non assequor. Lege apud *Sigon.*
Matth. Par. Urbani orationem, quâ ad b
sacrum, quasi tubâ, torpentes Christian
animos excitavit, & an Gregorii blandit
terorum fervori, militis etiam tyrannidi
ferri possint aut debeant, judica ipse. Mal

men hanc Epistolam *Baronius* quòd Papæ primatui aliquid conferre crederet, communicare, quàm nobis justissimam hanc querendi & admirandi occasionem invidere.

VI. Fuerunt *bella* huius seculi contra Saracenos varia, cruentissima tamen & crudelissima numerantur, 1. [a] Intestinum, 2. [b] Turcicum, 3. [c] Barbaricum, 4. Christianum, tum [d] *Hispanicum*, tum *Asiaticum*, quod & *sacrum* appellari solet.

[a] Quod nec unius anni tantùm fuit, nec unius loci. De dissidiis *Orientalium* Saracenorum dictum est suprà. Sed & *Hispanicas* turbas enarravimus ex *Rod. Tolet.* Historia Arabum. Propius tamen accedemus, &, quæ singulorum seculi huius Hispaniæ Regum conditio fuerit, ex eodem paucis eruemus. Primus à *Roderico* c. 31. nominatur *Isen* (*Isa* puto, vel *Hoscin*) filius Alhaçan, cognomento Almuajiadbilla, cui tamen, propter annos juveniles, in administratione regni datus erat Alhagib, id est, *vice Rex* Mohamed Ibne, Iben Hamir, qui & Almansor, id est, *defensor*, quòd felix esset bellator, multisque victoriis inclytus, dicebatur: *Isen*. nomine duntaxat Rex erat Muhammed Imperio & authoritate, idque per annos 26. *quo spatio quinquagesies & bis exercitum Christianorum finibus superduxit, & eos multis afflictionibus coarctavit*: de quibus *Rodericus* prolixè

egit in Historia Gothica. Mortuus est initi
jus seculi a. Heg. 396. Successorem reliquit fi
Abdelmelic, cognomento *Almodafar* per ann
men[f].8 Quem mortuum excepit frater *Abde*
men, qui & *Sanciolus* per contemptum, diceb
homo nullius frugis, qui minis tandem a
obtinuit, ut Regni successor declararetur.
tamen, quem vitia reddiderunt intolerabil
medio sustulit Saracenorum pro Imperio
hinc ortæ Cordubensium lites acerrimæ.
tuo enim *Abderrahmano*, Almahadi cum du
cim aliis, *Isen* exauctorant, armisque ad dec
nem cogunt, utque ad Imperium admitti p
Almahadius, Christianum interfectum, Ise
milem, (ponè quem etiam mortuus locari v
it) populo ostendi jussit, qui arte hac dece
Regem suum honore regio sepeliri voluit.
que hinc voti sui *Almahadius* compos red
Adeò verò scelerate se gessit, ut in ipsius qu
plebis odium incurrerit. Unde alii emerg
porta fuit aperta. *Isen* quidam, cognomento
fautores & asseclas *Almahadii* lacessit, multo
interficit. Quo *Almahadius* irritatus facinore,
lium dat *Iseno*, qui postquam infeliciter pu
set, capite hanc luit seditionem. Neque tame
ctoriâ recenti *Almahadius* Cordubensibus
commendavit, quin Barbari quidam *Sulema*
Iseni nepotem regem eligerent. Alii tamen
bari *Maruban*, consobrinum *Sulemani* dep
bant. Verè autem consilium hoc consulto

pessimum. Capite truncantur Barbari isti, jussu *Sulemani*, omnes, ipse verò *Maruban* vinculis coërcetur. Sulemanus inducias cum *Sancio*, filio comitis Garciæ, Ferdinandi, Castellæ comite fecit, eundemq; pretio in suas contra *Almahadium* partes, pellicit; Atque hujus operâ *Sulemanus Almahadium* cæcidit, desideratis ex exercitu ejus Saracenorum triginta sex millibus. Hoc cùm animadverteret, & spes iam certa affulgeret *Zulemano*, obtinendi regni, *Isenum* latentem *Almahadius* protrahit, eumque populo commendat. Sed nihil proficit. Terrorem *Sulemanus* victricibus armis suis ita Cordubensibus incussit, ut de alio recipiendo rege vix auderent mutire. Unde *Sulemanus II.* Cordubæ Rex fuit. Paulò pòst tamen à vice Rege *Albameri*, suppetias ferentibus Christianis *Sulemanus* regno iterum cedere fuit coactus, postquam in prælio cum Barbaris suis, inferior extitisset. Atque sic ad *Almahadium*, cui & ipse *Isen* paruit, Imperium est devolutum. Vide *Roderic.* cap. 34. III. *Almahadius*, cùm invisum se esse, haud obscurè cognosceret, amnestiam Arabibus promittit & Eunuchis, qui hac ei conditione fidem stipulabantur constantem. Mox verò, velis versis, *Iseno* favent, eidemque *Almahadium* victum & vinctum sistunt, cui ille; *Tu es proditor DEI & mei, quia Saracenos interfici curâsti, & bona eorum amitti fecisti, & proditiones sæpè iterâsti:*

âsti; & fecit eum per Alvazilum statim decapitari, & reservato capite mandavit corpus à muro in plateam praecipitari, & Eunuchi, & alii frustratim dilacerantes, etiam in corpus exanime lanceas defigebant: caput autem fecit per totam civitatem in lancea deportari, etc. Roderic. cap. 35. Rediit hac occasione ad regnum *Isenus*, multùm à se ipso mutatus. Affabilitate enim morositatem; φιλανθρωπίᾳ μισανθρωπίαν expulit, amoremque sibi apud Cordubenses eum conciliavit, ut promto ei obsequio omnia sua consecrârint. Fuit Barbarorũ, qui pro *Sulemano* adhuc faciebant, direptionibus & incursionibus Corduba tum exposita, quàm à patria vim & calamitatem, fortitudine sua (captis primò, ne quod periculum sibi immineret, reliquis, qui Cordubae superstites erant, *Ommiadis*, Muhammedis posteris) feliciter propulsavit, *Santiumque* comitem, restitutione, sex, quae *Almansor* Christianis abstulerat, castellorum, foedere sibi, contra *Sulemanum*, junxit. Interea, Toletani quoque negotia creant *Isena* & molestias, eo quòd *Obeidallam*, Almahadi filium Regem suum esse vellent: Adeò verò hoc, *Isen* indignè tulit, ut aperto eos Marte ad officium revocarit; Obeidallam & vita, & Imperio privârit. Perrexit interim *Sulemanus* cum Barbaris suis Cordubam infestare, & devastare, Hispalim, & Calatravam: Quam miseriam alia deinde excepit, pestis gravissima,

vissima, & intolerabilis annonæ charitas. Proditione tandem *Sulemanus* Cordubam receptus rediit, Barbarorum eam libidini, quâ nihil relinquebant integrum, committens. Ipse Imperialem sibi, in Afram fugato *Iseno*, reddi petiit dignitatem, quâ per tres, hac vice, annos fuit potitus, resistentibus semper Eunuchis, qui & authoritate magni, & manu strenui, pro *Iseno* fortiter ubique pugnârunt. *Sulemanus* autem (posteaquam Hali, qui nomine *Iseni* Septæ urbi præerat, Rex Malachæ ab Eunucho Hayran; *Albomari* dicto, esset proclamatus, Granatensesque ei se adjunxissent, Murcienses item, & alii) cum Cordubensibus vincitur, cum Patre, homine probo & innocenti, trucidatur, regnumque *Ali* adjudicatur, à quo mox iterum secessionem fecerat *Hayran*, qui ad Ommiadas, si qui reperiri possent, axioma regium revocari voluit. *Roderic.* cap. 42. Variis tamen dissidiis rebellantium conatus in fumum abiit, *Hayran* disparuit, ipse verò *Ali* in balneo, Eunuchorum manibus, interiit. Successit ei *Alcazim*, qui Hispali tum morabatur. Prodiit paulò post *Hayran*, ut electionem *Abderrahmani Almortadæ*, qui Giennii habitabat, & ex Ommiadis superstes erat, urgeret: quam ubi extorsit, cum homine ingratissimo rem sibi esse, gemebundus debuit experiri. Vide *Roderic.* cap. 43. Cùm Granatam expugnare vellet, in fugam exercitus ejus fuit conjectus, ipse verò profligatus: quæ jactura

Cazi-

Cazimo & famam restituit, & facultates. Hispalim enim profectus, Rex mox iterum salutatur: Cordubenses autem nepotem Cazim, *Hyabye* nomine, hominem blandum, affabilem, & qui foro uti poterat, ad paucos dies regem suum agnoscebant; sed reduci non multò pòst *Cazimo* cessit. *Cazimus* verò à nepote suo *Hyabye* in compedes datus, Imperium amisit. Hispalenses, ad quos fugerat, ei substituerunt *Mahomethum*; Cordubenses verò *Abderrahmanum* Ommiadam, qui, cùm promissæ securitatis oblitus seniores in carcerem compegisset, ita civium irritavit animos, ut eum, in fornace latitantem, proripuerint, & (post unius mensis, & paucorum dierum, regnũ) morte mulctârint. Ei successit *Mohammed*, quem suspicio, quasi optima quæque & pretiosissima κειμήλια regni limitibus efferret, exosum reddidit; usque adeò, ut & hic post unius anni & quatuor mensium decursum succubuerit: Unde Cordubenses *Hyahye*, filio *Ali*, regis demortui, Imperium detulerunt: cui ab *Ismaële*, filio Habethi occiso surrogatus fuit *Idris* frater. Qua de re *Roderic.* cap. 45. Cordubæ autem præfuit *Isen* quidam alius à superiori, qui quum Vice Regi suo, homini crudeli administratione regiminis commisisset, omnium odia in se concitavit. Unde & Vice Rex occisus, Rex verò ipse solio fuit ejectus. Et quamvis omnia sursum deorsumque verterentur Cordubæ, voluit tamen Rex à suis eligi *Hymeja*. Periculosum esse ajebant, hoc conscendere

dere culmen! Sit, inquit, conjunctum cum discrimine vitæ. Unum mihi diem in perâsse 'at erit. Quid deinceps in Hispania factum sit,& quomodo *Almoravida* sui eam juris fecerint, diximus p. 453.

[*b*]De quo p. 449.

[*c*]Vide sup. confer quæ lit. *a.* hinc inde de Barbarorum contra Cordubenses tyrannide diximus.

[*d*] *Almansor* cum Christianis aliquoties pedem contulit, ut modo diximus; sed filius ejus in turpem ab eis conjectus est fugam; *Roderic.* cap. 31. Vide *Fortalit. fidei* lib. IV. consid. 9. p. 129. & deinc. anno Chr. 1016. vincunt Christiani, & capiuntur quinque Reges Saracenorum per *Rodericum.* An. 1019 vincunt Christiani,& occiditur *Almainon* Rex Saracenorum. Anno Ch. 1027. vincunt Christiani per *Rodericum* de *Vivar*, peremptis plurimis Saracenis: An. 1033: vincunt Christiani per Regem *Fernandum* Magnum, & capitur Viseum, &c.

VII. Bellum[*a*]sacrum Monachi[*b*]cujusdam; quem [*c*]hypocritam multi aperte vocabant & erronem, visione & instinctu[*d*]suasum, ab Urbano. II. in Concilio[*e*] Claremontano persuasũ, à plerisq;[*f*]Europæ regib. principib. Clericis & Laicis contra Saracenos, in propria

pria viscera sævientes, aliquot [g] itine-ribus susceptum; felicem quidem & o-ptatum habuit [h] progressum, eventum [i] vero longè infelicissimum. Unde ne quidem hoc seculo [k] conatus ille pro-bari omnibus potuit.

[a] Ita vocabatur, vel quòd propter expu-gnationem terræ Sanctæ, vel quòd à petionis in Papatu, plerumque sacris, Episcopis, Monachis, &c. susciplebatur. Vide *Sigon.* l.9.p.234. Vocatur etiam *Expeditio cruciata*. *Sigon.* loc. cit. *Signum eius fuit Crux è purpureo panno confecta, quam primus è Pontificibus Vrbanus salutaris in signum expiationis indulsit, vestibus super dextram scapulam affigendam. Vnde qui profecti sunt in eam expeditionem Cruce si-gnati, et ipsa expeditio* Cruciata *vocata est.*

[b] De quo supra p.377.

[c] *Vrsper.* Chron. pag. 227. *Petrum illum Mo-nachum multi postea* hypocritam *fuisse dice-bant.*

[d] *Sigon.* ad ann. Christi 1094. *Quibus ex rebus recreatus Vrbanus animum inde ad in-choatam Ecclesiæ Reformationem perficiendam et quod non tam ad pietatem insigne, quàm*

ad gloriam futuri temporis illustre, splendidumque erat, ad Hierosolyma, *quæ à Saracenis longo jam tempore tenebantur, recuperanda traduxit. Huius autem rei hæc est occasio præbita. Petrus quidam erimita, genere Francus paulò antè à sepulchro reversus, literas Simonis Patriarchæ Hierosolymitani attulerat, quibus ille damna, contumelias, suppliciaque gravissima, quæ Christiani sepulchrum Domini visitantes à Saracenis quotidie patiebantur, narrabat, atque ab eo auxilium perditis Christianorum rebus poscebat, quibus literis lectis, simulque Eremitæ sermone eadem in majus ornante commotus statuit, pro viribus bellum Saracenis inferre, atque Hierosolymorum urbem impiorum è manibus extorquere.* Habes occasionem!

[c] *Plat.* in Urb. II. *Concilio apud Clarum montem habito ita principes Galliæ ad recuperandam* Hierosolymam *à Saracenis jam diu occupatam animavit, ut anno salutis* 1084. *trecenta millia hominum nomen in militiam Christi dederint signumque crucis susceperit.* Papæ orationem, cæterorum assensum habet *Baron.* an. Ch. 1095. Sigō. l. c. & *Matt.* ar. pag. vigesima prima. *Geneb.* in Urb. II. totius

us historiæ summam ita succinctè exhibet: *Post orationem Vrbani in Concilio Claromontensi, instigatore Petro Hispano* (Helmold.) *Eremita anno Christi* 1096. *expeditio maxima facta est contra Turcas & Saracenos, militum* 60000. (Fucher. c. 4. ita Malmesb. qui tum vixit, numerat *sexagies centena millia*) *ad Hierosolymam recuperandam: quæ* 490. *circiter annis, postquam eam Saraceni occupassent, capta est*, 39. *die obsidionis anno* 1099. *& Idib. Iul.* (Æmil. ait. 4. NON.) *feria* 6. *hora, qua Christus mortuus est, ducibus* Godefredo Bilionensi. *sive* de Bullo Lotharingiæ Principe: Eustathio *&* Balduino *ejus fratribus*, Hugone Magno, *fratre Regis Francorum*, Podiensi *sive* Aniciensi in Arvernia Episcopo, Roberto *comite Normannorum*, Raymundo *comite Tolosæ* (*cum Gothis & Vasconibus* ait Fucherius) Boemundo, *duce Apuliæ, & infinitis aliis nobilibus.* Unde & monumento ejus marmoreo inscriptum fuit: *Vrbanus II. author expeditionis in infideles*; Onuph. Jam ante aliquid tentâsse Gregorium VII. habes apud Baron. anno Ch. 1074. Qui tamen impetus deferbuit.

[f] E La-

[f] *E Latini orbis provinciis*; scribit Genebr. *omnibus eò confluxerunt, exceptis Orientalibus Francis, Saxonibus, Thuringis, Bavaris & Alemannis, intestinis nimirum bellis occupatis* (*aut potius pietate carentibus*: veriùs; *sub specie religionis nefanda, scelera impunè patrare nolentibus*; Avent. annal.l.5. pagina 598.) *qui equitum peditumque turmas suum solum transeuntes ludibriis excipiebant, stultos eos appellantes; quòd sua temerè desererent, & aliena appeterent.* Nomina magnatum, cruce signatorum habet *Matth. Paris* pag. 22.

[g] *Vrsperg.* pagin. 227. *Christianis sub jugo Saracenorum gementibus, ut dictum est, ex omnibus penè terræ, sed maximè ab Occidentalium regnorum partibus tam regum & nobilium, quàm etiam vulgi utriusque sexus innumerabiles turmæ armata manu; subvenire statuentes sicut diversis agminibus*; ita diversis & incertis plerique ducibus properabant. *Primi namque Petrum quendam Monachum sequentes ad XV. mill. æstimati per Germaniam, indeque per Baioariam atque Panoniam pacifice transibant: quam plurimi verò navali per Danubium, vel per Ale-*

manniam pedestri itinere, *alii ad XII. mill. per Saxoniam atque Boemiam*, *à quodam Presbytero Folkmaro*; *itemque nonnulli à Goteschalco Presbytero per Orientalem Franciam ducti sunt*; qui plerique tamen in Panoniæ angustiis cæsi, cæteri in fugam acti sunt. Vide *Plat. Geneb. Sigon.* in rebus gestis Urb. II. *Avent.* annal. l. 5 pag. 589: *Calvis.* anno Chr. 1096. qui octo ordine, sed alio, recenset, iter Hierosolymitanum ingressos; quorum plerique infelices fuerunt. *Matthaeum Par.* sequitur Hist. Anglic. p. 23. Mirum, toties læsos, profligatos, inediâ & aeris intemperie consumtos, tam tenaces propositi alios perstitisse!

[b] De quo prolixè satis; & perspicuè scripserunt *Fucherius*, *Guiliel. Tyrius*, *Blondus* & alii. Epitomen suppeditat *Matth Paris* in Wilhel. II. p. 22. & deinc. *Calvis.* ab anno Chr. 1096. & deinc. *Vrsperg.* loc. cit. *VVolfg. Drechsl.* Hist. Arab. quem, quia hactenus in describendis cladibus Saracenis fuimus secuti, etiam hic breviter audire placet. Anno Christi 1096. Ex Hispania, Gallia, Anglia, Scotia, Dania, Lotharingia, Alemania, Burgundia, Lombardia, Italia, multi exercitus contra Saracenos in unum confluxerunt, animo exturbandi illos ex Hierosolymis, & tota terra sancta. Anno Christi 1097. Prædicti exercitus apud Niceam urbem, duabus stragibus fuderunt. Receptæ quoque sunt Eraclea & Tar-

sus

fus. Anno 1098. Chriftiani ex Antiochia expulere Saracenos, quam obfederunt menfibus undecim. Hoftium centena millia occifa, quod prælium commiffum eft quarto Cal. Julii. Anno Ch. 1099. in agro Hierofolymitano bellum à Chriftianis contra Saracenos commiffum eft, & Dei benevolentiâ, Saraceni victi, Hierofolyma à Chriftianis recuperata, Idib. menfis Julii. *Godfredus Bolionius* Remenfis, Lotharingiæ Dux, qui primus muros afcenderat, Rex Hierofolymorum à Chriftianis victoribus creatur: fed regni titulum, & infignia ideo fe nolle dixit, quòd indecens duceret, diadema aureum hominem peccatorem in ea geftare urbe, in qua Salvator Mundi æternus Rex, fpineam coronam fuam facratiffimo fanguine madentem geftaffet. Tradunt itaque, ei coronam fpineam effe impofitam. Eodem anno Saraceni, duce Chalifa Babylonio, cum centenis millibus equitum, & quadringentis millibus peditum contra Chriftianos paraverunt exercitum, Chriftiani autem quinque millibus equitum & quindecim millibus peditum victores extitêre, centum millibus virorum occifis, & Hierofolymis confervatis. Anno 1100. Godfredus Afcalonem cepit, magnoque auri pondere ibi potitus eft. Eodem anno Godfridus moritur, cui fucceffit Baldvvinus frater.

Sed & *Græcum* addere operæ pretium eft, belli huius fcriptorem, *Zonaram*, qui annal. t. 3. pag. 238. ita fcribit: εἶτα τὸ τῶν Φράγγων ἔθνος ἐκ τῶν

ἑσπερίων συγκινηθὲν αὖθις πρὸς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ὡς ἐκ ταύτης εἰς τὴν ἑῴαν διαπεραιωθησόμενον. ὧν τὴν συγκίνησιν θεοσημεία τις προεμήνυσεν· Ἀκρίδων γὰρ ἄπειρόν τι πλῆθος ἐκ τῆς ἑσπέρας τὴν γένεσιν ἐσχηκὸς, καὶ τοσοῦτον, ὡς νέφεσιν ἱπτάμενον ἀπεικάζεσθαι καὶ συσκιάζειν τὸν ἥλιον, διὰ τῆς μεγίστης τῶν πόλεων καὶ τῶν ταύτης ὁρίων τὴν πτῆσιν ποιούμενον, πρὸς τὴν ἑῴαν ὥρμητο, κἀκεῖσε κατέπαυε. περαιωθέντες οὖν, καὶ τῇ κατὰ Βηθυνίαν προσβαλόντες Νικαίᾳ, παρὰ τῶν Τούρκων κατεχομένῃ, σὺν χρόνῳ μὲν καὶ φθορᾷ πολλῇ ἑκατέρωθεν, τέως μέντοι τὴν πόλιν ᾑρήκασι, καὶ ταύτην μὲν πολλῶν ἀπέδοντο χρημάτων τῷ βασιλεῖ. οἱ δὲ εἰς τὸ πρόσω προὐχώρουν καὶ οἱ μὲν τὴν πρὸς τῷ Ὀρόντῃ εἷλον, σὺν μόχθῳ καὶ φόνῳ πολλῷ Ἀντιόχειαν, οἱ δὲ τῆς Ἱεροσολύμων μεγάλοις ἀγῶσιν ἐκράτησαν πόλεως, id est, *Deinde Francorum Gens ab Occidente versus Imperatricem urbem est profecta, ut inde in Orientem trajiceret: quorum motus portentus est denunciatus. Nam locustarum infinita multitudo ab Occidente orta est tanta, ut inter volandum nubibus aequipararetur, & solem obumbraret, urbe maxima & finibus ejus pervolatis quievit. Cum trajecissent Nicaeam Bithyniae, quam Turci tenebant, multis utrinque caesis, tandem vi expugnatam, magna pecunia Imperatori ven-*

ri vendiderunt. Deinde progressi ulterius, alii Antiochiam ad Orontem cum labore multoque sanguine ceperunt, alii Hierosoly*mitanæ urbis non sine magnis certaminibus potiti sunt.* Quid *Arabes* de hac expeditione posteritati reliquerint, breviter ex *Elmacino* percipe: *Anno* Heg. 492. (cœpit 28. Novembris, anno Christi millesimo nonagesimo octavo) *occupârunt Franci* (quo nomine Muhammedani omnes Christianos intelligunt Europæos, Græcis exceptis, vide *Ludov. de Dieu* commentar. in IV. Evang. pagina 240. *Selden.* commentar. in Pat. pagina 150.) *Hierosolymam cum maximis copiis egressi. Antiochia potiti sunt, & invaserunt Maarrannaaman* R*egemque eius occiderunt;* Man*sitque in potestate eorum usque ad annum quingentesimum vigesimum sextum. quando eandem eripuit illis Atabakus* A*lschahidus, cuius misereatur Deus. Inde progressi sunt Ramlam, eamque subiugarunt:* Ha*nc autem expeditionem susceperunt anno quadringentesimo nonagesimo primo, contendentes* Hierosoly*mam, cuius incolas pessima* (confer *Matth. Par.* pag. quadragesima sexta.) *clade subjugarunt. cumque eam occupassent, Iudaos, qui ibi erāt, in*

templo suo congregatos cremârunt. Muslimorum autem supra septuaginta millia mactârunt, & diripuerunt ex Zachra ultra quadraginta lampades argenteas, quarum singulæ pendebant ter mille sexcentas drachmas, præterea furnum argenteum quadraginta librarum, & supra viginti lampades aureas: permansitque Hierosolyma *subjecta illis, usque dum in libertatem vindicavit eandem* Rex Iosephus *Nazirus Saladinus, filius Iobi, cuius misereatur Deus; idque anno* 583. *ita ut in illorum potestate subsliterit per* 91.*annos.* Elm. Hist.Sarac.pag.293. Ex *Iudæis* videatur *Schalsch.* p.110.& *Zem.Dav.*P.2.p.71. b.

[i] De quo seculo sequenti.XIII.p.509.

[k] Teste *Vrsperg.*Hist. p. 219. maximè 231.& 233. Ex quo *Genebrardus*,ut modò monuimus,de Germanis hoc plerisque testatur. Neque verò laicos tantùm, sed clericos, hac profectione, satis ab initio infelici, scandalizatos fuisse, scribit p.233. Orientalibus minùs placuisse Francorum institutum, hinc maximè patet, quòd, quocunque poterant modo,non moram tantùm exercitui, negato commeatu, injecerint: sed omnium interitum peroptârint, ut scribit *Plat*, in Urb.II. De expeditione hac nos ita sentimus.

I. Aliud Papam in hoc bello spectâsse, Reges, Principes, &c. plebem aliud. *Ille*, unum hunc sibi

sibi præfixum habuit scopum, ut sub specie propagandi Christianismi, Imperii sui, & ἐπισκοπῆς limites, cum superstitione propagaret. *Hi*, ut tyrannidi Saracenicæ loca sacra eriperent, (zelo certè lati & impulsi magno, sed qui non erat κατ' ἐπίγνωσιν) & tutius deinceps sepulchrum Dominicum visitarent. Multos enim Christianos, illuc abeuntes, fuisse interceptos testatur *Matth. Par.* Hist. Angl. p. 5. *Baron. Calvis.* anno Christi 1064. Piraticam etiam exercendo, Italicam navigationem omnem penè ademerant; *Sigon.* anno Christi 1004. His igitur malis finem imposituri, nunquam id fieri posse rectius existimarunt, quàm ipso hoc tempore, quo vires & Imperium Muslimicum distractum fuit & attritum.

II. Nihil esse noctes Siculas ad cruenta illa bella, quibus non Europa modò suis ferè viribus exhausta fuit, sed & victores, propter immanitatem & barbariem victis evaserunt execrabiles. In sola Hierosolymitana expugnatione tantùm humani sanguinis fuit fusum, ut, si fides adhibenda sit *Roberto Monacho*, *corpora cæsorum unda sanguinis impellente natârint ac fluitarint*. Adeò ut ipsis victoribus tam horrenda sanguinis effusio horrorem incusserit; *Paris* p. 46.

III. Sub specie Religionis varia patrata esse scelera, ut ait *Aventin.* Non Judæos tantùm obv

os ubique ad supplicia rapientes; sed & Christianis Græcis molestias crebrò facessentes intolerabiles extiterunt. Unde, quos votis suis non posse domari viderunt, dolis & machinis insidiati illis sunt. Saracenos victos ita tractârunt, ut, quod à Cl. *D. Golio* audire me memini, mille potiùs obirent mortes, quàm Francis redituris se dederent. Diris suos devoturi, Francorum atrocitatem imprecantur.

IV. Sed, quemadmodum variarum superstitionum fabrica, ita & carcer reorum, & seminarium militiæ Papanæ fuit hæc expeditio. *Officina superstitionum* dici meretur, quia hujus occasione belli multa solertia humana dictavit, de quibus in sacris literis οὐδὲ γρῦ. Primò enim Urbanus II. Episcopos dimisit & Abbates, ad exhortandam plebem, ut quotidie preces ad S. Mariam Virginem à clericis fundantur, & salutatio Angelica multis vicibus recitetur, quas ut numerare possent, jussit clericos globulos ligneos cum funiculo habere, id quod postea ad plebem etiam pervenit, & funiculi cum globulis dicti sunt Pater-Noster, quòd Oratio Dominica etiam aliquot vicibus ad hosce globulos recitaretur; *Bar.* *Deinde* bellum hoc factum, ut promtiori animo susciperetur, *Indulgentiarum* comitatu nunquam destituebatur. Cætera taceo. *Carcerem* verò *reorum* voco, quia magnatum sceleribus non facile venia fuit à Papa concessa, nisi sub conditione adeundi Orientis, ibidemque Sa-

race-

racenos oppugnãdi. *Seminarium* tãdẽ *militiæ* Papanæ cruciati isti meritò cluent, quia deinceps etiam ubi in Oriente pugnare desitum est, semper aliqui Papæ restiterunt tyrannidi, contra quos *Cruciatos* suos Bullis & Indulgentiis armatos, in promtu ferè habuit. Vide ὁδηγῦ P. III. appendicem.

V. Bello hoc Christianos nihil obtinuisse, quàm quòd à victoribus paulò pòst Saracenis, & duriori pressi fuerint servitute, loci illius Christicolæ, & quòd ipsa fides Christiana, propter sceleratam coloniarum vitam, perpetua & perniciosa Principum dissidia, blasphemata fuerit. Hæc, ex variis variarum gentium & linguarum Scriptoribus de bello sacro depromta, succinctè notare placuit. Sed & aliæ Christianis expeditiones contra Saracenos seculo hoc feliciter cesserunt. Anno 1086. Pisani prosperè cum Saracenis in Africa depugnârunt. *Sigon.* l. 9. Iisdem se adjungentes Genuēses Piratis Saracenis fortiter restiterunt; an. Chr. 1004. Græci etiam sub *Georgio*, cognomento *Maniaco* Saracenorum fuso exercitu Siciliam recuperant, *Baron.* an. Ch. 1038. Henricus II. prima expeditione Saracenos Capuâ expulit: *Naucl.* ad anno Ch. 1013. De Bello Hispanico dictum est suprà p. 474.

SECTIO III.

De

GENTILISMO.

Occurrunt aliquæ adhuc Gentilismi reliquiæ in [a] Dania; & [b] alibi. Ad Christianismum, [c] pauci seculo hoc accesserunt, territis, dubio procul, cæteris tot inter Christianos dissidiis, & irreligiosa plerorumq; qui Antistites esse debuerunt, vita. Multi ad vomitum, & [d] avitos redeunt mores, Christianismi non modo pertæsi, sed & in odium eius conversi acerrimum. Unde novæ infidelium irruptiones, devastationes & persecutiones.

[a] *Olaus VVorm*, monum. Dan. lib. 6 *Nondum ex* Hi*storiis expiscari mihi datum, quo tempore Iemptelandia & vicinæ regiones ad Christum sint conversæ; Ex rebus gestis* Regis *Olai* Haraldi *(qui inter Divos tandem relatus, eo quòd convertendis ad Christum Norvvagis se totum dederit) constat, circa annum* 1020. *multos adhuc intra tractu Nidrosiensi fuisse,*

isse, qui Idolis sacrificaverint, & veri Dei cultum totis viribus excluserint.

[*b*] An Ch. 1003. Henricus Imperator Reges Gentilium in inferiori Germania, qui dicuntur VVindi, sibi tributarios fecit; *Sigeb.Fel.Fab.*Monach. Tigur. Hist. Suev. lib. 1. p. 91. ait, *Vindelicos, Suevis vicinos tempore adhuc Henrici IV. Idolis serviisse, & Fortunam adorâsse.*

[*c*] 1. *Hungari*, de quibus actum est superiori etiam seculo p. 127. Sed & in hoc tempus Religionis non levem incidisse mutationem, Scriptorum monumenta probant. *Sigon.* de Reg. Ital. lib. 8. *Annus inde millesimus decimus nobili Vngarorum ad fidem Christianam conversione nobilitatus est. Ejus rei faciendæ initium ab ipso rege est ductum: qui cum Giselam, Henrici* Regis *sororem, eximia specie virginem conjugio impetrare non posset, nisi sacra Christiana susciperet; ultrò ad sanctum lavacrum accessit, ac gentem suam pulcherrimi facti imitatione succendit.* Naucler. Gener. 36. *Anno Domini* 1047. *in regem* Hungarorum *Andreas coronatus est. Præcepit tunc* Genti *suæ sub pœna capitali, ut relicto paganismo* (de quo idem sub fin. Gener. 35.) *ad fidem Catholicam redirent, cœpitque ipse Catholice in omnibus vive-*

re.

re. 2. *Transsilvani*, quorum Princeps *Giula* à Stephano Hungariæ Rege Christianismo addicto, in prælio superatus, cùm uxore & filiis fidem Christi, sed invitus, ut asseritur, amplexatur: *Baron.* an. Christi 1002. *Geneb.* pag. 569. 3. *VVisigothos* rursum ad fidem esse conversos, ex Gregorii VII. literis colligit idem, an. Ch. 1081. 4. *VVandali* per VVigbertum à Cuttiberi Idoli cultu fuerunt revocati, *Geneb.* p. 568. 5. *Pannones* Christianam Religionem communiter & publicè, quidam recepisse scribunt: *Geneb.* p. 569. 6. Venedi ab Henrico victi Christo nomen dederunt. *Idem.* 7. *VVisteno*, VVagitorum princeps ex persecutore Christianus, *Id.* pag. 571. 8. Cegenes Dux Pazzinacarum (sic vocantur Gentes Græcæ XIII. vide *Bar.* a. Ch. 1049.

[d] Ut sunt 1. *Vngari.* Etsi enim capitis supplicium in eos Andreas Rex statuerit, qui Paganorum sequerentur ritus, mortuo tamen cùm Bela successisset, petiit ab eo plebs, concedi sibi ritu patrum suorum in Paganismo vivere, Episcopos & Presbyteros exterminare, decimatores suspendere, Ecclesias vastare. Rex stupens inducias rogat trium dierum. Veniunt tertia die plebium primores, responsum præstolantes; tum milites armati ex præcepto Regis irruunt in præpositos & Capitaneos; primùm illos ab alto præcipitantes, deinde invadentes plebem; & multis cæsis in tantum humiliaverunt, ut libera voce paganis-

mo renuntiârint; *Naucl.* Gen. 36. *Geneb* .pagin. 575.*Baron*.an.Ch.1066.*b.Sclavi*, de quorum defe-ctione videatur *Helmol*.c.24.alii ad an.C.1064.alii 1066,referunt.Ea recenset *Baron*.a.C.1012.sub Duce Saxoniæ Bennone,cujus avaritia gens Vuinulorum crudeliter oppressa, ad Paganismi necessitatem fuerit coacta. *c.* VVandali. *Munst. Cosmog.* VVandali & Sclavi interfecto Gotschalco duce suo, piisque omnibus,à fide Christiana jam tertio,ad Paganismum deficiunt,a.Ch.1065.*Cal.* anno eodem. *d.* In *Polonia* etiam nobiles quidam ægrè ferunt decimas dari Episcopis, censentque religionem Christianam esse onerosam, & Idola multò minore sumtu coli. Unde ingens seditio orta; *Calv.* anno Ch.1022. ex *Bar.* Sed profectò mirum non videatur illi, cui ex Historiis constat, adeò sumptuosa omnia fuisse, auro & gemmis micantia, ut non ad agnitionem Christi; sed ad splendida erigenda ædificia, altaria, &c. vocati miseri Gentiles dici possent. Cùm enim an. Ch. 1036. tempore interregni, incursantibus Bohemis & Rutenis Polonia in prædam cessisset, ipsa quoque Ecclesia Gnesensis, suasore Severo Pragensi, à Brzetislao Duce, spoliata fuit. *Inter alia imaginem crucifixi ex auro puro trecentarum pondo librarum; cum imagine CHRISTI pendentis in cruce triplicis ponderis, tres insuper tabulas primarii altaris ex auro purissimo gemmis*

orna-

ornatas ex ea Ecclesia sublatas fuisse, Pragamque translatas. Vide Bar.an.cit.e. Conrad. Vrsper. in Chron. pag. 218. *Magna cades à Luiticis in Christianos facta est; quorum quidam gladio quidam fugientes in aqua perierunt.* Avent. annal.l.5.pag.532. *Post hæc Cæsar* (Henricus IV. *Principes & Episcopi simul* Romam *pergunt. Dum talia in Italia fiunt, flagrans in Vngaria armorum flamma exarsit; multos mortales extinxit. Vgri bellis & incursationibus in alias regiones impetum facere assueti, atque inde ditati, quod eis per pietatem Christianam, & sub regibus Christianis non licebat; à Petro rege, simul & Christo deficiunt, cum Cæsarem longius, quàm ut auxilium ferret posset, abesse accepissent. In extremis igitur Vngariæ finibus coeunt, Andream quendam hac lege, atque omine, ut novum Crucifixi vultum explodat, veterem & avitam religionem restituat, regem salutant. Andreas avidus* Imperii, *qui aliter regno potiri non quibat; tunc quidem annuit. Fit Senatus consultum, Christus exibilatur; Dii gentis veteres recipiuntur. Proceres populusque* Hungaricus *huiusce conjurationis conscii, procul, procul ingeminant, à viris fortibus, garruli,*

li, imbelles, ignavi, meticulosi, effœminati, sacrificuli, cum semiviro grege, cum decimis & mendicis in malam crucem abeant, ad Teutonasque suos redeant. Templa deinde incenduntur, Sacerdotes, Monachi, Episcopi, præter tres, inter quos Divus Gerardus, advenæ, hospites, externi indigenæ, qui fidem regni servare, Christum abiurare recusabant, crudelissimè passim trucidantur. Vnus quoque Principum, Zaunico nomine perire maluit, quàm fidem violare, &c. Potitus quidem Andreas Ungariâ Christianismum restauravit, pluresque Deos colere capitale fore sanxit, sed quàm acriter ei obluctati fuerint plebeii, modò audivimus. Hæc persecutio, scribit *Bar.* anno Christi 1047. talis fuit, ut si diutius perdurasset, omne prorsus Christianitatis nomen in Hungaria abolevisset. Hi tamen Christiani fuerunt. De strage, qua Dani in Anglos sævierunt, ita scribit *Rogerus*, P. I. annal. Eodem anno 1011. *Danorum exercitus, vastata magna parte Angliæ, ad ultimum, inter Nativitatem S. Mariæ & S. Michaelis festivitatem, urbem Cantuariam circumvallantes obsiderunt. Vicesimo autem obsidionis die per insidias Elmerici Archidiaconi, quem S. Elphegus, ne morti traderetur, prius eripuit, pars civitatis in-*

cenditur, exercitus ingreditur, urbs capitur. Alii *ferro jugulantur, alii flammis consumuntur, plures quoque de muris præcipites dantur, nonnulli per verenda suspensi deficiunt; matronæ crinibus per plateas civitatis distractæ, demum flammis injectæ moriuntur, parvuli à matrum uberibus avulsi aut lanceis excipiuntur, aut superacto carro minutatim conteruntur. Interea Archipræsul Elphegus capitur, vincitur, tenetur, & variis modis affligitur, Ailmarus, Abbas Monasterii sancti* Augu*stini abire permittitur: capiuntur Godvvinus* Roffensis *Episcopus, Leonfrana Abbatissa* Monasterii *S. Mildrinæ, Estregus Regis Præpositus, Monachi quoque & clerici, populusque innumerabilis utriusque sexus. Exin Ecclesia Christi spoliata comburitur, grex Monachalis, & turba virilis, sed & muliebris, nec non infantilis decimatur, novem trucidantur, decimus vitæ reservatur: quatuor Monachis, & octingentis viris decimatorum summa perficitur. Ita sævierunt in Christianos Dani*, inquit *Baronius* anno Christi 1011. Erant, sine dubio, Dani illi vel Ethnicismo planè adhuc imbuti, vel Christi-

anis quidam admixti Gentiles, vel athei prorsus, qui, cùm superiori seculo Christo nomen dedissent, ex perniciosis præsentis ætatis collisionibus, deteriores fuerunt redditi, semine Christianismi penitus amisso. Clades etiam magna commemoratur Ecclesiarum Borealium, anno Christi millesimo decimo octavo ubi multa obtigerunt incendia, à populis Abotritis & Vuaris à fide refugis, & ad impietatem relapsis, facta. Brunus Magdeb. à Prutenis manibus pedibusque, & tandem capite truncatus, martyr Christi efficitur, anno Christi millesimo & octavo *Sigeb. Marian. Scot. Geneb.* Oddar cum 60. sociis martyrium etiam à Sclavis patitur, *Helmold.* Idem sustinet Wolfridus à Suecis, quod Torstam Idolum in concione concidisset; *Crantz.* lib. 4. cap. 8. Metropol.

SECTIO IV.

De

JUDAISMO.

Fuit Judaismo seculum hoc planè fatale. I. Variæ variis de [a] causis contra eos à Christianis excitatæ

 sunt

sunt persecutiones. Unde & religionis [b] mutatione, sed simulata, vitam nonnulli redimere sunt coacti. Ex Muhammedanis etiam non pauci [c] Judæos gravissimè afflixerunt; sedibus expulerunt, ad necem raptârunt. Rarò sunt reperti, sive [d] Christiani, sive Muhammedani, qui maledictæ Gentis curam susciperent; aut patrocinium. II. *Doctores* [f.] eorum, multis jactati infortuniis; & tum à [g] domesticis, tum ab exteris crebro vexati, pristinam dignitatem; Academiis in Babylonia [h] abolitis, Geonatu [i] sublato, in Oriente amiserunt omnem. Studia tamen aliqua, quæ in Hispaniam [k] migrârunt, inter Judæos floruisse, negare non possumus.

[a] Causam sævitiæ contra Judæos exercitæ, primam quidam ponunt, quòd Saracenos de expeditione sacra præmonuerint. Vide *Geneb.* pagina 59. Hinc clades illa, in Judæos Occidentales, de qua *Matth. Paris.* Hist. Angl. pag. 25. *Per idem tempus convenerunt ex finibus Occidentis ad ducenta peditum millia, & equitum quasi tria millia. Inter quos erant viri*

viri nobiles, &c. Hi omnes furiis incitati populum Iudæorum in oppidis & civitatibus, per quas eis erat tranſitus, quærẽtes multa ex eis millia obtruncabant. Et hoc præcipuè factũ eſt in Moguntia & Colonia civitatibus &c. Abb. Vrſp. Chron. p. 232. *Surrexit etiã diebus ipſis quidam vir militaris, comes tamen partium illarum, quæ circa* Rhenum *ſunt, Emicho nomine, dudum tyrannica converſatione nimis infamis, tunc verò velut alter* Saulus *revelationibus, ut fatebatur divinis, in hujusmodi religionem advocatus ferè duodecim millia ſignatorum ſibimet uſurpans ducatum; qui nimirum per civitates* Rheni, Mæni, *quoque Danubii deducti, execrabilem Iudæorum quacunque repertam plebem zelo Chriſtianitatis etiam in hoc deſervientes, aut omnino delere, aut etiam intra Eccleſiæ ſatagebant compellere ſinum.* Idem *Naucler.* habet Gen. 37. pag. 165. b. Periit tamen exercitus ille cæſus, & in fugam turpiter ab Hungaris converſus totus. *Geneb.* etiam hujus ex R. *Ioſeph* Sacerdote meminit ſtragis. *Anno*, ſcribit, *milleſimo nonageſimo ſexto, quo bellum ſacrum contra Saracenos concluſum fuit, Germani, priùs quàm in terram ſanctam i-*

ter caperent, Iudaeos vel necant, vel baptizari cogunt. Spirae & VVormatiae caesorum numerus fuit ad 800. Ibi plures utriusque sexus, sibimet ipsis vel uxoribus, liberis, amicis, necem intulerunt, praevento percussore. R. *quidam Eleazar, de interfectis lamentationem condidit. Moguntiae caesa sunt mille trecenti, sexaginta autem conjecti in carcerem. Ibi quidam Isac, filius Davidis, necavit duas filias suas, vespere Pentecostes, inde igne domum suam succendit: denique Synagogam, qua se ipse exussit. Coloniae domus eorum expilatae sunt, & libri legis calcati & lacerati die Pentecostes, quo lex data fuerat caelitus, & terra tremuerat. Ipsi verò in fugam coniecti. Mar Isaac, qui noluit fugere, in Ecclesiam tractus, quod imagines despuisset, probrisque ac conviciis affecisset, interfectus est. Similiter & mulier. Qui fugerunt, beneficio Cardinalis, latitârunt in septem pagis. Nisi, quod Colonienses irruentes in pagum Nozam, Samuelem, filium Aser, peremerunt, & duos eius filios ante ostium domus ipsius suspenderunt; Ibid. Vablazachi,* R. *Levi, ben Samuel cum tota familia, Domina Rachel senior,*

senior, R. Selomo sacerdos, & reliqui Iudai quotquot comprehendi potuerunt, necem subiere. Multi *consecrârunt suas manus (ut sic more Iudaico loquamur) se mutuo perimentes, vel in paludes urbi vicinas præcipitantes, ne à Christianis occiderentur. In medio aquarum filium suum collum denudantem* R. *Semuel, fil. Iehielis ense decollavit, ipso quidem patre benedictionem mactationi congruentem, præcinente, filio vero, Amen, respondente, & cæteris astantibus orationem,* Audi *Israel, concinentibus. Idem Ilanicæ contigit propè Coloniam. Nam primarii Iudæorum, sponte se obtulerunt ad mactandos cæteros, ne in hostium venirent manus, deinde se ipsi de turri præcipitârunt. Zamatæ, Miræ, Crapanæ, Gildæ, Treviris, Mezæ, Risboraci, Pragæ alii necati sunt, alii se propria manu sustulerunt: quæ persecutiones durarunt* 4. *menses ab Iiar scilicet*(i.e. Aprili) *usq; ad mensem Ab* (Jul.) *Sed* addit, *miser reticet veram hujus crudelitatis causam, quod Turcas præmonerent.* Et R. Gedal. in Schalsch. Jakk. p. 110 b. *Anno M.* 4856. *profecti sunt omnes fideles* (Christiani) *in bellum Hierosolymitanum cõ-*

tra Turcas, transeuntesque terminos Germaniæ occiderunt multos cœtus Israelitarum Spiræ, VVormatiæ, Moguntiæ, Coloniæ, Nozæ, &c. atque in aliis urbibus Germaniæ, *& Galliæ. Fueruntque persecutiones, afflictiones, cædes magnæ à mense Iiar, ad mensem* Ab. *Et, quemadmodum fama fert, ascendit numerus occisorum & suffocatorum propter sanctificationem* (nominis divini; ita Martyrium circumscribunt) *ultra* 5000 *animas. Avent.* in annalib. lib. 5. pagina. 589. ait: duodecim millia Judæorum in nostris regionibus cæsa fuisse, relatum in annales esse. *Ita paucis diebus post in* Hungaria *aliæ persecutiones motæ. Sic in plaga Occidentali convenerunt multi, ut ascenderent* Hierosolymam, *qui obvios ubique Iudæos trucidârunt, &c.* Videatur etiam *Baron.* anno Christi 1096. Sed & Orientales Judæos, Hierosolymitanos cum primis, in expugnatione urbis & Templi magno numero fuisse concrematos, diximus suprà.

Altera exacerbationis causa erat, perfidè procurata demolitio templi Hierosolymitani, de qua *Baron.* ex Glabro anno Christi 1009. *Hoc eodem anno contigit sacrosanctum Hierosolymorum templum per Babylonis Principem ster-*

ſterni, cujus occaſione ingens in Occidente facta eſt Iudaeorum ſtrages, cum eorum id patratum opera cognitum eſſet. Aurelianenſium in Gallia, qui cateris ſuæ gentis tumidiores erant & audaciores, hæc potiſſimum fuerunt molimina; qui Roberti *cujusdam fugitivi operâ uſi Babyloniæ Principi Hebraicis ſignificarunt literis, niſi domum iſtam dirueret, fore ut Chriſtiani catervatim mox confluerent, regno eum privaturi.*

Tertiam, contra Judæos Romæ excitatæ perſecutionis, cauſam recitat *Calviſ.* anno Chriſti 1017. *quòd nacti imaginem crucifixi Chriſti, in paraſceve ei, ut Chriſto olim Iudæi, illuſerint, eam flagellarint, & iterum cruci affixerint: deprehenſos proinde in facinore flagellatos fuiſſe.* Idem etiam apud *Baron* occurrit, qui, propterea *concuſſam eſſe* Romam *vi ventorum addit, & pene omnes Romæ incolas mortuos eſſe, tam Chriſtianos, quàm* Iu*dæos.* Quod mirum videri queat, cur innocentes Chriſtiani Judæorum facinoris ignari, ejus tamen luere debuerint indignitatem.

[*b*] Unde in *Schalſch. Kabb.* pagina. 110. b. legimus, *quod Apoſtatarum* (ita eos vocat, qui in Chriſtianorum tranſierunt caſtra: Heb. Mu-

marim; vide *Thes. Phil.* p. 14.) *numerus non potuerit iniri. Author Fasc. temp.* p. 72. b. *Iudæi multis in locis metuentes baptizantur.* Sed simulato tantùm Christianismo, rursus deserto Christo, ad Mosen fuisse relapsos, testatur *Avent.* annal. lib. 5. p. 589. Id quod verisimile est, præsertim, cùm Imperator Henricus, pacatis in Italia rebus, in Germaniam redux, Judæis non tantùm ritum priscæ religionis restituerit, sed etiam Moguntiæ eos, qui Judæorum opes compilârant, repetundarum postulaverit. Moguntinus quoque Archimystes (imò ipse Papa, ex quorundam opinione, *Vrsperg.* p. 218.) huiusce prædæ particeps erat: Ideò reorum patrocinium suscepit, convictusq; atrocitate cædis in gentem calamitosam commissæ, clàm discedit ad Turegos. Meminit etiam hujus privilegii, Judæis concessi, R. D. *Gans in* Zem Dav. p. 2. p. 71. b. monet tamen, *Imperatorium decretum non potuisse effectum dari.*

[c] R. D. *Gans* Zem. p. 1. pag. 52. *Diebus istis quidam maleferiati Iudæi* (prop. effractores Israel) *calumniis suis contra* Raf *Scherira, & Raf Ai tantum potuerunt, ut* Rex *Ismaelitarum eos comprehenderit, facultatesque eorum diripuerit. Raf Scheriram de una manu suspendit:* vide & *Iuch.* 125. a. Et pagina quinquagesima tertia. a. *Ezechias filius*

Davi-

Davidis, *Zachæi* (*Schalsch*. hakk. nepos Davidis. fil. Zachæi) *Aechmalotarcha constitutus est post obitum* R. *Ai*. *Post biennium verò eum comprehendit, omnesque domesticos ejus & cognatos occidit, ut non reliquerit, qui parietem commingeret: Duo autem filii ejus fugerunt in* Hispaniam; *atque sic Academiæ in Babylonia planè cessarunt*. De *HaKemi* in Judæos sævitia actum est superius.

[*d*] Cujusmodi fuit 1. *Henricus Imperator*, ut modò monuimus. 2. *Anthericus*, seu *Alericus*, de quo postea.

[*e*] Commendant præ aliis *Habusum* Granatensem, qui R. Samuelem Levitam consiliarium & scribam suum esse voluit. *Iuch*. p. 121. a. *Zem. Dav*. P. 1. p. 52. b.

[*f*.] Cujusmodi sunt I. *Aharon sacerdos*, qui, cùm esset mercator, propter divitias, Rector Pumbedithanus fuit constitutus; aliis cum R. Nehemia facientibus, *Zem. Dav*. P. 1. p. 52. a. II. *Raf. Scherira*, ad Geonatum promotus anno M. 4727. id quod ipse alicubi annotat Rector fuit *Firuz-Schaburatis* (locus est ad fines Nehardeæ, propè Babyloniam, *Zemach. Schalsch*.) ubi Judæi degunt nonagies mille. Cùm annos præfuisset 30. Rectoratum sponte cessit filio *R. Ai*, quem hac sede dignum judicabat postquā natus esset, annos 18. *Zem*. l. cit. *Schals*. 37. b. *Iuchas*. 125. a. Atque hinc

huc usque *Seboraeorum* & *Geonaeorum* Catalogum R. *D. Gans*, quem in Historia Judaica potissimum sequimur, pertexuit, ex R.Scherira: deinceps R.*Abrahami*, fil. Davidis, operâ usurus. *Diebus eius*, inquit R.D. l.cit. *evenit factum* R. *Mosis & filii eius*, *R. Enochi*, *qui inter gentes fuerunt captivi*, *sed à Cordubensibus*, *Hispaniæ incolis*, *redemti. Hispani autem in Talmude non erant exercitati. Abiit ergò* R. *Moses*, *seditque in angulo Synagogæ sacco indutus*, *simulans se hominem esse plebeium. Cum vero omnes iis constitutiones explicuisset*, *omnia dubia*, *& interrogata*, *quæ proposuerunt*, *eis solvisset*, *dixit* R. *Nathan*, *Princeps & judex Cordubensis*: *Non utique ego sum judex*, *sed ille*, *qui cilicio induitur*, *Doctor est*, *& ego ab hoc die eius ero discipulus*: *Et præfecerunt eum sibi iudicem magno ei assignato stipendio. Thalassiarcha autem* (*qui* Mosen *illum emerat*) *nolebat venditionem habere ratam*: *sed restitit hoc ei nomine* Rex, *multum lætatus*, *quod Iudæi regni sui incolæ deinceps non haberent opus Babyloniis*, ut tradunt R. *Abraham*, filius David, & *Author lib. Iuchasin*, qui prolixè hanc enarrat historiam, quam & nos, ne planè jejuna aut nimis sterilis sit seculi hujus Historia Judaica,

ex

ex eo repetemus. Ita illa ex pagina 121. a. habet: *Egressus est Cordubâ Thalassiarcha, cui nomen Bendemachin, quem misit Rex Ismaelitarum, in* Hispania, *Abdoldemachen Alnazer. Abiit autem Thalassiarcha iste infestatum naves Christianorum, & urbes Hispaniæ vicinas, & pervenerunt ad litus usque maris terræ Israel, & circuierunt mare Græcum, & insulas circumiacentes, repereruntque navim, in quâ quatuor magni sapientes: venientes illi ex urbe Badi, & ad urbem, quæ Sephastin dicitur, tendentes, sponsam introducere volebant. Subegit autem Bendimachin navim illam sapientesque in compedes coniecit. Primus erat* R. Chuschiel, *pater R. Hananael. Secundus* Rabbi Moses, *pater R. Enochi, quem cum uxore vinxerant, & filio,* R. *Enocho, qui tener adhuc erat. Tertius,* R. Schemariah, *fil. Elchanan. Quarti nomen ignoro. Voluit autem Thalassiarcha vim inferre & constuprare uxorem* R. *Mosis, quæ formosa admodum erat. Quæ clamans ad R.* Mosen, *herum suum, lingua sancta, petiit ab eo, utrum qui in mari perirent, undis suffocati, in resurrectione mortuorum reviviscerent, necne?*

Ille

Ille verò respondit : Dixit Dominus : Respondebo ex Basan, ex profunditatibus maris respondebo : *Quæ verba cùm audivisset, se præcipitavit in mare, in quo suffocata mortua est.* Hi *verò quatuor sapientes nulli hominum in mundo indicarunt, quæ conditio eorum esset, aut sapientia. Thalasiarcha autem vendidit eos, R. Schemariam Alexandriæ Ægyptiorum, unde in Ægyptum ascendit, & factus est Princeps: Chuschielem in Africa, ad litus maris: Inde ascendit Kirvvanum, quæ eo tempore munitissima Ismaëlitarum urbs fuit (vel provincia) in terra Occidentali, atque ibi quoque* R. *Chuschiel Princeps evasit, ubi genuit* R. *Chananaelem filium. Ipse tandem Thalasiarcha cum R.* Mose, *& filio Enocho Cordubam rediit, ibidemque eos vendidit Cordubensibus, qui eos redemerunt. Et similes se gesserunt plebeiis. Erat autem Cordubæ Synagoga, quæ Domus Explicationis dicebatur, in qua Iudex vixit, nomine* R. *Nathan, vir munificus* (vel, *probus, sanctus*) *valde; neque tamen Hispani versati erant in studiis Rabbinorum nostrorum f. m.* Acquiescebant in suis Midraschim, quas semel absolutas ab ovo repe.

repetebant. Atque hac ei occaſione via ad ſummos patuit honores, pro ut ex *Zemach David* modò monuimus, & in ſequentibus ab authore *Iuchaſin* ſubjicitur, quæ iterare nihil attinet. Conjugium filio ex celebri Peliagorum familia oblatum, Rabbinum reddidit honoratiorem. Vide *Iuch.* III. R. *HAij*, qui vivo adhuc patri *Scheriræ* ſucceſſit. Annos ſedit 39. *Zem.* aut 40. *Schalſ.* Author eſt multorum librorum. Tractatus ejus, inter alios ſunt, de Judiciis, juramento, emtione & venditione, pignore, &c. *Schalſch. Legem*, inquit R. *Dav.* pag. 52. ex *lib. Iuch.* pagina 125. a. *lucidiùs in Iſraele explicuit, quàm cæteri Geonæi omnes. Lucem eius ſecuti ſunt Tractatores Legis, ab ortu ſolis, ad occaſum eius. Vt ſimilem ex Geonæis prioribus habuit neminem, ita ipſe quoque in hoc ordine* (qui juxta R. *Scheriram*, annos duravit 448.) *fuit ultimus.* Idem ei teſtimonium perhibet *auth. Schalſch.* pagina trigeſima ſeptima. b. Adduntetiam, fuiſſe illum ex poſteris Zerubabelis, Schealthiel: quia verò ex quo tempore Iſmaelitarum Imperium obtinuit, Æchmalotarchæ principatum, inſtitorum inſtar, pretio conſueverint emere, noluiſſe parentes & maiores ejus his artibus ad illam graſſari gloriam, Geonatu contentos. Sigillo inſculptus erat Leo, inſigne vexilli Judæ, & Regem ejus. Calumniis ſuorum, ut ſupra, p. 500. dixi-

diximus, & pater *Scherira*, & filius *HAij*, acerbis fuerunt onerati. Mortuus est anno ætatis 69. IV. *R. Enochus*, R. Mosis filius, in Hispania. V. *R. Enochus*, R. Mosis filius, in Hispania. V. *R. Ioseph, ben-Satanas*, R. Mosis discipulus. Dissidia, quibus duo hi Judæorum doctores flagrârunt, noluerunt nos latere Historici apellarum ipsi. D. *Gans* P. 1. pag. 52. b. *Diebus* R. HAij, *Excellentis*, *fuit* R. Joseph *fil.* Satanas, (vulgò *Abithur* appellatur, qui Paraphrasim dedit Arabicam Talmudis *Iuch.* pag. 126. a. Gemaræ etiam, *Schals.* pagina 39 a.) *discipulus* R. Mosis, *capti*. *Sapientia & magnificentia elatus calcitravit contra R. Enochum, filium* R. Mosis, *Captivi, qui tum sedebat in solio patris sui. Et dissidia in cœtu orta sunt gravia, ita ut quotidiè exirent Corduba, quæ urbs* Hispanica *est, septingenti viri Israelitæ vecti septingentis curribus, omnes induti vestibus regiis, & operti tyaris seu tulipantis more Principum Ismaelitarum; erantque omnes cum* R. *Nathan, quorum etiam manus prævaluit, ut, dictis diris & inferiis, excommunicarent* R. Satanas. *Cùm autem opem implorasset* Regis, *dixit ei: Si Ismaelitæ ita in me insurgerent, quemadmodum tibi accidit, fuga utique me subducerem. Quin ergo fugis? Atque hoc consilium fuit secutus.*

Eadem

Eadem habet author *lib. Iucbaſ.* pag. 126. a. Exiit autem R. Satanas Hiſpaniâ, & ad R. Hai, itinere maritimo contendit. Et quamvis verò haud eſſet abſimile R. *Haji* non ingratum fore R. *Satanæ* adventum (ſimultates enim inter R. *Haji*, & quatuor illos ſapientes, quorum ſuprà meminimus gliſcentes, propterea quòd multum deceſſiſſet Academiis; & reditibus earum, per novos iſtos Profeſſores, nondum erant ſopitæ) eum tamen R. *Haji*, ne accederet, utpote excommunicatus, monuit. Damaſcum igitur profectus eſt, ubi etiam vitæ finem fecit. Interea verò partium ſtudia paulatim ſubſederunt, attritis iis, qui pro R. *Satana* certabant. *Inter quos* (nam & hæc ex *lib. Iuchaſ.* annectere placet) *duo erant fratres mercatores; acu pictores ſeu phrygiones, Iacobus fil. Gavi, & frater ejus Ioſephus, qui vice quadam atrium Eunuchi cujusdam regii, qui Tarragonæ præerat, ingreſſi, obſervârunt; accedere ſeniores Iſmaëlitarum ex provinciis ei ſubiectis, ut præſidem ſuũ deferrent. Attulerunt autem ei munus* 2000. *denariorum. Cumque loquendi initium facere vellent, iuſſit eos ſpoliari mox, baculis cædi, & in carcerem feſtinanter conjici. Palatio autem exeuntes in varias inciderunt foveas, tumque in unam earum* 2000. *illi denarii de-*

cidissent, clamârunt viri: sed nemo audierat eos. Subitò ergo duo illi fratres ingressi invenerunt nummos istos. Abeuntes autem consilium domi suæ ineunt. *Ecce, inquiunt, hanc nos pecuniam in palatio invenimus regio; Eamus igitur, & juramento stabiliamus, quod omnem eam in usus iterum palatii convertere velimus, dona videlicet & munera regi oblaturi.* Hac forsan ratione ab animabus nostris opprobrium hostium nostrorum amoliemur, & à Rege dependebimus. *Vacantes itaque arti suæ Phrygionicæ, vestes conficiebant pretiosas, & insignia Ismaëlitarum, quæ summitati vexillorum suorum affigunt, adeo splendida, ut similia iis non extarent.* Munusque obtulerunt Regi Hischiamo, & Manzori fil. AbiOmar, nutritio ejus, quo quidem Iacobus, fil. Gavi, Almansorem in sui amorem ita pellexit, ut diploma ei scripserit, quo præfecit eum omnibus Israelitarum cœtibus, qui sunt de Segelmessa ad fluvium usque Doirvana, quo regnum ejus terminatur, utq; iudex sit super omnes. Potestatem etiam ei fecit eligendi quemcunque vellet, imponendi tributum omne, & mulctam exigendi.

Con-

Conſtituit etiam 18. de ipſius Eunuchis veſtibus variegatis indutos; qui eum curru, ſecundo à regio, vectum comitarentur. Et congregati ſunt omnes Cordubenſes à puero ad ſenem, & unanimi eum conſenſu Principem elegerunt, ſcriptoque confirmarunt, dicentes: Impera nobis, tu, & filius tuus, & nepos tuus. Et permanſit in ſua magnificentia, miſitque legatum ad Raf, Rabbi *Enochum; quod, ſi judicare pergeret, ad triremes eum damnare & in mare præcipitare vellet: omnes etiam, qui contra Satanæ filium inſurgebant, reverſi ad ipſum, literas ei ſcripſerunt, ut Cordubam rediret; ſe enim* Raf *R. Enochum depoſituros, & eum ſubſtituturos.* His tamen fautorum ſuorum conatibus reſtitit *Ben Gav*, nolens Enocho, Phœnici ſeculo, & viro inter Judæos incomparabili (hoc enim ei teſtimonium tribuebat) faceſſere negotium. Conjectus poſtea ab Almanſore fuit in carcerem *Ben Gav*, propterea quod mitius tractaret Judæos, exactiones per fas & nefas non corraderet, muneribus eum non ſubinde demulceret atque adeò χρυσέοις βέλεσι animum ejus non expugnaret. Tranſegit in carcere aliquot annos. Tandem, à Rege Miſchamo (qui ſacra ſua peracturus, die

festo, Judæum detentum observans, dimitti eum jussit) vinculis solvitur, & ad pristinam dignitatem rediit, sed, deminutam valde & labefactatam. Mortuo autem *Ben Gav*, accessit R. Enochum affinis quidam ejus, è filiis Peliag. significaturus mortem *R. Iacobi*, fil. Gav; quo nuncio ita fuit consternatus, ut ejulatu & luctu tristitiam suam & ζυμπάθειαν, quàm gaudium testari maluerit. Cui adstupens filius Peliag dixit. *Veni, ut læta tibi nunciarem; obitum inimici: Tu verò amore hostium tuorum es fascinatus!* Respondit ei Raf: *Ego, afflictus, deploro sortem pauperum, qui solebant ad mensam eius accumbere. . . His quid cras erit faciendum? Si tu iis de victu prospexeris, cessabo flere.* Mihi *enim ad sustentationem eorum sumtus nulli suppetunt. Neque enim* Raf, *propter singularem sanctimoniam, multum inhiabat facultatibus, nolens utilitati suo consulere in gloriam Legis: Vnde vita eius ærumnosa fuit.* Mortuus autem fuit R. Enochus an. M. 4775. ante obitum Rabbi Haii annis tredecim. *Et quamvis munera sua Academiis non offerrent Synagogæ Orientis, & Occidentis, propter ea quod sapientes illi multos fecerint discipulos, & doctrina diffusa esset per totum orbem, soli-*

ius

tus tamen fuit Raf. R*abbi Enoch aſcendere, ut ſingulis annis abſolveret legem die feriato ultimo, feſti, & aſcendebant cum eo principes illius ſeculi, oculi cœtus. Et anno* 4778. *aſcendebat pro more ſuo, adiunctis ſociis, veſpera illarum feriarum: Arca* (currus) *autem vetuſtate trita confringebatur, & deciderunt; & fractis vertebris mortuus eſt, poſt quam multos reliquiſſet diſcipulos, legemque publicè docuiſſet.*

V. *Mar Abraham*, Kabſaus, de quo in *Schalſch.* p. 38. ex *Sepher Aruch, quod futura cognoverit ex motu foliorum arborum, eo etiam die, quo ventus non ſpirabat, tectis ſidone arboribus. Atq; hæc*, inquit, *ſapientia celebris eſt.*

VI. *Rabbi Schemuel*, Levita, ſcriba & conſiliarius Regis *Habuſi*, Granatenſis, per annos ſeptem quibus elapſis ἐχειροτονήθη Dux, à filio Regis Habuſi. Multa hic præclara fecit in gratiam Iſraelitarum, ſumptus ſuppeditans ſtudioſis in Africa, Ægypto, Palæſtina, urbe ſancta, ad Academiam uſque Babyloniæ, *Zem. Dav.* Prolixè de hoc Rabbino, ejus pro Judaiſmo cura, benevolentia, qua Palæſtini (ita vocant Arabes) enim ſunt proſecuti, ſcribit *Zacuth.* p. 127. a. Multos ſuis ſumtibus libros juſſit deſcribi, quos eorum deinde uſibus conſecravit, quibus per cur-

tam domi supellectilem nullos licuit emere. Biblia præsertim & Talmud, quod literis sacris idem autor annumerat.

VII. *Rabbi Schemuel* Levita. fil. Hophni Haggaon; Author multorum librorum, de Emtione & venditione, &c. Quatuor annis *R. Haij* mortem antevertit.

VIII. *Ezechias*, fil. Davidis Zachaides, Æchmalotarcha constitutus post mortem *Raf. Haij*. Vertente biennio Rex prehensum eum cum tota familia occidit: Duo tamen filii, fugâ elapsi, in Hispaniam secesserunt. Atque sic Academiæ Babylonicæ finis est impositus. *Zem. Dav.* 53. *a. Scha.* 38.

IX. *Ben Nephthali*, & *Ben Ascher*, celeberrimi illi Masorethæ, (de quib. in *Thes. Phil.* pagina 107.) hoc etiam tempore vixerunt. *Zem. Dav.* l. c. Ita etiam sensit *R. Gedal.* pagina trigesima octava. a. *Hoc*, inquit, *tempore, meo iudicio, fuerunt duo sapientes magni, qui dissentiunt in multis vocibus legis, & accentibus earum, vocantur Aharon filius*, R. *Moseh ex tribu Ascher: &* Rabbi *Moses, filius Davidis, ex tribu Nephtali.*

X. Huc tandem pertinent *Iachiada* illi, de quibus R. *Gedal.* in Schalsch. pagina trigesima nona, ipse quoque ex eadem familia oriundus: *Tempore* R. *Scheriræ, Excellentis, supra* me-

memorati id eſt, a. M. 4756. fuit vir quidam ſapiens, potens & dives è Nobilibus Iehuda, & fortè etiam ex ſemine Davidis, dilectus valde Regi Portugaliæ, &c. Nomen illius viri Iudæi erat Raf *Don* Iachiia, *Ibn-Iaiſch; quem conſtituit* Rex *præfectum domus ſuæ, & Dominum omnium poſſeſſionum ſuarum, ſolum ſibi* Rex *Anthericus* (ſeu Alericus: hæc nonne ſub *Alphonſo* potiùs evenisſe credenda ſint, qui propterea *à Greg. VII.* quòd ad publica honorum munia Judæos promoverit, cenſurâ fuit notatus, *Bar.* anno Chriſti 1080. viderint alii) *reſervabat ſolium. Fuit autem, prout legi in Chronicis, Anthericus primus* Rex *Gothorum in Hiſpania tempore Conſtantini, qui eorum amplexus eſt fidem; &* S. *Silveſtri, Papæ* Romani; *Atque hic Anthericus, primi illius nepos* (nugæ!) *eſt. Ab hoc vero principe poſteritas Iachiadarum nomen habere cæpit. Diebus eius reperiebatur adhuc Genealogia familiæ eius pura, quæ erat ex ſurculo Iſai; poſtea verò amiſſa eſt præ multitudine perſecutionum, migrationum & exiliorum, quæ in illis partibus obtigerunt. Et mirifice benefecit Iudæis omnibus. Mortuus autem eſt ſenex, ſatur dierum anno M. 800.* (ſecundum nu-

merum minorem) *& luxerunt eum omnes Israëlitæ. Nam propter eius obitum abolita sunt Academiæ multæ, urgentibus persecutionibus, quas de novo excitarunt Ismaelitæ, & præcisum est stipendium annuum, quod ex terminis illis afferebant ad duas Academias. Solebat enim Dominus ille exigere & mittere oblationes illas voluntarias, singulis annis; quod Deus in bonum ei cedere velit? Princeps hic Don Iachia post se reliquit Don Iehudah, filium, qui in solio eius successit. Verum*, Rex *deiecit eum throno patris, neque ei favebat, stabatque è regione nullam ei nisi exiguam hospitalitatem* (aut reditum) *concedendo. Princeps verò Don Iehuda, Iachiades, duos reliquit filios, Nomen primogeniti erat sapiens ille magnus, Don Ioseph, Iachiades* (cujus paraphrasin habemus in Prophet. Daniel. cum translatione Const. L'Emper.) *qui tertiam constituit ætatem ab initio hujus familiæ nostræ.* Hic *autem, maiestatem principatus detrectans, animum suum ad studia applicuit, neque palatium regium ingredi voluit. Discipulos multos constituit, multos etiam libros composuit, in specie Explicationem Gemaræ, qua nunc, propter peccata nostra,*

care-

caremus, accedente longa temporis intercapedine, & exiliorum frequentia. Hic ſumptibus ſuis Synagogam illam erexit magnam, quæ eſt Vliſſiponæ. (Filius eius, Don Sche*lemoh, ante nos fuit; de quo ſuo loco.) Nomen verò alterius filii fuit Don Iachiia, qui occupavit ſedem patris ſui, politicus magnus, amatus inter Iudæos omnes, & Principes. Conſtituit autem domum ſuam in auxilium rupis: parum enim abfuit, quin prorſus periret, propter afflictiones Iſmaeliticas.* Addit deinde quædam de ſigillo ſeu inſignibus Jachijadarum geminis unde originis ſuæ regiæ rationem aliquam conſtare ſibi volebant. Vide *lib.* ipſum. Magnas tum multasque fuiſſe Judæorum in Hiſpania calamitates, ipſe *Ioſephus Iachiades*, initio comment. ſuorum in Danielem monet. Subjiciam ejus verba, quia pleniorem Genealogiam nobis ſuppeditant. *Ita infit ſervus minimus* Ioſephus *filius Domini mei* R. *Don* (L' Emp. *Herois*) *David, filii Ioſephi ſancti, filii Davidis, filij Solomonis, filii Principis Davidis, filii Gedaliæ, filii Solomonis, filii Raf* Ioſeph*, filii* Iudæ*, filii Domini Don Iachijæ, ex nobiliſſimis Iehudæ, dominantibus in exulem populum* Hi-

erosolymorum, qui in Hispania vivit Vlyssiponæ, quæ civitas est, eaque metropolis regni Lusitaniæ. Attente consideravi miseriam populi mei, filiorum Israelis, *qui in regionibus extraneis has civitates inhabitant, quique attollunt oculos suos ad montes Dei, ut auxilium redemtionis petant à Deo, quia is proximus est redemtor. Consideravi, inquam, quod cum longa spe clamarent: Quando advenient consolationes Dei? Parum abfuerit, quin pedes eorum nutaverint in fide Dei: Nam expectabant iudicium & ecce plaga: Ecce etiam quivis eorum è fovea cadebat in laqueum, et assidue eos circumdabant, et cingebant angustiæ, quæ sunt animæ expiratio, capitaque eorum et corpus afficiebatur scabie, etc.*

[g] Confer quæ sup. p. 505. dicta sunt de R. *Satanas*, & R. *Enocho*.

[h] Unde in *Schal.* pagina 38. *Post eos* (Geonæos & Rabbinos huius seculi, quorum seriem suprà dedimus) *cessarunt Academiæ Sorana et Pumbedithana; denegatum iis fuit demensum eorum, quod annuatim accipiebant ex* Hispania, *Occidente, Africa, Aegypto et Palæstina.* Accidisse hanc calamitatem post obitum Don *Iachiæ*, fil. *Iais*, quem variæ Ismae-

maelitarum exceperint perſecutiones, modò ex p.39. *Schalſch.* monuimus. Apud Perſas autem in Pherus-Schabur Judæos literas publicè docuiſſe, conſtat ex *Zem. Dav.* P. I. p. 52. vide etiam *Geneb.* l. 4. p. 572.

[i] In Rabbi *Haji*, *Schalſch.* pag. 39. a. *Zem. Dav.* P. I. p. 52. vide ſuprà pag. 505. Geonatui ſucceſſit Rabbanatus, *Schalſch.* l. cit. *Geneb.* p. 572. *In R. Ezechia deſierunt Geonim*, i. e. *Iuriſconſulti Talmudici*, &c. Conſtanter tamen Heb. Geonæorum limitem ponunt R. *Haij*.

[k] Id quomodo factum ſit, repeti debet ex Hiſtoria R. Moſis, ſup. p. 501. allata.

[l] Qualia ſunt 1. *Talmudica*, quæ ex Oriente migrârunt in Hiſpaniam. Atque hinc in 400. annos literæ Hebraicæ florere cœperunt in Hiſpania, ubi præcipuum Judæorum Gymnaſium, decreſcente propter Iſmaelitarum perſecutiones, Babylonico. R. *Ab. Lev.* in Kabb. & ex eo *Geneb.* anno Chriſti 998. 2. *Poetica* quidam volunt à Judæis in ſeculo hoc fuiſſe exculta. *Tunc*, ſcribit *Geneb.* anno Chriſti milleſimo & trigeſimo, *in Hiſpania R. Selomo, quem Baal* Haſſirim Haſſekulim, *i. e. Magiſtrum canticorum dimenſione certa conſtantium vocat* Aben *Eſra Gen.* 3. *floruiſſe videtur. Nam eum, ait, refutâſſe quaſdam opiniones Raf Semuel, filii* Hophni, *qui tunc vivebat in Babylonia. Ita circa iſta tem-*

tempora, Poëtica Hebræorum, quæ hodie usurpatur è Jathed (i.e. Iambo) *&* Tenuoth (*i.e. spondæis & syllabis*) *cum rythmis initium sumsit*. Quicquid sit, ab Arabibus versus suos condere didicisse Judæos, certò statuendum puto. 3. *Astrologica*. R. *Isaac* charus fuit Regi Saracenorum Almehmad. Astrologiæ nomine, in qua ille, ut in disciplinis Græcis, erat versatus, *Geneb.* a. Christi. 1062. 4. *Lingua & studia Arabica*, in quibus excelluit R. *Schemuel Levita*, Apothecarius primò, deinde consiliarius Habusi. Vide *Iuchas*. p. 127. a.

SECTIO V.

SEV

Συμβίβασις.

Quatuor seculi huius Συμβίβασις tradit: I. Ecclesiæ Romanæ, lethaliter [a] diu ægrotæ, eam [b] amplitudinem defuisse, & externum apparatum, quem veræ Ecclesiæ notam Doctores eius esse pertinaciter contendunt. II. In Pontificibus ipsis turbatam esse [c] successionem. III. Nationes non [d] pau-

cas

cas & Ecclesias, Reges & Principes; Papæ Imperium & iugum vel excussisse planè, vel saltem in multis ei contradixisse. IV. Tantò luculentiorem, fidei[e] dogmatum aliquot; haberi assertionem, Reformatis Ecclesiis congruam; quanto longiùs ab exemplo Apostolicæ Ecclesiæ, Romani recesserunt.

[a] Carol.Sigon. de Reg.Ital.lib.8.pag.203. *His actis; Clemens, ipso annitente* Henrico, *quod assiduis iamdiu piorum omnium votis exposcebatur, insignem ac memorandam inprimis labentis Ecclesiæ Reformationem aggressus est; qua nulla aut opportunior unquam, aut maioribus difficultatibus impeditior fuit. Quippe Ecclesia Dei graviter iam propè per ducentos annos ægrotans, & multa, & ea valida, remedia requisivit; usque adeo, ut ad extremum ne ignem quidem & ferrum, quæ ultima insanabilium morborum sunt medicamenta, repudiârit.* Confer Bar. anno Christi millesimo octogesimo primo. p. 553.

[b] Id quod aliquot tum Paparum, tum Scriptorum Papisticorum querelis planum faciemus.

mus. Urbanus II. ad expeditionem suscipiendam sacram Reges, Principes oratione gravissima compellavit, cujus hæc ex *Matth. Par.* pag. 21. sunt verba: *Post lapsum Angelorum, Deus terram in tres partes* (nobis quatuor nunc innotuerunt) *scilicet Asiam, Europam & Africam distinxit, & homines ad reparationem damnorum supercœlestium in eis constituit, ut sibi famulantes, dictas mundi partes, cum creaturis universis, dum viverent, possiderent, & post mortem cœlestia sine fine regnaturi, conscenderent regna. Sed, heu! ut paucis dicam, cum temporis decursu omne genus humanum, à præceptis divinis per inobedientiam, & delictorum abundantiam à Deo descivit, ut inter homines non inveniretur, qui faciat bonum, nec saltem usque ad unum. Ecce enim mundi latitudo Paganis infidelibus Dominum blasphemantibus, & ligna lapidesque colentibus plena scatet et abundat, qui, nec citra pudorem paucorum, qui adhuc supersunt, Christianorum, Syriam, Armeniamque, ac postremo Asiam minorem (cuius provinciæ sunt Bithynia, Phrygia, Galatia, Lydia, Caria, Pamphilia, Isauria, Lycia et Cilicia) occuparunt. Illi insuper alteram Asiam,*

siam, id est, tertiam mundi partem quasi nidum inhabitant hereditarium, qui a maioribus nostris, duabus residuis partibus, & tractuum longitudine, & provinciarum magnitudine, non immeritò, par esse æstimata est, ubi olim Apostoli omnes, præter duos, mortes suas Domino consecrarunt: ubi iam Christiani, (si qui supersunt) scelestis illis vectigal solvunt. Præterea Aphricam, *alteram orbis partem, ducentis iam annis, & eò amplius, armis possessam detinent; quæ dudum terra præclarorum fuit nutrix ingeniorum; quæ in literis divinis omnem à se infidelitatis errorem detersit, ut con''at cunctis, qui literas norunt Latinas. Tertium mundi clima est Europa, cuius quantulamcunque partem nos Christiani inhabitamus, quam & Turci & Saraceni bellis premunt continuis, & iam ab annis trecentis Hispania & insulis Balearibus subiugatis, quod reliquum est, spe devorarunt; Illyricumque & terras omnes inferiores incursitant insolentes usque ad mare, quod brachium sancti Georgii nuncupatur. Quid?*

quod

to, Romanos videlicet, Longobardos & Northmannos (sicut sæpe illis dico) Iudæis & Paganis quodammodo pejores esse redarguo. Viderit ergo Bellarminus, quàm rectè inter Ecclesiæ Catholicæ notas referat, *amplitudinem sive multitudinem, & varietatem credentium*, quæ hoc seculo penè expiravit. Callidè hoc supprimit Cardinalis, qui, postquam operosè probare instituisset suam de Ecclesiæ amplitudine hypothesin, pisce magis mutus est, ad hanc ætatis delapsus periodum. In cæteris tumet & turget: hic σκελετὸν videas, quòd ossibus vix hæret. His verò artibus quàm benè consulatur Papatui, judicent ipsi. Consule *Bellarm.* de Not. Eccles. libr. IV. c. 7. *Sed hæc fortasse, &c.*

[c] Ipso fatente *Geneb.* a. Ch. 1007. *Turbata fuit hic legitima successio, ut olim in Synagoga sub Antiochis, paulò ante Macchabæos.* Quid ergo κορυβαντιᾷ idem Bellarminus, qui inter veræ Ecclesiæ notas, *Successionem Episcoporum in Romana Ecclesia ab Apostolis ad sua usq; tempora deductam*, ponit?

[d] In *Oriente* Græci, ut dictum est suprà. Quibus adde *Sigon.* lib. 8. a. 1053. *Hoc tempore Ecclesia Constantinopolitana rursus à Romana defecit, propter principatum, quam ipsa sibi arroganter ascivit, Constantino Imperatore Mi-*

chaelem Patriarcham temerè primariis honoribus onerante. In Occidente I. *Humfridus* Archiepiscopus cum sede Apostolica litigat. *Sigon.*lib. 8. p. 205. Humfridus Apuliæ Comes, Ecclesiæ fines invasit, ut ne ipsis quidem templis ac Monasteriis abstineret, *Ib. Henricus,* Humfridi in Archiepiscopatu successor, antecessoris vestigia secutus cum Romana Ecclesia decertavit. *Ib.* II. *Mediolanensis Ecclesia* jam pridem Romanæ Ecclesię auctoritate relicta, præceptis ejus haudquaquam obtemperavit, *Id* a. Ch. 1058. & a. Ch. 1059. *Petrus Damiani, Anselmo, Episcopo Lucensi assumto, legatus* Mediolanum *perrexit. Ibi pro dignitate receptus causam legationis ad eos sua in concione exposuit. Ea cognita postridie rumor in civitate à factione clericorum excitatus, increbuit, Ambrosianam Ecclesiam antiquis Patrum institutis liberam, nec Romanis legibus obnoxiam esse; neque Pontificem Romanum jus ullum in sua Ecclesia ordinanda, atque constituenda habere. Itaque sublato clamore raptim undique à tumultuantibus ad Episcopium concurritur, campanarum strepitu, ac prægrandis tubæ clangore urbs tota completur, ac mors legato ab omnibus intentatur. Accenderat autem invidiæ flammam, quòd Petrus pridie*

in

in conventu præsidens ad dextram sibi Anselmum Episcopum constituerat, à sinistra verò Vidonem Archiepiscopum sibi assidere mandârat. Plat. in Stephano. IX. *Mediolanensis Ecclesia à* Romana *ducentis ferè annis se subtraxerat.* Ita Naucl. Gener.36.p. 155.a. III. *Anglicana.* Baron. anno Christi 1079. *VVillielmus,* Rex *Angliæ Episcopos omnes prohibuit, ne se conferrent ad limina* Apostolorum. Matth. Paris in Willel. II.pag. 17. scribit: *Dicebat* Imperator, *sui officii esse, quem vellet Papam eligere, nec erat alterius* Apostolicum *etiam nominare.* Rex *VVillielmus allegavit eandem rationem, quod nullus Archiepiscopus, vel Episcopus regni sui, curiæ* Romanæ *vel Papæ subesset, præcipuè cùm ipse omnes libertates haberet in* Regno *suo, quas* Imperator *vendicabat in Imperio.* Et p. 8.refert, *inimicitiis à* Rege Archiepiscopo *denunciatis, per internuntios, ei denuntiatum esse, non alia ratione pacem cum* Rege *illum redintegraturum, nisi protestaretur cum juramento, quòd* Vrbani *Papæ non amplecteretur mandatum. Sed paucis post modum elapsis diebus, venit in Angliam VValtherus* Albanensis *Episcopus, Archiepiscopo pallium ferens, qui*

Papam Urbanum Regi Willielmo reconciliavit. Anselmus itaq; accepto pallio rursus à Rege Papam urbanum visitandi licentiam exigens, tale fertur accepisse responsum: Quod si cæptis desisteret, si propositis Evangeliis promitteret, se nec Apostolorum limina visitaturum, nec pro quovis negotio Romanæ sedis audientiam appellaturum, tunc & suis, & rebus suorum cum omni tranquillitate posse uti & frui, & regni majoribus in omni donatione præesse: sin secus ei visum esset, trajicere quidem liberum esse, sed inconsultè id facturum, nullam enim revertendi spem in posterum ei futuram. IV. *Romana*: Multi enim Romæ Henricum contra Papam sequebantur; *Baron.* a. Ch. 1094. V. *Gallicana*, in iis præsertim, quæ jure obtinere videbatur, à quibus ne latum quidem recedere volebat unguem: Lege Epistolam *Ivonis*, Carnotensis Episcopi; apud *Baron.* a. Ch. 1099. p.m. 672. de investituris. Cardinali nimis abjectè & scabrosè loqui videtur, quia Papæ tyrannidem perstringit. A. Ch. 1034. in Concilio *Lemovicensi* querela fuit proposita *de Pontifice Romano injustè absolvente excommunicatos ab Episcopis*: Confer quæ de Philippo Rege Galliarum, & Gregorio VII. habet *Baron.* an. Christi millesimo septuagesimo quarto. Adde planctum

ctum *Fulberti* de Ecclesia Gallicana ex *eodem*, anno Christi, millesimo & tertio. VI. *Hispanica*; quæ hactenus, rejecto ordine Romano, Gothicum retinuit, quem miraculo *confirmatum fuisse plures rerum Hispanicarum Scriptores affirmant*: *Baron*. an. Chr. 1080. quo ipso tamen abrogationem pristinæ consuetudinis obtigisse asserit idem; initium faciente Sancio IV. Aragoniæ Rege, a. Christi 1074. VII. *Hungaria Rex*, Solomon ab Henrico Imperatore, quasi domino regnum Hungaricum in feudum accepit: *quo maximopere lædi vidit iura sedis Apostolicæ Gregorius VII*. Inquit *Baron*. anno Christi 1074. VIII. De *Germanis*, & aliis actum est suprà. p. 323. quibus adde, quæ habet *Vrsper*. p. 231. *Orientalibus autem Francis, Saxonibus, & Thuringis, Bajoariis & Alemannis hæc buccina* (de bello loquitur sacro) *minimè insonuit, propter illud maxime schisma, quod inter regnum & sacerdotium, à tempore Alexandri Papæ usque hodie, tam nos Romanis, quàm Romanos nobis invisos & infestos jam, heu? confirmavit*. In *ritibus* etiam Germani à Romanis diffidentes ne ab ipso quidem Papa in ordinem redigi voluerunt. Exemplum idem suppeditat *Conradus Vrspergensis Abbas*, Chron. p. 217.

[e] I. *Vsum linguæ vernaculæ* in obeundis sacris probârunt Bohemi. Vide sup. p. 321.

II. *Transsubstantiatio* per Berengarium penitus fuit eversa, legitimusque Cœnæ Dominicæ usus restitutus. Et quamvis aliquoties Palinodiam cecinerit veritatis assertor, conscientiæ tamen suæ vim diu inferre non potuit. Primùm enim atque ἀναγήψων, verbum Dei hominum minis anteferendum didicisset, & ipse in sententia, quam imprudens ejuravit, perstitit, & discipulos quoque tum alibi, tum in Gallia plurimos reliquit: Unde tot Pontificiorum querelæ. *Author* Fascic.temp.p.73.a.ait, *quod retractaverit, sanctæ vitæ fuerit; sed discipulos convertere nequiverit. Unde secuta hæresis magna, quæ satis afflixerit Ecclesiam longo tempore.* Platin. in Nicol. II. *Scripsimus hunc errorem (arbitrabatur enim in Sacramento Eucharistiæ & calicis, non esse verum Christi corpus, integrumque sanguinem, nisi ut in signo, & figura, mysteriove) à Leone* IX. *damnatum, non tamen emendatum fuisse: quæ certè tota laus Nicolai est.* Confer. Naucl. Gen. 36. p. 155. b. Geneb. a. Ch. 1088. *Basilius Monachus errorem Berengarii restaurat.* Matth. Par. p. 12. *Inprimis afficiebatur omnis Gallia eius doctrina; siquidem per egenos scholares, quos quotidianis stipendiis sustentabat, eandem passim divulgabat.* Sigon anno Christi millesimo quadra-

dragesimo sexto fatetur, *Berengarium plures in dies secum in errorem turpissimum abduxisse.* Et 1056. *Victor Pontifex, cùm Berengarium post mortem Leonis ad eandem rediisse insaniam comperisset, ab eoque multos in Francia in errorem induci audiret, profectus eò conventum in Turonibus habuit, ac tertium jam Berengarii opinionem detestabilem confutavit.* Gaulth. Tab. Chronog. pagina 634. *De hoc errore nonnullam ante insusurrârat quæstionem Leuthericus Senonensis Archiepiscopus. Sed huic Rex Galliæ Christianissimus ac religiosissimus* Robertus, *partim objurgatione, partim minis silentium imposuerunt. Vnde quod per Leutherium non poterat præstare Satan, id per Berengarium perfecit.* Suo igitur *veneno aërem infecit, non apertè quidem admodum regnante* Roberto, *at mortuo* Roberto *maxime, præsertim millesimo trigesimo quinto. opitulante Brunone Andegavensi Episcopo, eius affectatore ac autore ardentissimo, &c.* Huc facit illud Balæi Centur. II. pagina 147. *Inauditæ contentiones his diebus erant circa Missæ, vel Altaris, ut vocant, Sacramentum: multæque visiones & miracula, operante Sa-*

 tana,

tana, fiebant. Pluresque doctorum longè aliter loqui de Eucharistia voluerunt, quàm Papa jussit, nisi metu fuissent territi, ut eorum implicita & nimis anxia scripta testantur. *VVillel. Malmesbur.* rer. Anglic. lib. 3. *Berengarius planè, quamvis ipse sententiam correxerit, omnes tamen, quos ex totis terris depravaverat, convertere nequivit.* *Baron.* anno Christi 1035. ait, *rumorem hujus dogmatis Gallias universas implevisse, nec non Germanias pervasisse.* In ipsa Synodo Romana, in qua causa hæc a. 1079. fuit discussa, *multi dicuntur fuisse, qui asserebant, figuram tantùm, substantiale illud corpus in dextera Patris sedens, esse,* *Baron.* an. Christi 1079. Est synchronismus præsens de *Berengario*, ejusque sententia, adeò magni momenti, ut haud ἀπροσδιόνυσον futurum censeam, si quæ ad rem fecerint, paucis quibusdam proponam Aphorismis. Tenendum igitur A. Berengarium virum fuisse eruditione clarum, pietate conspicuum, totique orbi admirabilem. Exactam viri προσωπογραφίαν carmine reliquit apud *Malmesbur.* lib. 3. *Hildebertus*, Cenomanensis postea Episcopus: Ita illud habet:

Quem modò miratur, semperque mirabitur orbis
Ille Berengarius non obiturus, obit.

Quem

Quem sacra fidei fastigia summa tenentem,
Iani secta dies, abstulit ausa nefas.
Illa dies damnosa dies, & perfida mundo
Qua dolor, & rerum summa ruina fuit.
Qua status Ecclesiæ, qua spes, qua gloria cleri
Qua cultor juris, jure ruente, ruit.
Quicquid Philosophi, quidquid cecinere Poëtæ
Ingenio cessit, eloquioque suo.
Sanctior, & major sapientia maius adorta
Implevit sacrum pectus & ora Deo.
Pectus eam voluit, vox protulit, actio promsit,
Singula factori sic studuere suo.
Vir sacer & sapiens, cui nomen crescit in horas
Quo minor est quisquis maximus est hominum.
Qui census peperit, partos servavit honores,
Cui potior pauper, divite jusque lucro
Cui nec desidiam, nec luxum res dedit ampla,
Nec tumidum fecit multus & alius honor.
Qui nec ad argentum, nec ad aurum lumina flexit,
Sed doluit quoties cui daret, hac aberant.
Qui non cessavit inopum fulcire ruina,
Donec inops dando pauper & ipse fuit.
Cujus cura sequi naturam, legibus uti,
Et mentem vitiis, ora negare dolis.
Virtute, opibus, verum præponere falso,
Nil vacuum sensu dicere, nil facere.
Lædere nec quemquam, cunctis prodesse, favorem
Et populare lucrum pellere mente, manu.
Cui vestis textura rudis, cui non fuit unquam
Ante sitim potus, nec cibus ante famem.

Quem pudor hospitium statuit sibi, quamque libido,
Incestos superat, tam superavit eam.
Quem natura parens, cum mundo contulit, inquit,
Degenerant alij, nascitur iste mihi.
Quaque vagabatur, & penè reliquerat orbem
Inclusit sacro pectore justitiam.
Vir sacer à puero, qui quantum præminet orbi
Fama, tam fama præminet ipse sua.
Fama minor meritis, cùm totum pervolat orbem
Cùm semper crescat, non erit æqua tamen.
Vir pius atque gravis, vir sic in utroque modestus,
Livor ut in neutro, rodere possit eum.
Livor enim deflet, quem carpserat antea, nec tam
Carpsit & odit eum, quem modò laudat amat.
Quàm priùs ex vita, tam nunc ex morte gemiscit,
Et quæritur celeres hujus abesse dies.
Vir verè sapiens & parte beatus ab omni,
Qui cœlos anima, corpore ditat humum.
Post obitum vivam secum requiescam
Nec fuit melior sors mea sorte sua.

Talis, inquam, fuit *Berengarius* ille quem in Hæreticorum & Magorum numerum referunt Pontifici pleriq;.

B. Non simul & semel, sed pedetentim & præmeditatè *Berengarium* suam de Cœna Domini sententiam, invalescenti Papistarum errori, opposuisse. Ita *Gaultherius*, ex quo *Baronius* sua habet. Adeò ut præcipitantiæ, & inconsideratæ καινοτομίας suspicio procul debeat abesse.

C. Causam tam præclarè in ipsa Romana Synodo

nodo Berengarium suam egisse, ut omnium oculos in se converterit, & adversariorum ora obthurârit. *Leo Ostiens.* libr. 3. c. 33. *Eius temporibus facta est Synodus in urbe Roma, contra Berengarium Diaconum Ecclesiæ Andegavensis, qui inter multa, quæ nitebatur astruere, sacrificium corporis & sanguinis Domini figuram esse dicebat*, eique, cùm nullus valeret obsistere, Albericus *idem evocatur ad Synodum. Quò cum venisset, post multos verborum conflictus, cum neuter cederet, Albericus unius hebdomadæ acceptis induciis, librum adversus eundem Diaconum edidit de corpore Domini, sanctorum Patrum testimoniis roboratum, in quo omnes eius assertiones destruxit.* Sic Sig. a. Chr. 1059. *Quin etiam cum Berengarius adesset, relatio de Sacramento altaris est facta, ac Berengarius sententiam suam exponere jussus: cum autem pluribus verbis sacrificium corporis & sanguinis figuram esse, probare instituisset, neque* Albericus *Diaconus, vir ea tempestate doctrinæ studio præstans resistere voce, homini in dicendo copiosissimo, posset, spatium septem dierum ad responsum scripto edendum poposcit, &c.* Ita hæc constanter tradunt

dunt authores, inter Pontificios graves; *sed* (ita suos tractat à se vel unguem latum discedentes Baronius) *glorianter nimis, & mendaciter: quia*, ut idem refert, *Berengarius* (quod Judæus credat apella, aut fidei implicitæ Candidatus, non illi, qui ex Historiarum monumentis aliter de hoc ingenio sentire didicerunt) *absque ulla prævia habita in Synodo de hæresi altercatione, statim sponte damnârit errorem.*

D. Berengarium non semel ad palinodiam fuisse compulsum; primò quidem a. Ch. 1059. sub Nicolao II. in Concilio Romano. Et iterum anno Christi 1079. sub Gregorio VII. Romæ; mox tamen libertati restitutum verbo & scripto errores, superstitiones, tyrannidem Pontificum damnâsse, in sententia pristina perstitisse, discipulos confirmâsse, &, ut *Baron.* anno. Christi 1088. conjicit, in eadem vitæ finem fecisse. Quamvis alii aliter sentiant, ut sup. pag. 527. monuimus. Illi etiam, qui Berengarii adversarii erant infensissimi, quique scriptis publicis ei se opposuerunt, eas tamen de Sacramento Cœnæ loquendi formulas habent, quæ & Reformatorum sententiam confirmant, & transsubstantiationis fundamenta prorsus evertunt: vide quæ de hac re ex *Ivone Carnotensi, Algero Corbejensi*, aliisque collegit *author Catal. Test. Verit.* lib. 12. Ex illis optimè monumentis patet, quàm intricatè loquātur

tur illi, qui id ipsum sæpè, quod publicè erant confessi, imprudenter mox allatrârunt.

E. Geminum rettactationis juramentum adeo crassum esse, & terminis Capernaiticis conceptum, ut mirum non fuerit, si conscientia hominis læsa in ea non potuerit acquiescere. Prius ita habet: *Ego Berengarius, indignus Diaconus Ecclesiæ S.* Mauritii *Andegavensis, cognoscens veram & Apostolicam Fidem, anathematizo omnem hæresin, præcipue eam, de qua hactenus infamatus sum. Quæ astruere conatur, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodò Sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, nec posse sensualiter, nisi in solo sacramento, manibus sacerdotum tractari, vel frangi, vel fidelium manibus atteri, consentio autem sanctæ* Roma*næ Ecclesiæ, & Apostolicæ sedi, & ore & corde profiteor de Sacramento Dominicæ mensæ eam fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta Synodus authoritate Evangelica & Apostolica tenendam tradidit, mihique formavit: scilicet panem & vinum, quæ in altare ponuntur, post consecrationem non solùm* Sacramentum*, sed*

etiam

etiam verum corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse: & sensualiter non solum Sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi & fidelium dentibus atteri (quare enim, non possit tangere dens quod tangit manus; ait Guitmundus, cujus absurdas, & mysterio indignas hac de re argutias lege in *Catal. Test. Verit.* lib. 12. p. 338. ubi tota Berengarii Historia breviter & perspicuè traditur) *jurans per sanctam & Homousion Trinitatem, & per hac sacrosancta Christi Evangelia.* Posterius brevius, sed plenum absurditatum ita sonat: *Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari per mysterium sacræ orationis & verba nostri* Redemtoris *substantialiter converti in veram & propriam ac vivificam carnem & sanguinem Iesu Christi Domini nostri, & post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de virgine, & quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, & quod sedet ad dexteram Patris, & verum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, non tantum per signum & virtutem* Sacramenti*, sed in proprietate naturæ & veritate substantiæ, sicut in hoc*

Bre-

Brevi continetur, & ego legi, & vos intelligitis. Sic credo, nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. Atque sic annus demum septuagesimus nonus supra millesimum, multis subinde renitentibus, imò scandalizatis, ut loquitur *Ivo* Cat. Test. l. 12. p. 348. Trans substantiationis dogma stabilivit.

III. *Coniugium Clericorum* defenderunt hoc seculo. 1. *Germani*: vide *Cat. Test.* l. 13. p. 407. sup. p. 284. cum quibus confer Cent. *Bal.* p. 163. 164. 165. *Geneb.* pag. 583. *Avent.* pag. 564. 579 604. *Naucl.* pag. 160. a. b. *Sigon.* 202. 217. & deinc. *Baronius* hinc inde, cúprimis a. *C.* 1074. p. 447. 1075. ubi concilium Moguntinum, in quo clerici conjugati prævalent. A. Chr. 1065. ubi rationes coniugio cleri citantur; & Pontificis anathemata contra clerum uxoratum contemnuntur; pag. 364. 2. *Mediolanenses*, quibus se decretis suis Pontifices opposuerunt; Vide *Baron.* anno Christi millesimo sexagesimo septimo. 3. *Dalmatæ*, *Baron.* anno Christi millesimo sexagesimo octavo. 3. *Ravennates*, *Id.* anno Christi millesimo septuagesimo octavo. 5. Itali quidam. Ipse Papa Johannes II. filius fuit Gregorii, Portuensis Episcopi; *Stell. Mediolanenses* cumprimis, *Baron.* an. Chr. 1059. *Sigon.* pag. 209. 6. *Galli*, vide Centur, *Bal.* cent. 2. p. 159. 162. 7. *Græci.* Anno Domini 1050. Nicetas quidam græcus (teste *Sigeberto*)

to) sacerdotum conjugium, edito scripto contra Antichristum fortiter defendit *Bal*.p.163.

IV. *Ab electione Ministrorum non esse excludendos laicos*, praxis huius seculi probat abundè. Vide *Catal.* Test. Verit. l. 13. pagina 414.

V. *Ad Pontificem Romanum* ubi fuerit deventum, jam supra dictum est, quid in eo hac ætate fuerit desideratum. Quibus addi possunt observationes sequentes. A. *Papam in fide posse errare.* 1. *Matth.Par.*pagina 8. *Gregorius VII.in Synodo generali Simoniacos excommunicavit, uxoratos sacerdotes à divino removit officio, & laicis Missas eorum audire interdixit, novo exemplo,& (ut multis visum est) inconsiderato judicio contra sanctorum Patrū sententiam,&c.* Vide sup. pag.181. 2. Quia investituræ & electionis jus (loquor ex Pontificiorum hypothesi) Imperatoribus concesserunt, adeoque schismatis imò, ut vocare ipsi amant, hæreseos Henricianæ primi authores extiterunt. Decretis suis,ut *Bar.*utar phrasia. Christi 1083. sedis apostolicæ privilegia labefactarunt. Vide sup.pag. 299.&309. Hæreseos postulatur Gregor.VII.à clero populoque Rom. Literas citatorias habet *Cat.Test.Verit.*l.13.p.373. *Benno* Liberii hæresin eidem tribuit,p.389. Eundem Berengarii discipulum faciunt, *Id.*p.395. *Vrsperg.*p.224.*Naucl.*p.160.*Avent.*p.579.

B.Pa-

B. *Papam*, ubi criminis deferatur, & *judicari posse, & juste deponi.* Matth. Par. p.10. Anno D.1084. *Romani Imperatorem* Henricum *receperunt, & à Papatu abiudicatur, eorum iudicio,* Hildebrandus. *In cuius sedem, Vuibertus* Ravennensis *urbis Archiepiscopus inthronizatur, & Clemens nominatur,* ac justè omnes Hildebrandum fuisse depositum conclamant.

C. *Investituræ eum ius iniquè sibi rapuisse,* quo proinde nomine à multis ei fuit contradictum. In *Germania* floruit hæresis Henriciana (ita appellabantur, qui cum Henrico Imperatore investituram Laicorum defendebant) fervidissima in hac controversia. Vide *Bar.* anno Ch. 1046. sub finem. *Porrò,* inquit, *ex eventu, qui feliciter cessit, cum Tusculanorum Comitum fuit audacia factiosa compressa, laudata reperitur à pluribus Henrici Regis detestanda præsumtio, qua negotium facessere legitimo Christi vicario, Canonico Petri Apostoli successori non est veritus; sic malo filio, pessimoque nepoti relinquens exemplum, ut non quem elegisset Romanus Clerus & populus postulasset, Pontifex esset accipiendus & in Ecclesia Orthodoxa colendus, sed quem Imperator, sive Germaniæ Rex (si ille non esset) in sacrosanctum*

Petri thronum intruderet. Qui quidem pervicax error transiit in hæresin dictam Henricianam, *communem cum Politicis nostri temporis, qui volunt* Imperatoribus *sive* Regibus *non temporalia tantùm* (injuriam facere Henricianis Cardinalem, ex iis facilè intelliges, quæ ad sententiæ eorum explicationem mox suppeditabit Ivo) *sed spiritualia esse subjecta; potissimum verò sanctam Romanam Ecclesiam, quibus cum successoribus Pontificibus per annos octoginta indefesso labore certandum fuit.* Et a. Ch. 1073. describitur concertatio de decimis inter Henricum Regem & Thuringos, in qua primus & secundus dies in ea ita fluxerat ancipiti fortuna, ut utra pars utri cessura esset, dubium fuerit. *Iamq;*, inquit Baronius, *in eos res vertebatur, ut Thuringi improbata Synodo, sedem Apostolicam appellarent. Sed* Rex *sub attestatione nominis divini affirmabat, se in eum, si quis id præsumpsisset, capitali sententia animadversurum, & omnia, quæ ejus essent, usq; ad internecionem dissipaturum, cladem que eius diei multis postea seculis non abolendam: Quorsum verò ipsum ista perduxerint omnibus manifestum: in exemplum factus Rex Apostata Schismaticis & hæreticis* Regibus, *qui*

appel-

appellationem ad Sedem Apostolicā Henriciana hæresis labe conspersi vetuerunt: Cæde ulti sunt libertatis suæ violationem Clerus, populusque Trevirensis, quòd in Coloniensis Archiepiscopi electione suffragia eorum negligerentur. Vide *Baron.* anno Christi, millesimo sexagesimo sexto. *Gallorum* mentem expressit *Ivo* Carnutensis, Epistolâ ad Hugonem Lugdunensem Archiepiscopum, sedis Apostolicæ Legatum, anno Christi, millesimò nonagesimo nono. *Quod autem scripsisti, prædictum electum investituram Episcopatus de manu Regis accepisse, nec relatum nobis ab aliquo, qui vidit, nec cognitum. Quod tamen si factum esset, cum hoc nullam vim Sacramenti gerat in constituendo Episcopo, vel admissum, vel omissum, quid fidei, quid sacræ* Re*ligioni officiat, ignoramus. Cum post Canonicam electionem* Reges *ipsos Apostolica auctoritate à concessione Episcopatuum prohibitos minimè videamus. Legimus enim sanctæ recordationis summos Pontifices aliquando apud* Reges *pro electis Ecclesiarū, ut eis ab ipsis* Regibus *concederentur Episcopatus, ad quos electi erant, intercessisse; aliquorum, quia concessiones* Regum *nondū consecuti*

fuerunt, consecrationes distulisse: quorum exempla supposuissemus, nisi prolixitatem Epistolæ vitâssemus. Dominus quoque Papa Vrbanus, Reges tantum à corporali investitura excludit, quantum intelleximus, non ab electione, in quantum sunt caput populi, vel concessione, quamvis octava Synodus *solum prohibebat eos interesse electioni, non concessioni. Quæ concessio sive fiat manu, sive nutu, sive lingua, sive virga, quid refert?* Cùm Reges *nihil spirituale se dare intendant, sed tantum aut votis petentium annuere, aut villas Ecclesiasticas, & alia bona exteriora, quæ de munificentia Regum obtinent Ecclesiæ, ipsis electis cõcedere. Vnde Augustinus super Iohannem prima parte tractatu sexto: Quo jure defendis villas Ecclesiæ, divino an humano? Divinum ius in Scripturis habemus, humanum in legibus* Regum*: unde quisque quod possidet nonne jure humano? Nam jure Divino, Domini est terra, & plenitudo eius: iure humano dicitur, hæc villa mea est; hæc domus mea est, hic servus meus est. Tolle iura Imperatorum, quis audet dicere: hæc villa mea est, meus est iste servus, mea est ista domus? Item noli dicere: Quid mihi &* Regi*? Quid tibi ergò & posses-*

& possessionis? Per jura Regum possidentur possessiones. Dixisti: Quid mihi & Regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura renuntiâsti humana, quibus possessiones possidentur. Quòd si hæc & æterna lege sancita essent, non esse in manu præsidentium, ut ea in quibusdam districtè iudicarent; in quibusdam misericorditer relaxarent, ipsis in honore accepto permanentibus, contra quos ista loquuntur. Nunc verò quia ea illicita maxime facit præsidentium prohibitio, licita quoque eorundem pro sua æstimatione remissio; videmus, nullos, aut pene nullos pro huiusmodi transgressione damnatos, plurimos autem vexatos, plurimas Ecclesias spoliatas, plurima scandala exorta, divisum regnum & sacerdotium, sine quorum concordia res humanæ nec incolumes esse possunt, nec tutæ. Videmus quoque miseros Episcopos & Abbates, nec ruinis morum, nec murorum reficiendis velle vel posse vacare, solum ad hoc intentos, ut possint sibi aliquam linguam magniloquam amicam facere, cuius nundinis se possint utcunque defensare. Multi quoque electi, qui gratuitam & canonicam habent electionem, quia hu-

huiusmodi dilationibus vel fatigationibus impediuntur, comparatis sibi pecunia mediatoribus & prolocutoribus, ne turpem patiantur repulsam, in Simoniacam offendunt aliquando consecrationem, &c. In *Anglia* idem sibi jus tribuit VVilhemus II. quod Henricus IV. in Germania; vide *Matth.Par.* p. 17. & 20.

D. *Papæ nec iurisdictionem aut administrationem rerum temporalium convenire*, *Naucl.* pag. 162. b. *nec usum gladii materialis.* *Ecclesia Leodiens.* Cat. Test. Verit. l. 13. pagina. 381. *Bar.* anno C. 1053. qui Leoni (is, teste *Petro Damian.* bellicis usibus frequenter se implicuit) & Johanni XII. tribuitur.

E. *Tyrannidis Papam publicè & palàm fuisse accusatum.* Vide sup. p. 282. Confer libellum *de unitate Ecclesiæ*, Catal. Test. Verit. l. 13. pagina 375. De *discordia regni & sacerdotii* pagina 379. Decretum *Ecclesiæ Leodiensis*, circa annum 1100. editum. Objicit Ecclesia illa Papæ crudelitatem & malitiam, fraudesque ejus complures. Hoc scriptum in II. Conciliorum Tomo editum est. Compendium habet *Catal. cit.* p. 381 Romam vocant Babylonem, dicuntque eam à Petro sic Prophetico Spiritu vocatam esse, quòd Romanis turbinibus & procellis Ecclesia esset perturbanda.

F. *Iu-*

F. *Iudicium controversiarum à Scriptura, non à Pontifice, sacras literas adulterante*, Avent.p.581.*petendam; appellationes ad sedem Romanam tollendas & abrogandas*. Eccles.Leod. *Ecce quarum excommunicati vocamur, eo quòd sanctos, & moderatos, & antiquos Patres tenemus, & pro posse imitamur. Episcopum, Archiepiscopum nostrum provincialem, & comprovincialem Synodum ex antiqua traditione tenemus: & quidquid ibi de sanctis Scripturis diffinitum fuerit, Romam non refertur, usque ad graviora negotia, de quibus non invenitur in Scripturis sanctis authoritas. Illos vero legatos à latere Romani Episcopi exeuntes, & ad ditanda marsupia discurrentes omnino refutamus: sicut temporibus Zosimi, Celestini, Bonifacij Cōcilia Africana probaverūt*. Huc pertinet judicium Babenbergensis cujusdā Clerici, Gunberti, qui anno Christi. 1085. in Synodo Quintinileburgensi asseruit, Romanos Pontifices hunc sibi primatum ascripsisse, non aliunde concessum hæreditâsse, videlicet, ut nullus de eorum judicio judicari debeat, nec illi alicujus judicio.

G. *Papæ authoritatem à multis fuisse labefactatam*. Multi enim ei se opposuerunt. 1. *Henricus* & *Henriciani*, vide *Platin.* in Gregor.

VII. *Henricus interdicere ausus est, ne ulla in re Pontifici obtemperarent.* 2. Ipse quoque *Damianus*, libello peculiari ita Papam officii & humilitatis monuit, ut mirum sit, qua ratione inductus, primatui ejus alibi tantùm detulerit. Flat profectò, & sorbet simul, si, quæ ei tribuit *Baron.* supposititia non sint. Totum nobis tractatum ex tenebris erutum communicavit *Auth. Cat. Test. Verit.* l. 12. p. 419. 3. Multi *Cardinales & Episcopi*, qui propterea fuerunt excomunicati, vide *Baron. an.* Ch. 1085. pag. 575. Et an. Christi. 1098. prolixum Cardinalium habes Catalogum, qui Romæ congregati Synodum indixerunt, *ad destruendas hæreses noviter ab Hildebrando inventas.* 4. *Archiepiscopus Moguntinus.* Cùm enim anno Chr. 1052. Papa ex Ungaria rediret, venit cum Imperatore Moguntiam; Ibi postquã Episcopus in Nativitate Christi Missam celebraret, Diaconus legit Evangelium præter morem. Id prohibet Papa, Archiepiscopus verò pergere jubet. Papa Diaconum officio statim removet; Archiepiscopus verò officium Missæ absolvere noluit, nisi Diaconus restitueretur, quod & factum est, *Baron.*

H. *Ipsam etiam Antichristi nomenclaturam iam tum de Pontifice Romano, non fuisse ignotam.* *Avent.* Annal. lib. 5. p. 573. *Pastores illi (VVurzburgenses, Vangiones, Mediomatri-*

ci, Bathavi, Salisburgenſes) extorres ſine lare, ſine ovibus errabundi, deſtituti ovili ad Saxoniam *tandem ſe conferunt: Plerique tum privatim, tum publicè indignum facinus clamitãt: Pro concione Gregorio maledicunt, Hildebrando malè precantur: ipſum odio, atque libidine dominandi præcipitem agi vociferantur,* Antichriſtum eſſe prædicãt, *pietatis ſub ſpecie (inquibant) debacchatur, honeſtis nominibus bonum publicum ſimulat,* titulo Chriſti, negotium Antichriſti agitat. *In Babylonia templo Dei ſedet, ſuper omne id quod colitur, extollitur, quaſi Deus ſit, ſe errare non poſſe gloriatur, &c.*

I. Tandem etiam *indeficientem* illam, ut vocant, & extraordinariam Spiritus ſancti παράστασιν, quâ ſedi eam Romanæ Papiſtæ alligant, dubiam omnibus meritò faciat, Simoniaca illa, Martialis & portẽtoſa throni Papalis invaſio. Quis credat S.S. voluiſſe peculii ſui ſedẽ tot uno tẽpore prædonibus cedere & harpyis? Quis à ſe impetret, ut perſuaſum habeat, ſedem tot latrociniis, ſeditionibus, antidogmatibus occupatam, eſſe immotam zionis arcem? Unum ſumamus exemplum, & alterum. Anno Ch. 1087. *Victor III.* coronatur; ſed ipſi non diu licuit eſſe ſecuro: *Clemens* enim tertius Romam veniens, Victorem in arcem S. An-

geli pellit, & Missam in templo Mariæ Rotundæ celebrat. Urbanus, Victori surrogatus, Constantiensi scribit Episcopo, ut coacta Synodo papam Clementem excommunicet. In Anglia Anselmus *Urbanum* pro legitimo agnoscit pontifice; Rex verò *Clementem III.* qui a. Ch. 1098. Romæ in Ecclesia Mariæ Rotundæ per legatum, Conciliū, die 7. Aug. indixit, in quo salvo conductu omnes evocat, qui partium *Hildebrandi* aut *Urbani* essent, ut rationem redderent, cur annis sedecim Ecclesiam schismate turbassent: cùm verò non comparerent, eorum decreta combusta sunt. De tribus una vice Romæ sedentibus papis loquitur, præter plurimos alios, *Avent.* annal. l. 5. p. 531. & nos sup. p. 391. Vidit hæc omnia, ipseque prolixè recensuit *Baron.* hinc inde tot in Ecclesia Romana emergentia mala; *quæ tamen* (sunt ejus verba, ex annalibus a. Ch. 1033.) *non intelligentes Novatores temporis hujus, calumniosè Romanæ Ecclesiæ vitio vertunt, quæ ipsa nolens (ut dixi) & invita, renitens, & reclamans, lugens ac mærens pati, acerbissimè pateretur.* Confer etiam initium anni & finem hujus seculi. Bona verba! His scopis Augiæ illud stabulum, in quo aliquot annorum decursu desudasti, everres? cave, credas. Non enim, quo animo hæc sedes Romana patiatur, sed an tale quid pati, an in *Simonis officinam*, ut verba vestra habent, *converti*, an *monstra* Petro successores dari possint, controversum maxi-

maximè est. Non multum hac se excusatione absimiles reddere videntur thrasoni illi, qui cùm omnium sibi favorem polliceatur & amicitiam, qua fretus nullos aut pugnos metuat aut pugnas, faciem tamen perpetuò, vel unguibus habet dilaniatam, vel colaphis contusam, vel alio quocunque modo sauciatam? Nec juvat, quòd vi inustas esse notas istas conqueratur, contra hanc enim, Ecclesiæ Romanæ securitatem, potissimum Cardinalis promittebat.

IV. *Omnimodam cleri à subjectione Magistratus exemptionem* non receptam ubique fuisse, exemplum docet VVillel. Regis Angliæ, de quo *Matth. Par.* p. 6. *Episcopatus & Abbatias omnes, quæ baronias tenebant, & eatenus ab omni servitute seculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, inrotulans singulos Episcopatus & Abbatias pro voluntate sua, quot milites sibi & successoribus suis hostilitatis tempore voluit à singulis exhiberi. Et rotulas huius Ecclesiasticæ servitutis ponens in thesauris, multos viros Ecclesiasticos huic constitutioni pessimæ reluctantes, à regno fugavit:* Rationibus verò hanc cleri subjectionem confirmat *Vultramus* Epistola ad Ludovicum scripta. Vide *Baron.* a. Ch. 1090.

VII. *Imperatorem à Papa excommunicari non posse*, *Bar.* a. C. 1081. & 1085.

VIII. *Sub-*

VIII. *Subſidia, quibus torrentes in Purgatorio animas juvare iam plerique aſſueti erant, non omnibus neceſſaria videbantur. Stultum videtur*, inquiebat promus ille Fuldenſis, *mortuos illud conſumere, quo vivos neceſſum eſt ſuſtentari*: *Matth. Par.* p. 15.

IX. De *Monachis* & *Monachatu*, quæ multorum fuerint judicia, jam ſup. p. 342. diximus. Confer *Bar.* a. Ch. 1003, de *Comite Theobaldo*, & a. Chriſti 1038. de *Pandulpho*, Monachis negotia ubique facesſentibus.

Sectio VI.

De

ECCLESIA FALSA.

Fuit Seculi huius Eccleſia falſa [a] Pſeudo-chriſtiana, [b] Anti-chriſtiana; [c] Gẽtilis, & [d] Judaica.

[a] Cujus membra erant I. *Manichai* in Gallia & Armenia non tarò obvii, qui & igni traditi ſunt; *Baron.* a. Chr. 1016. *Gaulth.* p. 627. Goſlariæ etiam reliquias invenit Henricus II, a. Ch. 1052. quas omnes patibuli ſuſpendio necari juſſit. Juxta Philippopolim plurimi adhuc erant, *Pauliciani* præ-

sertim, contra quos disputavit Alexius, *Zonar.* t.3. p.241. Et pag.238. mentio fit legionis Manichæorum quam exauctoravit Imperator *Alexius Comnenus*. II. *Bogomili*. De quibus *Zonar*. t.3. p.238. Antesignanus fuit Monachus quidam Basilius, *qui totum ferè orbem peste sua infecit*. Vivicomburio tandem novam sectam author fuit. III. Novi *Sabelliani*, quorum choregus *Roscellinus* quiddam *Gaulth*. Tab. Chrong. p. 636.

[*b*] Eaque vel *Saracenica* vide P. I. secul. VII. p. 360. per maximâ orbis partem diffusa, vel *Hildebrandina*. Neque verò Novatiores sunt, qui hac utuntur Nomenclaturâ. Diximus jam, &, ut spero abundè probavimus, ne seculo quidem hoc multis ignotum fuisse, novum illud Theologiæ & Regiminis Ecclesiastici genus, quo suo se indicio rex ita prodidit, ut Hildebrandinam factionem pro *Antichristi* Synagoga jam tum agnoverint. Repete quæ dicta sunt, suprà *Aphoris*. XI. Sect. I.

[*c*] Quæ quartam adhuc, orbi tum nostro ignotam, Mundi partem totam, Americam occupavit. In nostris quoque climatibus aliquos superfuisse Gentilismi asseclas, sequenti capite proponemus.

[*d*] Quæ ex Oriente ferè in Occidentem migravit: ut Sect. IV. monstravimus.

INDEX



INDEX I.

Continens

A.

Epitomen totius Historiæ Christianæ à Seculo X. ad XII.

SECULO X. proponitur I. status eius in *genere*, pag. 1. 2. 3. II. In *specie* agitur A. de cursu *naturæ* anomalo, ubi notantur à terræ motus, p. 4. b. incendia, p. 5. c. aquarum incrementa, Ib. d. Chasmata. e. Montes & fluvii ignivomi. f. Cometæ. g. Fontes sanguiniflui. h. Granorum & pisciculorum pluviæ. i. Cruces in vestibus apparentes, p. 6. k. Locustæ. l. monstra. m. Fames, p. 7. quæ futuri infelicis, monstrosi, p. 2. infelicissimi, deploratissimi p. 3. Seculi portendebant statum, p. 8.

B. *Politiæ*, seu *Regiminis*, tum *Orientalis*, sub a. Leone, b. Alexandro, c. Constantinop. 8. d. Romano p. 9. e. Romano puero p. 11. f. Nicephoro ib. g. Johanne Zimisca. p. 13. h. Basilio & Constantino, p. 14. tum *Occidentalis*, sub a. Ludovico IV. b. Cunrado I. c. Henrico. d. Otthone magno, p. 15. e. Otthone II. f. Otthone III. quos acriter flagellârunt, tanquam Ecclesiæ perturbatores, Scripto-

B.

Compendium Historiæ Muhammedicæ.

SECULO X. Consideratur A. status *regiminis*, ubi observandum 1. Imperium Muslimicum Seculo hoc planè fuisse distractum, pag 87. 2. Chalifas, præter nomen, nihil obtinuisse, & arctissima sedis Imperialis pomœria, p. 88. Veziratum Bagdadensem fuisse abolitum, ib. 4. Arabũ nobilissimas familias inter se fuisse commissas, nempe Abbasidas & Phatimidas & Dailamæos, p. 90. &c. 5. Chalifas hujus seculi fuisse a. Ali, Abu Muhammed, Muctafim billa, p. 92. b. Giafarum, Abulfadlum, Muctadirum Billa, ib. c. Muhammedem, Abulmansorem, Kahirum billa, p. 93. d. Ahmedum, Abulabbas, Arradim billa, ib. e. Ibrahimum, Abu Isaacum, Moctafim billa, p. 94. f. Abdallam, Abulkasimum, Muctafim billa, p. 96. g. Fadlum, Abulkasimum, Mutium Lillah. p. 96. h. Abdolcerimum, Abubecrum, Tajium lillah, p. 97. i. Ahmedem Abulabbasum, Kadirum Billah. 6. Aliit etiam vel Imperatorũ, vel Regũ nomina, vel ἐπίθετα quædam significativa imposita fuisse, p 98.

B. *Religionis*; quam vulgi superstitio, quæ aliquot membris 99. 100. describitur, servavit; hæretici tamen quidam, Karmatiani præsertim, p. 100. & Mardivigus, p. 104. eam turbârunt.

C. *Studiorum*; ubi tenendum, floruisse hoc seculo

D.

Compendium Iudaismi.

fidè

F.

Compendium de Falsa Ecclesia.

INDEX RERUM.

A.

Trans-

Cleri-

Johan

Mecca

Mu

 nistra-

eius

Reli-

Scan-

Su-

F I N I S.